# COMMENTARIA

## Simplicii Profundiſsimi, & acutiſsimi *PHILOSOPHI IN TREIS LIBROS De Anima Ariſtotelis, de Græca lingua In Latinam nuperrime translata.*

Euangeliſta Lungo Aſulano Interprete.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM
Cardinalem Mantuanum Herculem Gonzagam.

Aduertat tamen Lector interprætem multa, quæ in prima tranſlatione bene fuerant uerſa in latinam linguam, in ſuam traduxiſſe, ut ſciant omnes hunc non liuore, ſed ueritatis amore erroribus compluribus hunc authorē expurgaſſe, id quod omnes æqui boniq; conſulant.




*Ne quis hunc uſquam alius ſuæ ditionis locorum impune librum imprimat, alibiue impreſſum uendat, & Pontificis Maximi, & Veneti Senatus Illuſtriſsimi Decreto cautum eſt.*

*Venetiis apud Hieronymum Scotum.*
M D L I I I

# ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI D. D. HERCVLI GONZAGÆ CARDINALIS MANTVÆ.

Euangeliſta Iungus Aſulanus. S.

INTER EA, *quæ humanum animum excolere uidentur, ac mea quidem ſententia re uera & excolunt, & perficiunt, unice, ac ſingularis uirtutum Mæcenas Hercules Gonzaga, nihil magis uel præſtare, uel magis conferre ea cognitione uideo, quæ de bono, & recto eſt. Ea enim ut primis informis, & Archetypo mundo primariam ſuam habent ſedem, ita ſiquam in hoc ſenſibili mundo præſeferunt ſimilitudinem, ea tamen, licet imperfecta, ac quaſi obſcura ſit, ob mobilẽ cõtinuæq; mutationi obnoxiam materiam, non paruam videtur cognitionis titillationem hominibus afferre. Quamuis enim non ita puram, ſinceramue eorum eſſentiam aſſequi poſſimus, ut quæ ſint omnis penitus a materia ſeiuncta, nos uero materialibus obducti reticulis, & (vt Platonice loquar) carceribus, ſatis tamen ſuperque erit, ſi aliquam eorum imaginem, ſymulacbrum, ſpectrum, & umbram quandam, quatenus humanis viribus licuerit, integre percipiemus, & intuebimur. Quod ut facilius id contingeret, ſupernæ cauſſæ, quibus ab omnium aliarum ſuprema ſumus concrediti, noſtri curam gerentes, ita præcauere, ac noſtris optatis conſulere uoluere, vt nunquam ſeipſas, in quibus bonum illud ſincerum conſidet, defraudare, & a ſeipſis degenerare exiſtimarentur. Atque id quidem, ut in primis aggrederentur, quando ita uix, atque adeo difficulter nos ea percepturos, ut quæ abſtracta ſint, ac totum ipſum formale redoleant, animaduerterent, media quædam excogitarunt, per quę & facilius, & commodius ipſius boni veri, & recti ſimplices formas, præ oculis ponerent. Ex parte igitur ſimplicis, verique boni, quod in abſtractis illis conſiſtere nullus inficiabitur, ipſius formulam quandam ad hæc inferiora deduxere, quam ipſi fælicitatem, nuncupamus. Cuius rei parteis, longioremque diſputationem ab iis petere poteris, qui cumulate de ea diſſeruere. Ea enim omnia, quæ ſibi cognata, coniunctaque ſunt, quæ plurima, ac certe grauiora ſunt, quam hoc in loco mentionem exigant, ſi connumerem, profecto ſuſcepti negotii metam tranſgrediar. Redeo igitur unde diuerterat ſermo. Simplex igitur uerumq; bonum hanc ſibi ſubiectam habet formulam, per quam vtpote imaginem, ſui ipſius repręſentat eſſentiam, mortaliaq; ad eam appetendam allicit. Homines enim ſub huius boni ratione, quod fælicitatem potius, & proſperitatem appellare debemus, compræhendunt ſupernum, auideq; & indefeſſe ad illud ſibi comparandum accingunt ſeſe, ac quaſi ab anima ipſa totius boni prænuncia, & monitrice rapiuntur. Qua in re multa hanc in ſententiam dicenda eſſent, quę nec me latent, nec ea ſcribere aliquando pigebit. Sed ex ipſius recti parte, quod uniformi tantum ratione cum bono ipſo coniungitur, & tenetur, quod & bonum ſit rectum, & rectum bonum, quod non itidem de hoc inferiori dicitur, ex ipſius, inquam, recti parte, uerum ipſum ſtare uideo, cuius diſcretione etiam rectum ipſum uerum eſſe cognoſcimus. Quorum amborum cognitio, quippe quę, ut diximus, media data fuit ad cognitionem exacti ipſius boni, & recti, cum primum locum in excolendo, ac perficiendo humanum animum obtineat, non mediocris profecto fuit cauſſa, ut qui uere homines dicuntur, quique eam potentiam, qua homo ipſe eſt homo, exercent, omnibus omiſſis mundanis fabellis ad uniuerſi inquiſitionẽ ſeſe traduxerint. Nã cũ eã, quæ hoc in ſenſibili mundo (ſiqua tñ) ſupremi boni eſt imago, demirarentur fælicitatẽ, ſiue magis adhuc proſperitatẽ appellare libeat, cũ eã corruptibilem intuerentur, ac nõnunquã etiam in medio curriculo fruſtratã, incredibili rapti ſunt ardore cognoſcẽdi ea, quæ a uulgi abhorrerent uſu, quęque diuinũ quoddã tota ſapiunt. Quod cũ iam cœpiſſent & iam aggreſſi eſſent, iam tũ manifeſte palã fuit, quãtũ ueritatis cognitio, ad perfectionẽ humani animi conferret. Accedit eo, quod nõ iis, quę in naturę ſunt uſu, cõtenti, tñ ad cœleſtia penetrarũt, ut iam inde ſapientis adipiſcerentur nomen. Quod cum iam frequentiſſimũ eſſet, atq; adeo iam increbuiſſet id nols, ut petulantia potius quadam, & ambitione, quiuis etiam uel uulgares homunculi hoc ſanctiſſimo inſignirentur nomine, factũ inde fuit, ut qui ea tempeſtate maxime celebres uiri fuerint, ii uel ſeipſos etiam, ne dum homunculos illos, tantum ſibi tribuentes, ſanctiſſimo illo nomine ita indignos exiſtimarint ut ſe ſapientiæ amatores, ideſt philoſophos appellare maluerint, quam ita ſibi contribuere, ut per ora hominum ſapientes uocitarentur. Quod inde adeo primũ a Pythagora factitatum fuit, ut iis poſtea, qui ſubſequuti fuerint, maximum importare dedecus uideretur, qui*

ſe ſapientes appellaſſent. Scientia igitur ueri, quę in humanarum diuinarumq; rerum perfecta cognitione cōſi
ſtit, & per quam tum perfecti boni, tum ſimplicis recti, notitiam habemus, cum ſapientia dicatur, non ita tamē
ſtatim in cauſſa eſt, ut inde ſapientes denominemur. Licet enim ipſa ſit perfectæ cognitionis ſpecies, atq; idea,
ex parte tamen noſtri, qui continua ſumus in alteratione, non exacte poſſumus illius metas attingere, atque ſic
nec uere ſapientes denominari. Sed qua parte illius particulam aliquam conſequimur, ſic eam nobis compara
re exiſtimamus, cum potius ueſtigia quædam ſapientiæ, non ſapientiam acquiramus. Quę licet delineamenta,
& umbrę ipſius ſint, quis tamen illud ignorat, iis etiam ablatis, e foroque, atque conſpectu ſubductis, homines,
qui per eam expoliuntur, in ferinam illam priſcam naturam redituros? Deletis enim legum formis, in quibus
maxima ex parte Socratica relucet diſciplina, e cœlo per moralem reuocata, ſubductaq; naturali inquiſitione,
quæ medicę facultati ſubminiſtrat alimenta, a qua gubernandi corporis humani rationes ſumuntur, profecto
omnia in peius ruerent. Quæ cum ita ſint, ſic ſemper exiſtimandum duxi. Diuina prouidentia quamuis per
ſe, ac ſine alia ope agere poteſt, ac re uera agit, nihilominus per quoddam medium, quamuis inſenſibile, atque a
nobis imperceptibile fortaſſis, operatur. Sic igitur exiſtimo, quod ut ſeſe ars ad naturā habet, ſic humana ope
ra ad diuinam prouidentiam, ſubmiſſe quidem tamen refertur. Quæ quidem opera, actio illa eſt hominis, qua
per ueritatis inquiſitionem, atque tandem cognitionem, uel contemplando, uel agendo ſeſe Deo opt. Max. ęqua
lem proportionabiliter reddit, atque ita quidem actionem eius coadiuuat, & illuſtriorem reddit. Quam tamē
hominis operam non iccirco negarem aliunde deriuare, aut aliunde talem actionis formam ſuſcipere, quam ab
ea diuina animæ parte, quæ totum quid diuinum ſapit, quam intellectum uocant. Tota enim anima, uel mini-
ma quæuis eius potentia, ut eſt omnium, quæ in homine ſunt, pręſtantiſſima, ita eius pars, omnis penitus corpo-
rei expers, (intellectum uocant) longe pręſtantior, ac nobilior, ut quę cum primis coniungatur, formis, no
biliorique cum mente, atque adeo, ut quæ non ita, ut ſupręmus, intellectus pura ſit, ueſtigia ſapientię, per quā
diuinam coadiuuare prouidentiam hominem diximus, in ſeipſa concipit, qua & cætera regere nouit animātia,
& omnia pro ſui arbitrio diſponere. Sed, ut aliquando ſcias, quonam hæc tam longe repetita commemoratio
tendat, propoſitum, & intētio ea a principio fuerat, ut huiuſmodi per pleniorē paulo diſcurſum concluderē, eā
animę rationalis facultatem, ad quam ipſius ſapientiæ habitus attinet, cum prę omnibus aliis rebus maximas,
eaſque doctiſſimorum uirorum opiniones, diſſenſioneſq; attulerit, diligentiſſimam, ſimul & accurratiſſimā
ueritatis cognitionem præſeferre. Quis enim non pulcherrimum, atq; digniſſimum omnium fateatur, ut per
quod uiuimus, per quod ſentimus, imaginamur, intelligimuſq;, probe, & perfecte ſciamus? Eam enim partē,
quæ omnia cognoſcit, & in qua omnis, quæ de bono eſt, & recto, ſapientia collocatur, ignorare, maximum ſane
damnum, incommodumq; cuiuis affert contemplationi. De qua quidem re plura dicerē, niſi iam diu longe ma-
ius opus ad id declarandum molitus eſſem, nec molitus ſolum, ſed etiam confeciſſem, & abſoluiſſem. In treis
nanq; Ariſto. libros de anima cum adinueniſſem Simplicii, qui profundi nomen ſortitus eſt, lucubrationes, &
commentarios, qui quantum ualeant, per belle omnes norunt philoſophi eoſque latinos feciſſem, ędidi, ut quan-
tum poſſem, hac in parte ſanctiſſimę philoſophię ſectatoribus prodeſſem. Hoc enim mediante facillimum fo-
re duxi, ut cuiuſq; animę potentię cognitione accepta maxime uero ipſius intellectiuę, in qua & boni ſummi, et
recti ſcientia reſidet, ad cognitionem ſtatim boni, & recti per ipſam fælicitatem & uerum cognitum, poſſemus
contendere. Intellectiua enim non ſolum ipſa cognita, ſed & quauis etiam animę potentia, quis dubitat, quin
maxima naturalis ſcientię inquiſitione peragrata longe facilius ad abſtracta cognoſcenda trāſcendere poſſu-
mus? Quaſi uero etiam in intellectiua ipſa, quæ cum indiuiſibilis, impartibiliſue ſit, cum indiuiſibili quoque
ſupremo intellectu unitur, ſummi boni, ſimpliciſq; recti non reluceat ſpecies, & Idęa quędam. Qua uero ra
tione hos Simplicii commētarios in latinam linguam uertēdos aggreſſus fuerim, cum id ipſum, quod dixeram,
poſſimus ex iis, quos Faſeolus uerterit, haurire, aliorum eſto iudicium & diſceptatio. Mihi uero ſatis, ſuperq;
fuerit, ſi cum tuo exierint fulti patrocinio, Hercules Gonzaga, literarum & bonarū artium optime fautor, &
refector, liuoris obtrectatorum acrimonia retundatur, ipſiq; in ſua maledictorum copia diſrūpantur. Quid
enim in me aut poſſe aut ualere putem maleuolorum hominum maledicta, cum nulla alia in re polleant, quam
quod, pręter id quod ipſi neſciunt, maledictis ſuis etiam nequeunt repellere alios, qui noſtra hæc lecturi ſint.
Sed redeo ad te, cuius iudicio & cenſurę hæc omnia noſtra, quę in lucem dabimus, exponemus, & cuius acie
contenti erimus. Non enim uereor, quin, dum labores noſtri tibi ſatisfaciant, eoſq; profundiſſima ingenii ſui

acie

*acie commendes, quin inquam, uniuerſis ſatisfacturi ſint. Is enim es, qui in iudicandis rebus & æquo animo iudicas, quod quidem eſt ęqui iudicis, & accurate omnia perluſtras, quod peritiſſimi & ſapiētiſſimi lectoris eſt. Sed quando pręſens occaſio facultatem mihi prębere uidetur, ut de innumeris uirtutibus tuis nonnulla dicam, ne ex aſſenſu potius quam ex ueritate nos de illis diſſere putes teipſum tibi in Socratico illo ſpeculo demonſtrare tētabimus, quod certe nos rectius interpręatamur, morum & uitæ penſiculationem, quam ullum chalibęum ſpeculum. In quo ſane ſi teipſum totum colluſtraris, adinuenies quis, qualis, & quātus inter alios ſis homines. Cum uero tria ſint a quibus maxime antiqui homines laudare conſueuerunt, a naturę, fortunę, & animę bonis, tertium tantum bonorum genus in ſpeculo tuo tibi propono conſiderandū, duo uero reliqua, a gręcis μέσα καὶ ἀδιάφορα appellata, ut pote quę ex uſu bona aut mala ſint, nunc poſtpono, cum hęc fortuito eueniant. Quo uero ad tertium bonorum genus attinet, iam uides quam pulcherrimis bonis animum tum effinxeris, quibus nihil aut ad bonum eſſe, aut ad ęternum nomen comparandum utilius eſſe uidemus, in quorum ſpatioſſimo campo, quantum aliis pręſtes, perclare intueris. Neque enim ea duxi recenſenda, tum quę infinita ſint, tum quia iuſtum uolumen deſiderarent. Sed ſpeculum introduxi, ut & ipſe & homines tui te contemplentur, nimirum omnibus philoſophię ſtēmatibus inſignitum: & ſanctiſſimis moribus refertū. Ita uero has tibi lucubrationes deditas uolui ut exiſtimes, nullum me ſcribēdi locum pręter mittere, quo & ipſe in primis gaudeas, & alii qui hoc in philoſophandi genere uerſantur, maximum inde laboris noſtri ferant fructum. Tibi uero, qui citra controuerſiam, uirtutis limites omnes complexus es, ea dono do commentaria, quæ animo ſuo cumulate ſatisfaciant, quęque & ſtudioſe ut cętera omnia, & accurate perlegas. Inde adeo ut tantum uirtutibus, quas hoc in loco ſilentio mandare, ne uidear adulando tibi morem gerere, ſatius eſſe duxi, tantum, inquam, addas, ut rectiſſime id de te poeta dicat, μάχαο ἐν ἐσθλὸν πάντα, uidelicet, ἐπὶ πάντα τῶ σοφίας εἴδουσ ὑπερέχοντα. Vale Venetiis.*

# PROOEMIVM SIMPLICII

*In treis Libros de Anima Ariſto.*

## Cuius principium habebis ex tranſlatione Faſeoli: quia textus ille græcus in quo reperitur, non peruenit ad manus noſtras.

MAXIMO ſane ſtudio digna ea quidem primum ueritas eſt, quę de anima traditur, ſiue res ipſas, ſiue alia per multa reſpicias. Quæ tantum conuenientiæ atque affinitatis nobiſcum obtinere uidetur, ut alijs omnibus antecellat. Deinde uero & eorum cognitio eiuſmodi eſt, quæ ab ijs dijudicata ſunt, qui ad ſummum ſcientiæ faſtigium peruenere. Quas equidem ob cauſſas, & omni diligentia hanc Ariſtotelis tractationem, quę de anima inſcribitur, complectendam puto. Nam licet præceptiones contemplationeſque non paucæ, ac diuinæ a Platone de ea nobis conceſſæ fuerint, attamen abunde a Platonis interprætibus tractantur, atque explicantur. Verum cum Ariſtoteles is extiterit, qui hãc tractationem de anima abſoluerit, ut & Iamblicho præſtantiſsimo ueritatis iudici uidetur, multæ reperiuntur inter eos, qui hæc, quæ ab eo ſcripta ſunt, dilucida reddunt, diſſenſiones. Quæ non ſolum ad Ariſtotelicarum dictionum expoſitionem pertinent, ſed ad ipſas res, uel maxime uergunt. Quapropter mihi quoque uiſum eſt inueſtigandum, literarumque monumentis mandandum eſſe philoſophi conſenſum: ſiue ipſe ſecum, ſiue cum ueritate conueniat. Ita tamen ut quibus in locis alijs aduerſetur, obſeruem, ac quæ mihi in controuerſia aliqua poſita uidebuntur, tum perſpicuis Ariſtotelis decretis, tum dilucidis eius uerbis comprobem ubique ſane rerum ueritatem, quo ad eius fieri poterit, complectens: ac Iamblichi expoſitionem ex eius ipſius de anima commentarijs ſequens. ſtudium itaque, atque propoſitum id nunc unum noſtrum eſt. Quare non ſine eius numine, qui animarum, diſciplinarumque omnium cauſſa eſt, præſens opus aggrediamur. Ariſtotelis nanque mens aperte patet, quod de anima agere, ac loqui uelit. inueſtigabimus autem poſtea, utrum de omni anima agat: & propter quam quoque cauſſam nullum de corporum cœleſtium anima uerbum facere uideatur. Nam antea inquirendum a nobis eſt, utrum naturali philoſophiæ, aut ſuperiori contemplatio de anima conueniat. Admodum enim id utile eſt ad compræhendendum ſubſtantiam ipſius animæ, nunquid naturalis ulla ratione ſit, an præſtantior, an quodammodo utriuſque particeps exiſtat. Quoniam igitur haud ſimpliciter, atque inconſiderate de his quærere Ariſtoteles uidetur, ſed & cauſſas quoque admouet, ut ipſe in libris de animalium particulis demonſtrat, ideo deſcribendum, atque exacte quod ab eo dictum fuit, tractandum. Nam cum illud philoſophus ſumpſerit, quemadmodum a naturali non ſolum materia, ſed forma quoque cum in alijs, tum in animalibus conſideranda eſt, infert. Si ſane hæc eſt anima, aut animæ pars, aut non ſine anima. Quia ubi ea receſſerit, nequaquam præterea animal eſt, neque ulla ex particulis eadem erit, excepta ſola figura, ut ea, quæ in lapides conuerſa feruntur. Sin autem hæc ita ſeſe habent, ad naturalem de anima loqui, atque cognoſcere ſpectabit. Licetque haud de omni, ac id ipſum inſpiciendo, iuxta quod huiuſmodi animal eſt. Et quid anima ſit, aut ipſa particula, & in ijs, quæ acciderunt circa huiuſmodi ſubſtantiam, inſtrui & erudiri debet. Præſertimque cum & natura dupliciter dicatur, & cum ſit altera quidem tanquam materia, altera uero tanquam forma, quæ etiam eſt et tanquam mouens & tanquam finis. Huiuſmodique ſit animalis, aut omnis anima, aut aliqua eius particula. Quare & hac etiam ratione, qui quæ de natura ſcribenda ſunt contemplatur, de anima potius, quam de materia loqui debet. Nam multo magis materia propter eam natura eſt, quam contra. Lignum enim lectulus ac menſa eſt, quia poteſtate hæc eſt.

Dubitare autem aliquis poſſet in id, quod dictum fuit intuens, utrum de omni anima naturali loquendum ſit, aut de quadam. Nam ſi de omni, philoſophia nulla præternaturalem ſcientiam reliqua eſt: intellectus enim intelligibilia requirit. Quare cũcta naturalis cognitio contemplaretur. Ad eandem etenim de intellectu, atque intelligibilibus contemplationibus agere pertinet. Siquidem hæc ſub eandem rationem cadunt, atque eorum omnium, quæ ſub eandem rationem cadunt, eadem conſideratio eſt, ut & in ſenſu, atque ijs, quæ ſentiuntur patet. Nunquid autem nõ eſt omnis anima motus principium, neque particulæ omnes? Nam accretionis illud quidẽ eſt, quod & in plantis reperitur. Alterationis autem quod ſentiendi uim habet. Lationiſque aliud aliquid. Haud autem quod intelligendi facultatem obtinet. Ineſt enim latio & in alijs ab animalibus. Cogitatio uero nulli eorum adeſt. Patet itaque quemadmodum de omni anima loquendum eſt. Neque enim omnis anima natura eſt, ſed una quæpiam eius particula, aut & plures. In his autem determinatum fuit, quod ipſum quidem eſſe animæ ex naturali philoſophia cognoſcendum eſt. Quatenus ipſa animalium forma eſt: forma inquam, quæ animalia quatenus aĩalia determinat. De qua etiam dubius noſter Ariſtoteles eſt, ſine animam, ſiue particulam animæ, ſiue non ſine anima appellare oporteat. Quatenuſque augendi, atque ſentiendi uim habet, & motus ſecundum locum cauſſa eſt. Nam quatenus intelligens exiſtit, ſe primæ philoſophiæ cognoſcendum præbet, quæ intelligibilia ipſa cognoſcit, * & intellectum intelligibilium rerum contemplatiuum, neque ſolum eum, qui ſeiunctus eſt, ſed etiam illum, qui in nobis. Etenim illa ſunt noſtro intellectui intelligibilia. Intellectiuumque & intelligibile, cum ſe adinuicem referant ab una & eadem conſiderantur ſcientia, quemadmodum & ſenſitiuum & ſenſibile. Quapropter neque naturalis ſimpliciter eſt, neque tranſnaturalis ipſa contemplatio de anima, ſed cum utriſque cognationem habens, ueluti in his fuit ab Ariſtotele determinatum. Ariſtotele autem in latitudine ponere uidetur tum naturalem tractationem tum tranſnaturalem philoſophiam, utranque, inquam, uſque ad animam alteram quidem deducere, alteram uero producere. Quoniam manifeſtum eſt quod anima neque iuxta naturales corporum formas eſt ſubſtantialis terminus (illæ nanque ſunt tanquam corporum, hæc autem tanquam animalium forma: & illæ quidem ſunt ipſius moueri principia, hæc autem ipſius mouere. Quod enim a ſeipſis moueantur, hoc eſt animatorum proprium ut in octauo naturalis auſcultationis dictum fuit) neque intelligens animæ portio ita eſt, ut quæ ſupra naturam, quæque pure impartibilia, & ſtabilia omnino, atque ſincera. Quapropter ſiquis philoſophias ipſas in extremis ſtatueret, ita ut ex hac parte naturalis ſit, ex hac autem ſupra naturalis, media certe ea, quæ de anima, inter utranque ponenda eſt cum in latitudine immo uero in profunditate uideatur eſſe, quantum a ſenſitiua portione & naturali differt, quæ intelligendi parteis habet. Et patet quidem quod ſcientia

*Hucuſque hæc ex priſca tranſlatione, quoniã ut diximꝰ, non habuimꝰ textũ illũ græcũ, quo ad principium.*

tia

tia de anima talis eſt ; Quandoquidem & ſubſtantia animæ talis eſt, ut media dicenda ſic inter ſupra naturalia, & naturalia, habeat que aliquid cum ſupra naturalibus communicans, aliquid autem ad naturalia uergens & declinans. Tametſi id ſeſe alio quodam habeat modo, quem ratio exponere poſſet. Quod ſane met Ariſtoteles inquirit, qui ſane concludens, in propoſitis uerbis, clarum, inquit, quod non de omni anima loquendum eſt, uidelicet a naturali. Neque enim omnis anima eſt natura: ſed aliqua eius particula una, aut etiam plures. Quoniam igitur etiam de animæ intellectu, neque uero de ſolis ipſius naturalibus particulis ſermonem habet, conſtat tractationem de anima non eſſe ſimpliciter naturalem. Id igitur ita ſit a nobis concluſum. Intentio autem ipſius uidetur eſſe de ſola mortalium animalium anima. Nullum enim uidetur de cœleſtium anima uerbum feciſſe, niſi inquantũ Mathematicas Timei demonſtrationes de ipſa carpſerit. Et fortaſsis Platonicis contemplationibus, quæ de illis ſunt traditæ, tanquam ſufficientibus contentus fuit, hac uero ſola in re tantum inſtat, quod haud ijs ſit adhærendum, quæ ex Mathematicis apparent. Fortaſsis autem & id eſt dictu uerum, quod per ea, quæ de intellectus noſtri ſummitate fuere dicta, cenſet deducere nos ad cœleſtium animam. Eam enim, quæ uniuerſi eſt, animam inquit utique talem eſſe, qualis aliquando eſt uocatus intellectus. Neque enim eſt, qualis ſenſitiua uita, neque qualis concupiſcitiua eſt. Ratio nanque eſt pura & intelligens ipſa uniuerſi anima, tota per ſe totam immixta cum ſecundis iſtis uitis, quoniam non declinat in corpora, neque ipſa exiſtit corporum, ſed corpora iſtius ſunt in ſeipſa manentis. Ideo quoque latio ipſius circularis eſt, ob ſui totius cõuerſionem in ſe totam. Sed neque de diuerſis humanæ animæ ſortibus, aut de compluribus, quæ in ætatibus, opinionibus aliquid tractaſſe uidetur, cum noſſet ſatis abſolutum ſermonem a uero illo principio habitum fuiſſe. Sed nec tanquam inſeparabilem a corpore animam eſſe ponit. Cauſſam igitur qua ſeparabilis uitæ haud meminerimus, aſsignat in tertio, uidelicet, ut qui iam perfecti ſimus, ante illum aduentum ad corpus. De ſola ergo mortalium animalium anima principalitter tractans nullam ipſius prætermittit tum potentiam tum ſubſtantiam illaboratam: ſed primo quidem omnibus communiter aſsignat formalem cauſſam, non tamen tanquam corporum, ſed tanquam inſtrumentorum uitalium. Natura enim eſt, quæ tanquam corporum formalis eſt cauſſa, non autem anima: quæ uero tanquam uitale inſtrumentum effingit, ea profecto eſt aut anima, aut animæ pars, aut non ſine anima. Et ea quidem eſt formalis cauſſa, ſecũdum quam ipſum effictum uiuaciter poteſt moueri. Altera autem ea eſt, a qua mouetur (ab anima nanque mouetur animal, ut nauis a gubernatore) quæ diuerſa eſt quodammodo, ut uidebimus poſtea. hæc inquam quæ mouet, ab ea ſecũdum quam, quod ita mouetur, determinatur. Quoniam mouens non eſt idem cum re mota, ſed per ſe diſtinctum eſt. Vitalibus autem mouetur motibus uerbi gratia ambulatione, & uolatu, & reſpiratione non ſimpliciter corpus, ſed uiuens corpus. Viuens autem eſt iuxta uitam, quæ in ſe eſt, quare & quod uiuaciter mouetur iuxta ipſum mouetur. Quoniam igitur anima in animali eſt ipſum mouens, utrum eadem eſt cum ea, ſecundum quam mouetur, an impoſsibile ita eſſe? Eſſet nanque totum animal, quod ſecundum illam informatur, & mouens & motum. Neque, ut Ariſtoteli uidetur, anima quidem moueret, animal autem moueretur. Sed & organum ab utente diuerſum eſt, ideo & quæ forma tanquam organi eſt effictrix, ea diuerſa eſt ab utente. Et actus quoque eſt id, quod utitur, ut nauta nauis. Duplex nanque eſt actus: alter quidem iuxta quem eſt nauis, alter autem ut nauta. Primo quidem igitur, ut dictum eſt, communiter omnibus mortalium animalium animis formalem ipſarum cauſſam aſsignat, quæ duplex eſt. Poſtea uero & unam quanque percurrens, differentias ipſarum ſimul quidem tradit, ſimul & quod communiter omnibus ineſt, ſingillatim iuxta unãquãque conſiderat, & alias quidem magis ad organicum ipſum declinantes, alias autem magis ex uterius parte ſtantes intuetur. Omnemque præterea animam tradit eſſe organici corporis actum, non tamen totam per totam ſui ipſius potentiam. Manifeſte nanque fuit dictum, quod intellectus nullum continet corpus, neque corpore ut inſtrumento utitur: ideoque neque hebeſcit, cum ad minora cõſideranda deſcendit, ex maiorum intellectione, quemadmodum ſenſus, eo quia ipſi ſenſus utantur corpore tanquam inſtrumento. Diſtinguit præterea ſufficienti modo ea quoque, quæ de intelligenti animarum potentia dicenda ſunt: cum alteram quidẽ cognoſcat practicam, quæ imaginatione quoque utitur, quæ quidem uita eſt corporeum quid referens, utitur inquam in minori propoſitione: alteram autem contemplatiuam, & eam quidem duplicem exiſtentem. Altera quidem ea eſt, quæ iuxta actionem a ſubſtantia prouenientem conſiſtit, aut imperfecte ſeſe habentem, aut iam perfectam, atque aut in id, quod primo modo poteſtate eſt, deſinentem ob ipſam imperfectionem, aut ſtantem iuxta id quod perfectiori modo eſt poteſtate: aut etiam iuxta id, quod actu, qui non utitur quidem imaginatione, eam tamen conſequentem habet: tanquam quæ cum proueniente & recedente a ſubſtantia actiua contemplatione ſimul moueatur. Altera autem eſt, quæ iuxta ſtabile ipſum ſtat, contrahitque ſuam actionem in id, quod unum & idem eſt cum ſubſtantia, ſecundum quam etiam ſeiunctum imitatur intellectum. Eſtque ex his ſubſtantia actus, ſecundum quem ſolum immortalis exiſtit, tanquam quia cũ ſempiternis per illum colligetur: & tanquam ſtabile ipſum ſemper habens, purum quidem & ſyncerum in ſeparabili uita, recedens tamen quodammodo a ſemet in illa declinatione ad corpus, non ita tamen ut nulla ratione maneat. Eſt quidem igitur & tunc ſtabile, ſecundo modo. Quod uero pluribus motibus mouetur, non eſt immortale, tanquam mutatum, & tanquam in ſeparabili uita non præſens. Diſtinguens præterea appetitiuas potentias a cognoſcitiuis, declarat, quænam ſint potentiæ animalium ſecundum locum motiuæ: & hanc quidem totam contemplationem in ſecundo & tertio facit. In primo uero poſtquam breuiter determinauit intentionem, & propoſuit, quot & qualia ſint de anima conſideranda, modumque tractationis determinauit, qui ab oppoſitis incipit, & mediante actione ad ſubſtantiam aſcendit, enarratis antiquorum de anima opinionibus, ex quibus & aliqua recipit, & aliqua confutat, ponit animam eſſe cognoſcitiuam & motiuam: incorporeamque, & impartibilem, & quæ corporeis non moueatur motibus. Eamque demonſtrat neque corporeã eſſe harmoniam, neque compoſitionem, neque illam mixtionis rationem: eſſeque principium, non ut elementum, neque tanquam ex elementis, ſed tanquam rationem & formam, unamque in unoquoque animali uult eſſe animam, atque in rationalibus, quæ omnes habeat & uitales ſubſtantias, & potentias. ſecundum quas & rationaliter appetit, & iracunde, & cõcupiſcitiue: & ſecundum quas intelligendo cognoſcit, aut ſcientifico modo, aut opinatiuo, aut imaginatiuo, aut ſenſitiuo. Naturales præterea extremo modo poſſidet uitas. Deinde in tertio libro cum iuxta rationale ipſum uideret animam noſtram in medietate extre-

marum animarum eſſe, eam aliquando aſsimilat ſenſitiuæ, aliquando intelligenti facultati, & aliquando quidem ſenſitiuam ſubire, aliquando autem ad intelligentem imitationem aſcendere dicit, & quod aliqñ quidẽ in impartibile contrahatur, quo ad eius fieri poteſt, & tota in ſemet maneat, cum etiam tunc temporis excelſum ipſum imitetur intellectum. Aliquando autem eam recedere a ſeipſa inquit in illo incurſu ad exteriora, & ſecundum occurſum agere, & impartitionem deſcendere, at non ita, ut omnino recedat ab oppoſitis. Etenim partitio ipſius eſt cum contractione in impartibile ipſum, & occurſus cum conuerſione quæ in ſeipſum fit: & receſſus ſuimet fit cum permanſione ea, quæ in ſeipſa exiſtit, quæ quidem hebetit in illo incurſu ad exteriora, ut & maneat ſimul & mutetur anima noſtra ob medietatem tum ipſorum manentium, tum eorum omnino quæ mutantur, cum utroque cum extremo quodammodo communicet: quemadmodum etiam quodammodo diuiditur: & quaſi impartibilis ſimul fit, & ingenita exiſtit. Corrumpiturque quodammodo, & incorruptibilis ſeruatur. Ideoque neque aliquam ipſius portionem manere ponemus, ſemper eodem modo, & ſincere ſecundum Plotinum. neque omnino prouenire in illo incurſu ad generationem. Sed tota prouenit, pureque manet in illo ad hæc poſteriora incurſu. Sed hæc etiã manifeſtius demonſtrabit totus uerborum tranſcurſus, & expoſitio, ut quæ ita uideantur Ariſt. manifeſtiuſque a Iamblicho fuerint declarata. Iam uero ad uerba ipſa deueniamus.

# COMMENTARIA SIMPLICII
## *IN PRIMVM LIB. DE ANIMA ARIS.*
*Euangeliſta lungo Aſulano interpræte.*

Te.1. *Inter honeſta, ac honorata ſcientiam eſſe exiſtimantes.*

Cō. PRæſens procemium propoſitæ facultatis intentionē deſignat, ſimul &, ut dignū elaboratione maxima ad ſe homines allicit, tum & auditorem attentum reddit. Nam tum generatim ſpeculationis arduam difficultatem omnium ſubſtantiarum, tum & ipſius ſeorſum animę præ oculis ponit. Inter honeſta ergo ac honorata omnem collocauit ſciam, non quamlibet quidem cognitionem appellans ſciam, uerum eam tm̄, quæ certam, ac ueram pariat notitiam. Per hanc ſi quidem fit, ut ſciamus, per opinionem aūt, ut opinemur. Phantaſiæ aūt, ac ſenſus a uera ſcientia in eo uel maxime uincuntur, ꝙ ipſi quidem accidentia ſemper, at nullam uſquam ſubſtantiam concipiant, aut ſentiant. Scientia ergo quædam erit cognitio, ex qua certa notitia acquiri poſsit. Honeſta proinde ipſa, ac honorata eadem ſubiecto ſunt. Etenim quod uere honoratum, itidem et honeſtū eſt, quodq; honeſtum, itidem & honoratum, at uero ratione differūt. Honeſtum enim amandum, ac ex ſe quidem maxime expetendum. Quod uero honoratum eſt, id per quandam uel præſtantiam, uel excellentiam ſic dicitur, cum maxime illis præſtet, quibus honoratius exiſtat. Nos itaq; homines, ut pote ratione perfecti, ac expoliti, ſpeculationem eam, ſciam ad generantem inter honeſta, ac honorata collocandam, arbitramur, ut pote eam, quæ rationem maxime perficiat: eaq; de ratione, ac cauſa ab illa expetenda p ſe uenit, qm̄ ubi eam acquiſierit, per ipſam omnia alia, & ante cellit, & ſuperat.

Tex. *Alteram autem magis altera, aut ob certiorem notitiam, aut quoniam meliorum, magiſque mirabilium.*

Cō. Omnis ſiquidem ſcientia, tum honeſta, tum honorata exiſtit cæterum una alia honeſtior, ac honoratior eſt, uel ea quidem ratione, ꝙ certior eſt, ueluti Geometria ipſa cū Aſtronomica de his conſiderante, quæ in cœlo appareāt, ſe habet. In cœlo inquā, ut pote eo, quod quidem ob diſtantiam cognitionem de ſe certam nō præſtat. Vel quia meliorum ſit, ueluti e, contra Aſtronomica, quæq; circa apparentia in cœlo uerſatur, ad perſpectiuam illam Geometriæ partem. Sed enim quandoquidem hæ mathematicæ ſunt facultates, ab his, quæ propriæ ac principales appellantur ſcientiæ, ſuperātur, eo ꝙ nullā ſpeculentur ſubſtantiam, nec principia propria ex ueris cauſsis ſint ſortitæ, ueræ etenim, ac certæ ſunt formæ ſubſtantiales. At cōdonemus etiam has inter eas connumerari, quæ ſubſtantias contemplentur, nihilominus cognitio de animalibus certius cognitione ea, quæ de rebu. celeſtibus eſt, aīs ineſt noſtris ea ratione, quia ob propinquitatē planior, ac clarior eſt. Ea aūt de rebus cœleſtibus, illa potior, ac principalior eſt, qm̄ de melioribus ſiue nobilioribus pertractet. Nobilius ergo perpetuum eſt, eo quod aliquando eſt, tū & id quod magis cauſſæ uices retinet, uel ut finis, uel ut efficiens, aut ut forma cauſato nobilius exiſtit. Sed id in primis ac omnino, qd' ad deos proximius accedit, melius ac nobilius eo eſt, quod ab ijs maxime alienū, longinquiuſq; ſua ex ſubſtantia eſt. Certior aūt ea eſt cognitio, quæ neceſſaria exiſtit, quæq; inuariabilis, tum quæ etiam cognoſcibili rei propria, ac familiaris exiſtit.

*Propter hæc utraque hiſtoriam de Anima, iure inter prima ponemus.* Tex.

Idque tum ob certam eius cognitionem, tum quia de melioribus, ac mirabilioribus agat. Etenim ob uicinitatē, atq; animæ erga ſeipſam correſpondentiā, ea ratione, quia cognoſcibile obiectum cognoſcenti uicinum, ac propinquum eſt, certiorem quoq; compoſitorum præſtat cognitionem. Hæc enim ipſa comprahenſio, ꝙ nos ipſi ſimus compoſiti, manifeſta, ac certa exiſtit. Animi uero in ſeipſam conuerſio illa per intellm ac rationem ſine paſsione facta, tum clarior, tum & certior eſt. At uero cum & incorpoream ſeipſam atque ſe a corporibus ſeparabilem in ea ad ſe reuolutione, ſiue cōuerſione aſpexerit, ac ſeipſam cognoſcere poſſe uiderit, eo quod per ſuā degat uoluntatē, conſiliumque, principaliſque ueluti nobiliſsima ſit, ipſa tā quam a prioribus non abalienata cauſsis admirationē de ſe præbebit. Non enim penitus primam ſe inde fatetur, ſed ut naturalem inter primas: idque ob continuam quādam ad illas ſub acceſsionem ac quaſi propinquitatē ſit. Hiſtoriæ uero nomen loco ſcientiæ uſurpatum fuit Ea n a nobis ſciri aſſerimus, q̄ certiori quodā modo nouimus.

*Conſtat prætera, & ad omnem ueritatem ipſius cognitionem maxime ſpectare, in primis autem ad naturam. Eſt enim ceu animalium principium.* Te.2

Per ſe quidem cognitio de Anima, ut dictum eſt, et honeſta, & honorata eſt, tū uero magis, ſi & eius notitia maxime ad omnem pertineat ueritatem, ideſt ad ueram cognitionem, certam pariētem ſciam. Per ueritatem aūt, nō hic ea eſt audienda, quæ a ſenſitiua, uel opinatiua deriuat, ſed ſciam tantum parientem, quæque de ſubſtantijs ipſis conſiderat. Ad quam non tm̄ cognitio de Anima pertinet, ſed & mirifice quoq; confert. Et primo ad eam quidem confert, quæ de entibus (ut ſic dicamus) agit: qm̄, ut in libris de Animalium partibus dicit, nō poſſumus abſque intellectus ipſius cognitione, intelligibile ipſum percipere. Sed nec etiam abſque illa cognitione, quæ noſtri intellectus eſt. Siquidem ipſa quaque ratione cognoſcibilia nobis fiunt intelligibilia. Eadē pariter cōditione, nec ſenſibilia ipſa abſq; cognitione ſenſitiuæ facultatis, potētiæque percipiuntur. Cæterum qm̄ ipſæ ſubſtantiæ non eodē modo ſciri poſſunt, ut ſenſibilia ipſa, ſed ratio, & intellectus ſubſtantias ipſas ſoli contemplantur, ac naturales res eius quoque cognitio ad naturalium rerum ſcientiam, ut ſcibiles ſunt, maxime conferet. Tū propterea ꝙ inter ea, quæ uere intelligibilia ſunt, et ea, quæ naturalia, tum & ea, quæ impartilia, quæq; partibilia ſunt, media anima eſt, iccirco contemplatio de ea ad ſupremas philoſophiæ parteis referatur. Et ad primā quidem philoſophiam in primis, propter eam animæ cum his ſimilitudinem, de quibus ipſa agit. Ex medijs nanque facilior ſit ad maiora aſcenſus. Ad naturalem aūt ſciam maxime ſpectat, eo ꝙ maxime ſcientię interſit, cognoſcere a cauſsis cauſſata. Merito ergo, ſubdidit, præſertim aūt ad naturam, qm̄ cognitio a cauſsis in cauſſata nos manu ducens præſtantior, ac nobilior ea eſt cognitione, qua contrario modo a cauſſatis ipſis ad cauſas retrocedimus. Res uero naturales ab aīa ipſa tanquā a principio dependent. Maxime nanque naturalia inter

cætera ſunt animalia, quorũ quoddam quaſi principium inquit animam eſſe. Verbumque illud, ceu ſubdidit, quĩ forma, & intelligibilis, ac impartibilis ſubſtantia uerisſime principium eſt. Anima uero ubi ab illa uere indiuiſibili ſubſtantia deciderit, utique & ab eo, quod uere eſt principiũ, uincitur. Principium nãque formale impartile exiſtit Omnis enim forma terminus eſt, & cuius gratia exiſtunt cætera. Etenim perfectio eſt, & a quo motus fit principium In tellectus nanque eſt ipſum primum mouens. Verbũ uero, uidetur, ideo dixit, non quidem ꝙ dubitet, ſed ut ab omnibus conceſſum ſit & datum.

Te.3 *Inquirimus autem contemplari, et cognoſcere ipſius naturam, ſubſtantiamque.*

Cõ. Intentionem hic ſuam philoſophus manifeſtius nobis aperit, quæ talis eſt, ut animæ ſubſtantiam, eiq; per ſe inexiſtentia, ac per hanc ceteris, ſpeculetur, ac cognoſcat. Cõtemplatio autem quendam ex manifeſtis, ac ſenſui apparentibus rebus ad ueritatẽ de aĩa proceſſum denotat: cognitio aũt eam ſignificat comprǽhenſionem, quæ per rõnẽ ſcientiam comparat. Id uero, naturæ nomen, tum nec genus mihi ſignificare uidetur (nec n. eius uocis in tali ſignificata eſt uſus) nec ex ſenſus geminatione poſitum fuit, ꝙ ſ. idem, quod ſubſtantia dicat, uerum per id nominis notatur, quicquid ipſi ineſt animæ ad naturalia entia magis declinans. Subſtantiã aũt partem eam, qua anima cũ intelligibilibus cõuenit, ac eius ſeparabilem portionẽ declarat.

*Deinde quęcunque circa ipſam contigere, ex quibus quædam propriȩ uidẽtur eſſe animæ paſſiones, alia communia, & animalibus per illam ineſſe.*

Ea uidelicet, quæ per ſe. Ea nanq; ipſi quatenus aĩæ, cõtigere. Cæterum qm̃ in cauſſarũ cognitione ſcientiam cõparante, cognitio ſubſtantiæ eam, quæ accidẽtium eſt, prȩcedit, noſque ſcientiam comparare uolumus, merito ſane inquirimus prius ſubſtantiam ipſam cognoſcere. poſtea quæcunq; euenerint. Verum quia ex nobis diſciplinæ tradendȩ ordo eſt, atque ad natura priora aſcẽdimus, progredimurque, neceſſario ſane in hac doctrina ex accidentibus ad ſubſtantiam deuenit. Per paſsiones, aũt intelligit, non quæ quouis modo animæ inſunt. Nec enim & ſtabiles eius intellectiua'que compræhendit actiones. Sed ea tm̃. quæ ipſi inſunt, in eo ꝙ aliquid ipſa patiatur, cuiuſmodi decurſus ille ad corpus, ac oĩno & uita ea, quæ ꝑ applicationẽ aut appulſionẽ cum corpore quandã conſiſtit Illa etenim in quodam a ſeipſa receſſu conſtituta eſt. Eaq; paſſio dicit̃. Qñ dum ſtabilis ac permanẽs, illa eſt actio, eadẽ cum ſubſtantia ipſius aĩæ exiſtit, neq; uero accñs eſt. Ex ipſis uero accñtibus, quæ ab ipſo appellata ſunt paſsiones, quædam aĩæ ſunt peculiaria, ut cõtẽplatiua ipſius cognitio, quæ. ſ. nec ſenſu, nec imaginatione, nec oĩno nulla corporis parte utit̃ Quæ uero ſenſitiua, atq; imaginatiua eſt, quæq; his duabus utit̃ operatiua cognitio, ea quidẽ oĩb' aĩalibus cõmunes ſunt, nec in ipſis tñ aĩalibus, reuera cõpoſitis inuenit̃, ſed & in ipſa quoq; aĩa. Etenim ut paulo poſt dicet, aut ab ea exordium ſumit, aut in eã terminat.

Te4 *Omnino autem, et penitus ex difficillimis eſt, aliquã accipere fidem de ea. Et quidem cum communis ſit quęſtio & multis alijs dico ſane eius, quod circa ſubſtantiã, & ipſius quid eſt, forſan alicui uideri poſset, unã quandam eſſe methodum de omnibus quorum uolumus ſubſtantiam cognoſcere, quemadmodum & propriorum ſe*

Te.5 *cundum accidens demonſtrationem. Quare inueſtiganda eſſet huiuſmodi methodus. Sin autem nõ eſt una, & communis quędã methodus circa ipſum, quid eſt, adhuc difficilius fit id tractare. neceſſe. n. erit inuenire circa unũquodque quis modus. Sin aũt manifeſtum ſit, utrum demonſtratio eſt, an diuiſio, aut alia quędam methodus: Prȩterea & multas dubitationes habere poſſent, & errata, ex quibus nam inueſtigare oporteat.*

Vbi demonſtrauit cõtẽplationẽ, quæ de aĩa fit, idq; ex his quæ dicta ſunt, prædixerit ꝑ, nos inueſtigare cognitionẽ ſubſtãtiæ illius, impræſentiarũ mõ ſolertes rerum contẽplatores attentos faciẽs uniuerſaliter in primis difficultatẽ methodi cognoſcitiuȩ ipſarum ſubſtantiarum, nobis ad memoriã reuocat: nec n. eſt cognitu facile, una ne, an plures ſint. Vna quidẽ uideri forſitã poſſet, ea rõne, quia quȩ inueſtigatur ſubſtantia, cõmunis et una in oĩb' eſſe vr̃, atque entium ita quædam participatio. Tum maxime cum una quoque detur methodus, in ſimplicibus quidem proprietatibus, compræhenſio illa, quæ per rationes cognoſcit, qua quidem terminos cognoſcere poſſumus. In his uero, quæ ex pluribus reſultãt, ea dat̃, quæ ex genere eſt, ac differentia Sed & plures uideri quoque poſſent, ob generum, differentiarũ, ac etiam formarũ diuerſitatem. Siue autem una ſiue plures ſint, ſiue, quod uerum eſt, & una, & plures, non certe facilis eius eſt perceptio. Qm̃ & omnis quoq; habitus ſciam comparans difficilis eſt, aptaque indiget natura longiorique exercitatione, expurgatoq; ingenio, ad hoc, ut propoſitæ rei ſubſtantiam recte ac bene cõſequamur Verum huiuſmodi qõ contemplationi de aĩa non eſt uel propria uel peculiaris, ſed, inquit, cõmunis etiã eſt compluribus cum alijs, quorum ipſum quid eſt, inquirimus, his nanq; oĩbus diffinitiua facultas communis eſt. Proinde qm̃ cum exceptione quadam unã ſuppoſuit methodum (vt enim una eſt rerum, quæ per ſe inſunt, ſcĩa, qua demonſtratiua ipſa eſt, pariter & una inuenitur, quæ ipſum quod quid eſt diffinit, qm̃ reſolutiua eſt una, pariter & diuiſiua, inueſtiganda, inquit, methodus hæc eſt: ea ſcilicet cõditione, ut diffinitiuum habitum comparemus) qñ, inquam, & quodammodo multæ ſunt, quod quidẽ indicarat inquiens, oportebit inuenire circa unumquodq; quis modus. Oportet nanque unaquaq; in re ſeorſim cõmuni uti methodo. Qñ igitur, inquam, & multæ ſunt, difficilius fit id tractare, uidelicet, cuiuslibet rei adinuenire ſubſtantiam. Quod aũt ſubdidit, ſin aũt manifeſtum eſt, utrum demonſtratio &c. id mihi exponere ac interpretari uidetur, quod iam antea fuit dictum uidelicet. Oportebit. n. inuenire circa unumquodq; quis modus. Cum & id quoq; his cõtingat, qui unam quãcũq; ipſius quid eſt, methodũ eſſe fatent̃. Cõtingit nãq; his inquirere quibus nã ex principijs, cuiuslibet rei ſit depromenda diffinitio ipſa.

*Alia enim ſunt aliorum principia, ueluti numerorum, & planorum.*

Tum alia ſunt rerũ naturaliũ principia, tũ & idẽ etiã reliquis in oĩbus fit. Scd'm accñs aũt propria, quorũ eſt demonſtratio, ita dicunt̃, quãuis ſubſtãtialia ſint Quãdoquidem oẽ quodquidẽ demonſtrat̃, id tãquã aliud dicitur de alio Atq; ea rõne quidẽ accñs, quaſi cũ alio cadẽs appellatur. Propriũ uero ita nominat̃, qm̃ quod cũ multis cõmune eſt, id ꝑ demonſtrationẽ particulariter, ſingillatimue cognoſcit̃ Ea igit̃ de rõne in uniuerſum primo in memoriã reuocauit difficultatẽ cõſequẽdi diffinitiuum habitum. poſtea uero ſolita uſus eſt breuitate. ac uerborum obſcuritate in inueſtiganda aĩæ ſubſtantia, ſimulq; præ oculis quæſtiones ponit poſtmodum inquirendas, idque ex his.

*Primo autem fortaſsis neceſſe eſt diſtinguere, in quo* Te.6
*nam ex generibus, & quid eſt. Dico autem utrum hoc aliquid, & ſubſtantia, aut quale, aut quantum, aut quoddam aliud ex diſtinctis generibus.*

Et id quidē ex eo, quoniam in orationibus diffinitiuis genus præaccipi ſolet, poſtea differētia, atq; ideo ſubinde, quoniam ſorma impartibilis eſt, impartibiliterque circunſcriptam rem & effectricem portionem cōpræhendit diſſinitio, ſimul tum diuidens, tum colligens, primo quidem eius portionem demonſtrat determinatam, deinde informatiuam, atque deſignatiuam: quorum quidem, hoc in eo ꝙ quid eſt cognoſcitur & dicitur, hoc aūt in eo ꝙ quale quid eſt. Quare & cum dixerit ipſe. In quonam ex generibus neceſſarium eſſe diſtinguere, ſubiunxit ſtatim, & quid eſt, exponens ſcilicet, quidnam illa uerba, in genere eſſe ſignificarent: quoniam uidelicet, ſecundū quod quid eſt, ueluti ipſis in differentijs, ſecundum quod tale. Dubitatur aūt, incertumque de aīa eſt, num eius genus ſubſtantia, an quale, an quantum, ſit. Ideo & de hiſce generibus tribus priuatim meminit, ut pote his, quæ in opinionibus de aīa habitis peruagant̄. Subdidit uero pls & uerba illa aut & aliquod aliud ex diſtinctis generibus, qm̄ contingere poſſet, ꝙ & ad quoduis aliud genus ab alio reducat̄ Pythagorici quidem igitur eam, ſubſtantiam eſſe fatent̄ Qui uero ipſam eſſe corporum harmoniam uoluere, hi oēs talem mixtionem in qualitate poſuere. Xenocrates uero, q eā numerū eſſe uoluit, in quātitate ipſam collocaſſe vr̄.

*Prǣterea uero utrum ex iis, quæ in poteſtate ſunt, an potius actus quidam? differt enim non parum.*

Forma qdē eſt purus ac primus actus. Actus nāq; eſt, ac perfectio. Non ſolū aūt in poteſtate conſtituta eſt materia ipſa, ut pote ea quæ per ſe adhuc imperfecta, qua parte recipere formas poteſt, perficitur, verum etiam & forma ipſa præditū, maxime uero cōpoſitum ob cognationē cum materia exiſtentem. Quinimmo et corpus oē licet immateriale ſit, vt pote non per ſeipſum, nec a ſeipſo unā habēs ſed aliunde id habeat, iridem afficitur, cū nō ut corpus uiuat. Aīa uero, ſi ueritati ſtudeamus, inter formas eſt media, atque informata, ut pote, quæ totius ſuįpſius tota cōiunctionē, aut cōmunicationē indicet Ariſto. aūt, eo quia ex ſe uiuat, atque excitet̄, ſitque ueluti mouēdorū corporum principium, non ad id declinare cenſet, ut ſit terminatas res, ſed potius ut terminans. Quare & quodāmodo ſic dixit, aut potius actus, qm̄ non pure ac ſimplr̄ eſt Etenim et rationalis aīa tum et cuius particeps eſt, intellectus, in poteſtate, ac materialis eſſe dicitur. Eademque ſane rōne uerbū, quidā, ſubiunctum eſt, qm̄ non expreſſe ac ſimpliciter eſt actus, ſed per quandā propinquitatē. Ideo nec ſemper in perfecto coſiſtit actu, uerū nōnūquā & in imperfectiori, qui ſcd'm habitum eſt. Cum uero in poteſtate id etiam quod informatum eſt, repoſuerit pls, quod actu quidem eſt, nō actus tamē (is nanq; forma eſt) merito ſane non id, quod actu, ſed ipſum actum oppoſuit ei, quod eſt in poteſtate Id enim actu exiſtit, quod informatum eſt forma uero non in ipſo exiſtit actu, ſed ipſemet actus eſt: quod non parum quidē differt. Ipſe enim per ſe ſubſtātia eſt, ut in ſeptimo tranſnaturalium habetur. Quod uero actu eſt, per alterum, uidelicet formam perficitur & actus quidem ipſe primus, compoſitum eſt ſecūdum: actus quidem cauſſa, compoſituin uero cauſſatum.

Te.7 *Inueſtigandum prǣterea, an & partibilis, & impartibilis.*

Cō. Simpliciter quidē ſubſtantia oīs corporea partibilis eſt, qm̄ aliæ partes ab alijs ſint abalienata Ea uero, quæ uere intelligibilis eſt, impartibilis exiſtit At in multā profunditatem deducta ea eſt, quæ inter utranq; media dat̄, in qua aīa eſt. Eius aūt ad partibile uicinitatē, ac propinquitatem cōpræhenſio perceptibilis rei declarat, quæ per diſtantiam ſit illius ab obiecto, pariterq; a diuerſis ad diuerſa tranſcurſus, pariter & diſcurſus ille id indicat, qui alternatim, et ꝑ parteis in quæſitis efficit̄. Cæterū ꝙ impartibili portione participet, argumēto eſt cognitionis ſtatus circa cognoſcibile. cōiunctio. n. utriuſq; impartibilis exiſtit. pariter, & processus ille, qui per mutationē in terminis ſit, tum cōtractio quoq; ea, quæ poſt ſingulariū enumerationē in unū ducitur, idem declarat. Ariſto. uero, ut ex parte formæ, ita & ex parte impartibilis potius aiam collocat. Atq; ut ea quidem ſit nō tanquā partibilis, illud uero, ut non a partibilibus tm̄, ſed etiam a ſubſtātia circa corpora compartita abiuncta & ſeparata ſit rationalis anima.

*Et utrum eiuſdem ſpeciei omnis aīa, aut non.*

Id etiam inquirendum in medium apponitur, unius ne ſpeciei inter ſe oēs ſint aīæ, uegetatiua. ſ. ſenſitiua, rōnaliſque. Vnius aūt ſpeciei ea profecto ſunt, quæ per ſpecialiſſimam aliquam formam determinantur. Ea. n. quæ per paulo quid cōmunius determinantur, eiuſdem quidē dici poſſunt generis, at non unius ſpeciei. Id aūt propoſitum inueſtigatione dignum fuit, ꝓꝑ introducentes, diuerſitatem compoſitorum ex parte materiæ potius, quā formæ ſe tenere. Idque perinde ipſi inquiunt res ſe habere, atque in tibiarum ſonis, qui quidē propioribus in foraminibus aditi diuerſi oīno ab ijs redduntur, qui longius abſunt, licet unus ſit inſlans ſpiritus. Sed nec ſecundum formā, ſubſtantiamque talē adeſſe dicemus diuerſitatem. Vt n nec quod longius, aut breuius in ipſis eſt hominibus, nullā facit diuerſitatē, aut in forma mutationem, ſic nec quod grauius, quodque eſt acutius ullam in ſonis faciet mutationē. Quia oīs ſubſtātia cum eſſe ſuum, & quod talis ſit, per aliquam id habeat ſormam, ex ea quoq; diuerſitatem, per q̄ ab alijs differat recipiet. Quæ. n. in inſtrumentis ac materijs conſiſtit diuerſitas, ea ex differentibus oritur formis, diuerſis ue rōnibus una in forma conſtātibus. Ponenti uero unius ſpeciei aīas id maxime cōtingit, diuerſas quoque in aīa potentias uniformes conſtituere, ita ut in nobis inſint nullo diſcrimine, uegetatiua, ſenſitiua, atque rōnalis, quæque ſunt reliquæ. At non ſi diſsimiles ſunt diuerſorū animātium aīæ, ut ſenſitiua equi, ab ea, quæ hoīs (altera. n irrationalis, altera rōnalis) iam & in hoīe aderint diſsimiles plures facultates. v g. ſenſitiua ab opinatiua. Oēs. n. ipſius ſunt aīæ, ſpēmque hoīs per ſpecialiſsimam formam deſignant. Cęterum differentibus rōnibus, multæ. n. per unāquāque ſpeciem rationes.

*Sin autem non eiuſdem ſunt ſpeciei, utrum differūt ſpecie, an genere.*

Quāuis oēs aīæ, quædam etiā ſunt uitę. uerum per prius ac poſterius differunt inter ſe, adeo ut nec ſub uno ſint ponendę genere. Huiuſmodi nāque ſunt, quæ eiuſdem ſunt ordinis. Cum prioribus aūt poſteriora cōueniunt, ut quę ab uno & ad unum coniunguntur.

*Nunc ſiquidem dicentes, & inquirentes de anima de humana ſola uidentur conſiderare.*

In timæum tendere vr̄ hic ſermo, qui naturali ſuo in ſermone, cum de hoīs meminiſſet aīa, ibi terminauit cum etiā de reliquorum aīalium, ac plantarum aīs contēplationem producere debuiſſet. Ego uero timæum cēſeo peculiarem de aliorum animantium aīs ſermonem omiſiſſe, cū probe noſſet, ac exiſtimaret, ſecūdæ, ac tertiæ portionis illius animæ, quę in hoīe eſt, exēplo, nos eas etiā poſſe, quæ in alijs ſunt aīalibus, cōpræhendere, ac percipere.

*Cauendum autem eſt, ne aliqua nos ratione lateat,* Te.8 *an una eius ſit ratio, ueluti animalis, an iuxta unūquodque diuerſa, ut equi, canis, hominis dei.*

Si. n. unius, & eiuſdē ſpeciei oēs ſunt aīę, una etiā oīum erit ratio, ueluti tum hoīs, tū, ut ipſe inquit. aīalis. Quod ſi Cō. diſsimilium ſunt ſpērū, diſsimilis quoque ſcd'm quanque ſpeciem ratio dabitur.

*Vt equi, canis, hominis,* Dei.

Dei, inquiens, uidelicet cæleſtis animalis. Verum quia generis ratio de quocūque eorum, quæ diſsimilium ſunt

ſpecierum prædicatur, ſubdens differentiam rationis ſpeciei ipſius, cum ratione generis, ſubiungit.

*Animal aũt uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius.*

Specialiſsima enim quæq; ſpecies perfectam ſubſtantię propriamq; denotat exiſtentiam, ac a ſeipſa perfectã, quãuis materialis ſit. Qm̃ nõ a materia perfectionem accipit, aut a compoſito ipſo, ſed ipſius quidem compoſita parteis perficiat, materiam aũt terminet, ſuſceptiuã ipſius poteſtatem in actum deducens. Genus aũt, eo quod quaſi ſine formis ſubſiſtat, nihil eſt. Cum aliqua.n. ſemper coniungitur ſpecie, uel illa cæleſtis ſit, uel humana, uel equina, aut quęuis alia. Aut poſterius. Nam genus, quod in unaquaque eſt incluſum ſpecie, poſt ſpẽm eſt, quandoquidẽ forma ipſa undequaq; tota impartibilis eſt. Genus uero ꝑ particularem quandam eorum, quæ in ſpecie continẽtur, rõnem determinatur. Quare ut quidem per ſe ſubſiſtens, nihil eſt, ut uero particularis quædam eſt in ſpecie cõſiſtẽs ratio, ſpecie ipſa eſt poſterius.

*Eodem pariter modo, & ſi aliquid aliud cõe dicatur.*

Non tm̃ ſiquid aliud prædicetur tanquã genus, ut plãta ſed magis adhuc ſiquid cõmune ſit, ut prius. ac poſterius. Non.n purum aliquid commune in his eſt, ſed id, quod quaſi cum quadam alternatione diceres.

Te.9 *Adbuc autem ſi non multę ſunt animæ, num oporteat antea totam inueſtigare animã, aut particulas. Difficile autem & ex his determinare, quęnam ſunt inter ſe diuerſæ.*

Cõ. Sin non multę, inquit, ſunt aïæ, ideſt, ſi in ſpecie non diſcriminantur illæ, quæ diuerſis in aïalibus, & uno ſunt homine, uerum partes, diuerſitatem quidem, non in ſpẽ tm̃ obtinentes: eo quod unius ſint partes, ſed rationibus diſcriminantur: quemadmodum ignis leuitas, atq; eius illuminatiua facultas. Quod quidem in uno, atque eodẽ animali, ſiue modo homo ſit, ſiue quoduis aliud, uerißimum eſt, unam uidelicet cuiuique animam eſſe. Siue ergo quæ quęq; in re multæ ſunt, uitæ partes, ſiue poteſtates dicanť, eiuſdẽ ſane, ſpeciei ipſas eſſe, ſed ꝛratione differre, fatendũ erit. Illæ uero, quæ diſsimilis formæ in aïalibus eſſe uidentur, in ſpecie erunt quoq; diuerſæ ponendæ. ut inde ipſum animantium diſcrimen ſecundum ſpẽm proficiſcatur. In quibus igitur multę ſunt partes, inueſtigãdum proponit, priusne de toto, q̃ de partibus ſit contemplandum, atq; adeo quænã partes uere inter ſe diuerſæ ſint, atq; non: vt num productrix ipſa uita, alia atque diuerſa ab appetitiua ſit. Nutritiua uero, auctiuaque, ac nutritiua plures non ſunt, ſed hæ oẽs in unum conueniunt. Difficiliſq; idcirco de his eſt determinatio ea rõne, qa ſi ueritati ſtuduerimꝰ, ſua ex ſuba tũ una eſt aïa, tum multæ, idq; & per ſeipſam totam, & iuxta quãcũque uitam. Quęlibet.n. & una eſt, et multæ, tum et ob iam prędictã medietatẽ quodammodo partibilis atq; impartibilis. At neq; id qdẽ ꝑ ſeipſam totã, ut uidelicet neq; diſiũctã diuerſitatẽ, neq; partibilẽ portionẽ poſsideat, hẽt. Difficilis ergo eſt, iterumq; atq; iterum iudicatu iſtas ob cauſſas difficilis, ſpeculatio contemplatioue eorum, quæ media, atq; oppoſita ſunt, ob cõmunionẽ ſcilicet, ac cõmunitatem, quæ cum extremis eſt.

T.10 *Et utrum oporteat parteis primo inueſtigare, an earum operationes, ut intelligere ipſum, an ipſum intellectum, atque ſentire, aut ſenſitiuum ipſum pariter & in alÿs. Sin aũt prius opera, rurſum dubitaret aliquis num oppoſita horum ſint antea inquirenda, ut ſenſibile ante ſenſitiuum, & intelligibile ante intellectiuum.*

Cõ. Cognitio ea, quæ ſciam parit, ex ſubſtantia ipſas noſcit actiones. Noſtri uero reſpectu, e cõtrario ꝓficiſciť. Sed nec actiones ipſas, cũ ad aliqd ſint ob relationẽ, aut ad cognoſcibile, aut appetitibile, et nutribile, cognoſcere poſſemus, abſque his, ad quæ referuntur. Quæ quidẽ dicuntur oppoſita, per oppoſitionẽ eorũ, quæ ſunt ad aliqd, quaſi cõcurſum, ac reluctationẽ quãdã, eorũq; mutuã inter ſe colligantiã, ac conſiſtẽtiã dicas. Ac quidem manifeſtior eſt cognitio, quæ de oppoſitis habetur, cognitione, quæ de actionibus eſt. Qm̃ ſenſui ſubÿciuntur magis oppoſita ipſa, ueluti ſenſibile ipſum, & inter hæc appetibile: & in quantum in ſenſibilibus ipſis intelligibile eſt conſtituendum. Quod uero noſtri intellectus abſtractum, ſeparatũq; exiſtit, ex ipſo intellectu melius percipiemus.

*Videtur aũt nõ modo ipſum quid eſt cognoſcere, utile eſſe ad conſiderandas cauſſas eorum, quæ contingunt ſubſtãtÿs, quemadmodum in Mathematicis, quid ipſum rectum quidq; obliquum ipſum, aut quid linea, et planũ, ad perſpiciendum quot nam rectis trianguli anguli ſunt æquales. At et contrario accidentia magnam partem conferũt ad cognoſcendum ipſum quid eſt. Vbi.n. habuerimus tradere iuxta imaginationem de accidentibus, aut omnibus aut plurimis, tunc & de ſubſtantia habebimus aliquid dicere quam pulcherime.*

Poſt quæſtiones propoſitas, & difficultates præſentis cõtẽplationis, allatas conſequenter copiæ, ac abundantiæ cõparandæ rõnes dat, & id primo quidem ad inuentionẽ totius diffõnis. Id.n. ad ſciam maxime ꝑtinet, ex diffõne eſſentiã ipſam declarãte cõtemplari ea, quæ ſubſtãtÿs ꝑ ſe contigerint, qm̃ contẽplatio fit ex cauſſa, accidentium aũt ſuba eſt cauſſa. Per ſubſtantiam aũt nũc tẽporis cõius paulo formam oẽm interpretabimur: q̃uis ſub quocũq; reperiatur genere. Pro exẽplo ergo rectum, & triangulum accepit, quibus contingentia ex eorum diffõne cognoſcimus. Deffinitio.n. quæ ipſorũ propriam eſſentiã indicat, facile nos preparat, ad ea, quæ huiuſmodi rei inſunt, cognoſcenda. Id igitur ſcientiale eſt, qm̃ quæq; res eorum cauſſa eſſe dicitur quæ ſibi inſunt. Sed.n. qm̃ nõnunquã, res ipſa non ex ſe ipſa manifeſta, aut nota ſit, cõtrario modo ex his, quæ ei per ſe contingunt, quæque uel a ſenſu, uel ab imaginatione percipiuntur, cognoſcitur. In Mathematicis quidẽ igitur notum eſt quid eſt cuiuſque eſſentiæ, eo ꝙ quædã aut quanta ſunt, uel qualia, quæ diffiniunť, quæ uel ſenſus, uel imaginatio percipere põt. Subſtantiæ uero, quarũ rõ atque intellis cõtẽplationẽ hñt, non ex ſeipſis ÿs, qui ſcd'm ſenſum tm̃ uiuunt, manifeſtæ ſunt, ſed ex his, quæ ipſis contigerunt, ad eorũ cognitionem deuenimus, qui quidem modus neceſſarius in aïa eſt.

*Omnis enim demonſtrationis principium eſt, ipſum quid eſt. Quare ex quibuſcunque diffinitionibus nõ cõtingit cognoſcere accidẽtia, nec cõiectura aſſequi de his eſt facile, manifeſtum, q, dialecticę dñr, atq; inanes oẽs;*

Cauſalis ſubdita fuit copula, idem, quod, & ꝓꝑ hanc cãm, ſonans, cõtẽplatio, conſideratioque de ſuba maximã expetit diligentiam, eo qd' demonſtrationis in ſe cõplectatur principium. Demonſtratio aũt ea eſt, quæ ex ipſo qd eſt accidentia colligit rõcinando. At nõ, e, cõtra in ſubam fit ex his retroceſſus. Inquit igitur aliquid imprimis de ſubſtantia eſſe dicendum, ut inde ipſum quid eſt pro demonſtrationis principio habeamus. Ex quibus quidẽ corollarium quaſi infert, idque ad diſtinctionẽ diffonũ, tum rectarum, tum earum, quæ deſcriptiue, ſuperficialiterque a priſcis prodictæ ſunt. Ex his.n. diffinitionibus, quæ rei cõtinẽt eſſentiam, atque naturã, tum manifeſtius tũ obſcurius cognitio accidentium ſequiť. Qd' ſi nõ cõſequiť, dialecticæ dicendæ, ac futiles inaneſue habẽdæ ſunt, ideſt logicæ, nõ aũt naturaliter. Cõſueuit.n. Ariſto. particulæ, naturaliter

cõtraopponere

cõtraopponere particulã illã, logice, q̃ ꝑ apparentia, et opi
nabilia quadã ſignificat nõ aĩæ naturam, aut rei eſſentiam
portẽdit. Etenim nõ uerã rerũ cognitionẽ, ſed apparẽtẽ tm̃
ac fucatã dialectices nomẽ ꝓſefert. Inanes tñ dixit, q̃ſi innue
re uelit, ꝙ a recta ipſa natura rerũ, atq; ordine deciderint.

T.12 *Dubitationem prætereà habent & paſsiones aïæ, utrum ſint omnes communes cum continente, aut eſt aliquid, & ipſius aïę proprium. Id nanq; neceſſarium erit inuenire quidem, at non certe facile. Videtur enim ex plurimis, nihil ſine corpore pati, neque facere, ut iraſci, audere, cupere, omninoq; ſentire.*

Cõ. Quas appellat aĩæ paſsiones, ſimplr̃ nõ oẽm eius actio
nẽ intelligit, ſed illius tm̃, q̃ afficit̃, atq; extrinſecus defert̃.
Nec.n. ꝑ paſsiones intelligit ſtabiles, ac ꝑmanẽtes actiões,
nec a ſubã ſeiunctas, ſed quæ inſimul cũ ea cõcurrũt. Cæte
rum ſtudet p̃bs deducere nos ex his tãquam manifeſtis in
aĩæ ſubãm cognoſcendam. ſimul & in eas manu ducere
actiones cum aĩæ ipſius ſubã coeũtes, perindeq; atq; ipſa
aĩæ ſubã occultas, quare nec facile eſt eas, ut ipſe inquit, in
uenire, q̃bus ex ſolis colligere poſsimus, quid nã aĩa ſeiun
ctũ a corporibus habeat. Apparet nãq; oẽm aĩam ponere
ſubãm, tãquã clarum, ac manifeſtum. q̃nquidẽ & uita oĩs
ſubſtantia eſt, ultima illa præſertim, tãquã contrariorum
ſuſceptiua uidelicet uoluptatis, doloris, cupiditatis, odij,
tũ et motiua, & corporũ contẽtiua pars, pariter & quæ ui
uentium eſt determinatrix. quę quidẽ cæteris corporibus
magis ſunt ſubę. Quod uero ſecũdario uiuit, id in primis
eſt uita ipſa, ꝑ q̃ uiuẽtia eſſe ſuũ acquirũt. Primo ergo, ac
principaliter quæuis uita ſubã eſt. Inquirit proinde, an aĩa
quædã a corporibus ſeparabilis ſit, inſeparabiles n. mul
tas eſſe uitas prout cõfeſſum ac manifeſtũ quoq; ſupponit
q̃nquidẽ nec actiones ipſarũ a corporibus ipſis ſeparẽtur.
Veriſsimũ aũt ac manifeſtiſsimũ id eſt ꝓloquiũ, qđ .ſ. pro
priæ, ac peculiares in ipſis ſint ſubſtãtijs actiones, uitales
enim in uiuẽtibus ſunt, rõnales uero in rõnalibus. Quare
ſeparata quoq; ſubã ſeiunctas oĩno habebit actiones. Sen
ſus uero, tum & phãtaſiæ oẽs, ſiue mauis imaginationes,
quæq; cũ ipſis paſsiones coexiſtũt, ut ira, audacia, cupidi
tas, odium, nõ abſque corporibus agent. Quare nec quæ
ipſis afficit̃, & ꝑ hæc agit aĩa ſeparabilis oĩno erit. Sed q̃m
multæ ſunt inſeparabilis partis ſcđm ꝓfunditatẽ differen
tię, eę quidẽ quæ extremæ ſunt, inſeparabiles exiſtũt, ea rõ
ne, quia organici corporis perfectiones exiſtãt, atq; act⁹,
iuxta quas moueri uiuaciter põt. Quę uero tales ſunt, quæ
organum, ſiue inſtrumẽtũ moueãt, quæq; nauis guberna
tori proportionales ſunt, & q̃ meliori quodammodo ita
ſunt, vt inſeparabiles exiſtãt, tãquã motiuæ motas res ſu
perãtes, præſtãteſq; oĩno ob eã erga corpora actionẽ, inſe
parabiles ab ipſa ſunt: cũ tñ eædẽ ſeparabiles alias actiones
habere poſsint. veluti et nauis rector v.g. illas habeat actio
nes, ut deambulare poſsit. Contra alio modo actiuæ rõnis
noſtræ, ſciæ inſeparabiles ſunt, reſpectu minoris ſaltẽ pro
poſitionis cũ ſenſui atque imaginationi ꝯplicant̃. Et ea q̃dẽ
rõne cões cũ ſeipſas cõtinẽte ſunt. At uero in maiori pro
poſitione nulla eius ad hoc indigẽt opera pariter & q̃cũq;
naturalia cõtẽplant̃. Quæ uero circa intelligibilia uerſant̃,
nulla i re ipſo utunt̃ corpore. Illæ uero, q̃ ꝓſtãtiſsimo quo
dã alio mõ de intelligibilibus cõtẽplationẽ ineũt, nõ certe
abſq; phãtaſia ſunt, cõſequẽte q̃dẽ illa, at nõ cooperãte, pe
rinde, atq; umbra in lumine corpus cõſeq̃t̃, idq; ꝓp illã rõ
nis imaginationẽ mouẽtis, ꝓcitationẽ. Hac igit̃ rõne etiam
hæc inſeparabilis eſt, vt pote q̃a imaginationẽ ſibi habeat
cõſequẽtẽ. Q̃m q̃ ſtabilis eſt ac ꝑmanẽs i ſui ſubam actio
nes cõtrahẽs, undequaq; ſeparabilis eſt, neq; ſimul quo
cunque moueatur modo, cum quouis corporeo, aut ap
petitionis, aut cognitionis motu, mouetur.

*Maxime aũt propriũ eſſe uidetur ipſum intelligere.*

Cum ſentire ipſum tãquã cõe oppoſuerit ſuperius, ipſaſ
que paſsiuas appetitiões uidelicet iraſci, audere, et cupere,
ſub ipſum ſentire ſuppoſuerit, eo ꝙ paſsiones iſtæ, uel ſen
ſus, uel certe nõ abſq; ſenſu ſint, cũq; alia ex ꝑte intelligere
ipſum oppoſuerit, ꝑfecto intelligere i ipſo, oẽ., q̃ ſupra ſen
ſum ſunt, cõpræhẽdit uitas. i. imaginationẽ, & oẽm actio
nẽ, quæ ꝑ rõnem fieri poſsit, qua utraque id hñt cõe, vt in
tus principiũ ſumãt, atque ex ſeipſis ꝓmoueant̃, excitẽtur
que. Atq; iccirco maxime aĩæ ipſi aſsimilantur.

*Sin autem eſt & id imaginatio quædam, aut non ſine imaginatione, nõ cõtingeret, neq; id ſine corpore eſſe.*

Recte cũ hac loquutus eſt ſuppoſitione. Q̃nq̃dẽ nec quę
uis imaginatio intellꝰ eſt, ut nec ea, q̃ alantiũ brutorũ exi
ſtit, atque ideo et uerbũ illud, q̃dã, ipſi imaginationi adie
ctũ eſt, ſed nec intellꝰ ſimplr̃ eſt imaginatio: uerũ id totũ
paſsiuus, atque formalis intellꝰ. Sed nec qđ cũq; intellige
re in rõnali actione nõ abſq; phãtaſia eſt, ſed quatenus nõ
pura adeſt actio, nec ꝑmanẽs aſsiſtit, ſed a ſe tota aĩa defer
tur, atq; a ſubã ſua ꝑtibiliter abiungit̃. Qđ quidẽ & quo
dãmodo paſsio eſt, ꝓpterea ſane dubiũ eſſe inquit non de
actionibus ipſis, uerũ de aĩæ paſsionibus. Atque eas q̃dem
nũc tp̃is nõ abſq; corpore exiſtere ſupponit, in tertio uero
libro libere id affirmat. Verũ cur oĩno dubiũ id habere ĩ
quit, ſi de paſsionibus ſermo habet̃. Manifeſte.n. vr̃, quãli
bet paſsionẽ ex colliſione quadã cũ corpore, atque eius in
teruentu fieri. An ſic eſt, quia licet imaginatio rõnalẽ actio
nẽ nulla in re corporis opera indigentem ſubſequat̃, hæſi
taret fortaſſe, q̃ſpiã, nũ cõis cum corpore ponenda ſit? Se
parabilem.n. portionẽ manifeſte habet. Verũ ſiquidem id
ita habeat, ut ipſe clarius loquens ſubiunxerat, q. ſ. nõ ſine
corpore ſit, nõ id quidem de mortali oĩno intelligendum
uenit. Senſitiuũ nãque, & imaginatiuum id quidem diui
num animæ noſtræ uehiculum eſt.

*Si quidem igitur aliquod eſt operum, aut paſsionũ,* T.13
*animæ proprium cõtingeret utiq; ipſam ſeparari, quod ſi nulla ipſi propria eſſet, non eſſet certe ſeparabilis.*

Recte ſane ex operationibus ipſis ad ſubãm ipſam nos Cõ.
ducit. vt.n. ex uitalibus ipſis actionibꝰ, uitalẽ nouimꝰ, atq;
ex rõnalibus rõnalem, ſic ex ſeparabilibus actionibus, ſe
parabilẽ. Q̃nq̃dẽ conuerſim uerũ eſſe põt, ac neceſſarium
imo eſt. Rõnalẽ uidelicet ſubãm, rõnales habere actiones,
ſeparabilemq; ſeparabiles. In primis igit̃ dubitationẽ præ
mittens in paſsionibus, an .ſ. cões cũ ꝯtinente ſint nũc uni
uerſaliter determinãs, nõ ex ipſis tm̃ paſsionibus, ſed & ab
ipſis etiã actionibus, ſeparabilẽ aĩe portionem adinuenire
cenſet: cum probe noſſet paſsiones quodammodo inſepa
rabiles eſſe, ipſius uero ſtabiles, ac peculiares actiones eſſe
ſeparabiles. Verũ quanã rõne inquit, teſtulã in maris pro
funditate cũ uideri poſsit, nunquã uiſum iri? Q̃m, dicam,
præueniet prius ipſam corrumpi quã uideri poſsit. Neq;
enim qđ deambulatiuũ (ut ſic dicã) eſt, id oĩno deãbula
bit, nihilominus tñ ut deambulet, aptitudinẽ adeptum eſt
At nõ, qđ ſua ex ſubã tale, ſtatim & taliter ipſum operari
cenſemus, ſed idoneum, atq; aptum eſſe natum. At & ocu
lus ꝓprias hñs actiones, nihilominus a toto corpore inſe
parabilis ſua ex ſubã eſt. Nõ.n idem eſſe dicã ꝓprium, ac
ſeparabile. Proprium nãque ipſius oculi uidere eſt, at nõ
abſque corpore, qđ cũ eo tñ eſt ꝓpriũ. Cõtra uero nauis
gubernator, q̃ actiones in naui inſeparabiles habẽs, ſepa
rabilis tñ ſua ex ſubã eſt. Q̃m quatenus hõ, ſeparabilis eſt,
cũ alias quoq; ſeparabiles actiões habeat: humana q̃dẽ n.
gubernatrix ars eſt, ſed ꝑ cõplicationem quandã cũ alia re
factam. Neque uero quid impedimẽto eſſe põt, quin qđ
aliq̃n ſeparabile eſt, propter quandam actionem id, cũ eo,
a quo ſeparabile eſt, cõplicari, & coniungi.

*Sed quẽadmodum recto, quatenus eſt rectum, multa contingunt, ut contangere æneam ſphæram in pũcto,*

*non tamen id ſeparatum ipſum rectum tangeret. inſeparabile.n. quidem ſemper cum corpore aliquo eſt.*

Quemadmodum, nomen, album, æquiuocū eſt, atque ambiguum, nonnunquam albedinem ipſam ſignificans, nonnunquam rem dealbatam: pariter & nomen, rectum, tum rectitudinem ipſam denotat, tum & per ipſam, rectā rem factam: ueluti per pendiculare corpus, directiuumq; omnino fit. Quoniam a corporibus inſeparabilis eſt rectitudo ipſa Rectum igitur, quod æneam contangit ſpherā, quatenus rectum, eſt corpus a rectitudine ipſa figuratum: qm̄ & ſphæra ænea eſt: non tñ id, ſeparatum tangeret rectum, per id, intelligens ſubiectum ipſum. Verbū uero, rectum, formam ipſum, rectitudinēque intellexit. Vult aūt nuuc Ariſt. eius cōtēplari paſſiones, qđ determinatū. præterea & forma ſit præditū, quęq; diffiōnes q̄dē ɔſequunt, uerū nō ad diffinitæ rei diffōnē: vt deambulatio quidē ad uitā conſequitur, ſed non ad huius animalis diffinitionē.

*Videntur autem & animæ paſſiones oēs cum cor-*
T.14 *pore eſſe, ira, mā‌ſuctudo, timor, miſericordia, audacia, preterea letitia, et amare aut odiſſe. Simul.n. cum bis ipſum corpus aliquid patitur. ſignificat aūt id, quoniam nonnunquam quidem a uehementibus, & manifeſtis contingentibus perturbationibus, non incitamur, aut timemus, nōnūquam aūt a paruis etiam obſcuris mouemur: cum excutitur corpus, atq; ita ſe habeat quemadmodum cum ira corripiatur. Adhuc aūt id magis efficit manifeſtum, nullo enim formidoloſo contingente, in paſſionibus incurrunt, quę timentis ſunt.*

Cō. Poſtpoſitis operibus, ideſt aīæ actionibus, de paſſionibus ſolis aīæ nunc temporis loquitur. Quæ ſibi oīa contingunt, ratione illius colliſionis, ac inhærentiæ cū corpore. Atque ea quidem ratione paſſiones dicūtur, quodāq; pacto a corpore inſeparabiles. Sed quædam quidem cum eo ita coniunguntur, tanquam ſubſequente, at non cooperante, quædam uero & ut ſubſequente, & etiam ut cooperante, coadiutoreque. Atque hæ quidē dupliciter fiunt, tum iuxta uitam utentem, mouētemque inſtrumentum, ſiue organum, ideſt corpus ipſum uiuens, tum iuxta uitā, que ipſum corpus ut organum characterizat, ſiue eum tali exornat figura. De paſſionibus aūt corporis tm̄ ſubſequentis impræſentiarum haud meminit, idque quia, illæ, operationes magis ſunt nūcupandæ Intelligere.n ipſum licet non abſque imaginatione ſit, operatio actioq; magis eſt, q̄ paſſio. Traditæ uero ſunt i primis illæ, q̄ ſm ipſam, tanquam inſtrumentum informantem uitā: videlicet, ira, manſuetudo, quæque huiuſmodi ſunt reliqua. Quæ quidem uiuaciter moti corporis, tanquam patientis ſunt paſſiones, aīæ uero ipſius, ut mouentis. Qm̄ nec actiue intellectiones tales ſunt, eo q; & ipſæ iuxta ſeipſas totas corpore utantur, qm̄ neque quæ ita ut patiente utuntur, per cōuenientem ac propriam cōuerſionē utuntur corpore, ſed potius ut agente aīali. Hæc aūt & ipſæ quadam cum iudicatrice actione cōſiſtunt. Ennumeratæ aūt iſtæ paſſiones, quæ ex commutatione, atque alteratione inſunt corpori, licet ea, quæ utitur iudicatrice aīa, innaſcantur, nihilominus inſtrumento ita innaſcuntur, ut uitales dicendæ ſint paſſiones. Neque enim hę ſunt huiuſmodi, quales inanimatorum quæ ex ſolo ab exterioribus defluxu fiunt. Sed quodāmodo cū actione, eo quod uitale id fit. Mouens.n. ipſum in animatis ipſis intrinſecus eſt. Quare quemadmodum in ipſis imperitis corporea tēperatura apparet, harū paſſionum cauſſa exiſtens, ſic & in ījs, qui diſciplinis imbuti ſunt, ac refecti, motrix aīæ uis ineſt, uel mouens, licet cupiditate corpus ipſum non luxuriet, uel cohibens corporis motum, etiam concupiſcentis. Quod uero rationalis aīa, domina gubernatrixque ſit huius tum excitationis tū retentionis ſiue cohibitionis, tanquam notum ſit ex morali philoſophia, pħs omiſit. Quare & in huius libri calce, intellectum dominari, ac toto imperare corpori cōprobatū fuit. Quod uero huiuſmodi haud aīæ ſint, ſed corporis, hinc probatur. Paſſiones enim cum commutatione, ac alteratione factas ipſe uult eſſe corporeas. Animam uero ab omni paſſione abſtrahit non eam tm̄, quæ ſeparabilis eſt, quæque in ſeipſa manet, ſed et eam etiam, quæ corpore tāquam inſtrumento utitur, quæque in mouēdo ipſum cōſiſtit. Sola uero ipſius inſtrumenti uita, prædictas una cum corpore paſſiones excipit. Verum ſi per ſeipſam mouēs aīa impaſſibilis eſt, qūo eadē edocta perturbationes reprimit? qua uero rōne, quæ ex ſeipſa ad extrinſecus fluit, ac fert aīa, ab ea differet, quę tota in ſeipſa pmanet, ſi ea etiā impaſſibilis ſit? Nunquid in actionibus uicinitas, ac retortio quædam eſt, quod altero quidem modo paſſio eſt, licet nec paſſio appellanda ſit? Quod.n. uere, ac proprie paſſio eſt, id extrinſecus deuenit, atq; in mutatione quadā ab aliquo alio mouente facta conſiſtit. Quæ uero mouet, atque corpore utitur non extrinſecus aliquid ſuſcipit, nec ab alio mouetur, ſed per propriam actionem, accedit, ac uarijs modis uariando mouet, utiturq; inſtrumento, dū obſcure, aut pręter rōnē, uel incompoſite, aut quoui alio modo operetur. Atque eruditio quidē ipſa ſanatio actionis illius peruerſæ eſt. Intellectiua autē contemplatio, eſt actionis ad exteriora in ſubſtantialē actionem tranſlatio. Iræ autem. & timores, quæque conſimilia ſunt cætera, cū immutatione facta, idque quia uitales ſunt motiones, paſſiones ſunt aīalis, iuxta uitam ipſius animalis effectricem, ac deſignatricem, fiunt autem ab anima ipſa mouente: incompoſite quidem, ab ea quę indeterminate agit, uel ordinate ab ea, quæ ſecundum naturam, & rationem agit. Quod igitur communes cum conuenente, huiuſmodi ſint paſſiones, prima probatio fideſque inde ſumitur, quoniam corpus una cum his compatitur, hoc eſt, corporea quædam fit mutatio. Altera ab ījs ſumitur, qui imperite erga temperaturas corporeas, diſpoſitioneſq; ſe habēt, quiq; uel immobiles remanent, uehæmentibus etiam extrinſecus occurrantibus, tum iucundis, tum moleſtis (quæ ſane paſſiones appellauit) uel etiam immoderatius paulo mouentur, tum, ſcilicet, cum corpus ipſum incitatum, cōmotūq; eſt, uelut multo ſemine abūdans ad uenereas ſeſe appetentias hēt, aut iratum in ipſam uindictæ appetentiā. Vbi uero nec moleſtū quid extrinſecus ēt aduenıat, q̄ magis melancholici ſunt, in timores incurrūt, manifeſtius certe apparet paſſionum cauſſam a corporis diſpoſitione pēdere, quāuis & mouens aīa ad id conuenerit. Quemadmodum.n. ipſe poſtmodū dixit, aīę actio aliqn̄ a ſeipſa incipiēs ad corpus tēdit, nōnūquā ēt illius paſſiones, actionē aīę ad ſe aduocant: uerū nō ut in finē, ueluti panis appetitū ciet, ſed tāquā effectricē, efformatricēq; paſſionum moderatarum, ſubiectæque temperaturæ conuenientium.

*Quod ſi ita ſe habet, patet, quod paſſiones, ſunt ra-* T.15
*tiones materiales. Quare & diffinitiones tales, ut iraſci, motus quidā talis corporis, aut partis, aut poteſtatis.*

Actionē uitalē rō ipſa manifeſtā facit. Inſeparabilē uero Cō.
ipſius cū corporeis immutationibus materialē cōmixtionē paſſiones indicāt, que ɔpoſiti ſunt ipſius. Rō itaq; paſſionū diffinitiua, quę rebus ipſis cōuenire debeat, nō uitale ipſum tm̄, ſed & corpus ēt ipſum acceptabit, ac cōplectet. Veluti, iraſci ipſum, motus q̄dā eſt talis corporis, aut partis, mutatio.n. corporea eſt, atque ideo motus Atque ideo nō, corporis, ſimplr, inqt, ſed talis corporis ſ. uiuētis, atq; talis uitæ genere uiuētis, uidelicet aut appetitiuo aut ſenſitiuo, aut ultionis appetitiuo. Qn̄que etiā nec in huiuſmodi diffinitiua rōne totum aſſumit corpus, ſed pars illa tm̄, quæ paſſionis primo ſuſceptiua ſit, uelut, ſanguinē circa cor, aut ſenſitiuum ſpūm: atq; ideo quidē dixit, aut partis. Quod uero dixerat, aut poteſtatis, ideo id ſubiunxit, eo q̄

diffinitiones

diffinitiones ipſe nonnunquam, primo talis uitæ motū ſignificent inſtrumentum informantis. Qui enim dicit irā, eſſe ſanguinis circa cor ebullitionem, aut exarſionē, uindictæ appetitiuam, enunciato prius corporis motu materiali, poſtmodum, ꝑ uerbum. appetitiuum, is formā ipſam denōtauit Qui vero uindictæ appetentiā, ex ſanguine circa cor feruente, irā eſſe inquit, is primo potentiæ motū dicit, ideſt uitæ organum informantis.

*Ab hoc, cauſa huius.*

Accipiendum igitur in perfectis paſsionum diffinitionibus, nō tantum corpus ita uiuens, ſed & quod ipſum mouet, quodq; eo, ut organo utitur, finaliſque cauſſa ſit, uel uere ſit, uel apparenter bonum, ut naturalis quidē ſanitas, uere bonum eſt, ultio aūt apparens bonum.

*Et propterea quidem iam phyſici eſt de anima, uel omni, uel tali contemplari.*

Per particulam, talem, Intelligit non modo ipſius organi informatricem animam, ſed & quæ etiā mouet ipſum, quæq; eo ut inſtrumento utitur. quaq; portione, tum mouet, tum utitur: atq; eam, quæ oīno ad corpus ipſum declinat: tum præterea omnem quæ rerum ueritatem contemplatur, quæ ob ſui præſtantiam, actionem in ſubſtantiam contrahit. Qm̄ enim una, multiplexque eſt animæ ſubſtantia, quatenus quidem una, & ſubiecto eadem eſt, tum quæ per ſe tantum agit contemplando, quęq; ad corpus declinat, & quæ utitur corpore, quæ ꝑ ipſum mouet, de harū certe quaque uideri naturalis inquiſitor poſſet tractationē facere. Materiam enim tangit, qui quouis mō ipſam conſiderat. Quatenus aūt diuerſa eſt, ꝗ ſcilicet, non una ſolum ſit, ſed multiplex. qui inſeparabilem tm̄ eius cōtemplatur portionem, non de omni is contemplari diceretur, ſed tantum de inſeparabili quomodocūq; a corporibus, quatenus talis.

T.16 *Differenter autem diffiniret naturalis, & dialecticus unumquodque ipſorum, ut ira, quid eſt: hic quidem uindictæ appetentiam, uel quid ſimile, hic autē feruorē ſanguinis eſſe diceret circa cor, aut calidi*, Horū *aūt alter quidem materiam aſsignat, alter rōnem & formam.*

Cō. Poſteaquā determinatū fuit, qūo naturalis pħs aīæ ſubſtantiā ꝯſideret, quatenus.ſ.a corporibus inſeparabilis eſt, modū etiā cognitionis ipſius phyſici rebus cōuenientē nūc determinat. Qđ' n ipſius a corporibus eſt inſeparabile ut natū eſt, ita intelligi debet, iuxta cognitionis earum ſpēm, quæ rebus debetur, hoc eſt, quatenus & illud inſeparabile eſt. Quia ꝗ modus, ordoq; res ipſas cōſequit̄, duo cognoſcet, tū uitalē.i formam, tum corpus ipſum. Qui uero inſeparabilem uitam, ut non inſeparabilē cōtēplat̄, ſuperficialiter, & imperfecte, ipſam percipere vr̄: atq; ideo logice, & diſputatiue tm̄. Superficialem n neq; realē cognitionē, logicam tm̄, ac dialecticam appellare conſueuit, ut opinabilem ſolum, ac ſciam non redolentem Naturalis igitur inquiſitor ſciam conſectans, eam tum ut inſeparabilem tum qūo inſeparabilis ſit, cognoſcet, tum & noſcet, qualis nam ſit uitæ ſpēs illa, de qua ſermo habetur. quoq; a corpore inſeparabilis ſit. Vbi uero ſuo in textu præmonuit phyſicum, atq; dialecticū, diffinire differenti modo, qualibet uel uitæ ſpēm uel paſsionē, differentiam ipſam per irę ipſius exēplum apponere uolens, hunc quidē ſolam formā afferre, hūc aūt materiam tm̄ inquit. Nō ita tm̄, ut naturalis materiā ſolā aſſumat, intelligit, manifeſte n. utrāq; uel formā uel materiā ſimul aſſumere ipſum inqt: uerū ſcopum inueniendi differētiā dialectici, & phyſici inquiſitoris, ſtatuens uniuerſalius, paulo diuidit, quot nā diffinitiones ipſius iræ uiderentur fieri poſſe. In quibus aſſumpta quoq; fuit. quę ex materia ipſa cōſtat, Idq; ob diuiſionis perfectionē. Quæ igitur ex appetitione uindictæ datur, per formam datur, quæ uero ex calore circa cor, per materiam eſt. Quæ uero ex utriſque conſtat, ſtatim per hæc infert.

*Hæc enim eſt ratio, illa uero rei.* Neceſſe *aūt eſſe hanc in materia tali, ſi erit ueluti de domo, ratio quidem talis poſſet eſſe, ꝗ uelamen ſit corruptionem ex uentis prohibēs, imbribus, caloribuſque. Illa uero proferre et, lapides, lateres, & ligna.*

Non ea ſunt accipienda, quemadmodum Plutarchus philoſophus exiſtimat, qui rōnem ipſam cum ea, quæ de re datur contra diſtinguit. At cum Ariſto. dixerit, appetentiā uindictæ formam ac rationem, rationem rei eſſe inquit, ideſt formam, per quam quidem informatur ira ipſa, ac perfectionem accipit. Qm̄ autem ira ipſa compoſita eſt, neceſſarium eſt, & rationem, & formam in materia uidere, ſi contigerit, qm̄quidē eſſentia ipſius non ſine materia cōſiſtit. Deinde cum & in domo formam ſeorſum, ac materiā dixerit ſeorſum eſſe, diffinitionē ex ambabus ſubdit.

*Altera aūt in his forma, cauſſa horū. Quæ itaq; ex his eſt naturalis? vtrū quæ circa materiā, rōnem autem ignorans, aut quę circa rōnē ſolā, aut quę ex ambabus?*

In lignis uidelicet, lapidibus, lateribuſque adeſt forma, ideſt ipſum uelamen, addito tamen etiam fine. Qm̄ in ipſis artificiatis diſiunctum eſt, id cuius gratia ex forma ipſa. diſtinctis uero diffinitionibus in reliquo inquirit, quænā ex his naturalis ſit, ipſamq; eſſe cēſet, quæ ex utriſq; ſit.

*Ex illis ſane, quę utraque.*

Quæq; ex forma ſola ſit, quæque ex materia. Attamē uidetur mihi quæ per materiam ſit, omittere, demonſtrās nullum unquā ex ſola diffinire materia, per ea uero, quæ ſubduntur, uniuerſalius diſtinguit diffinitiones ex ratione conſtantes. Materialium nanque rationum, cum aliæ quidem ſint ſubſtantiales, per quas cōpoſita ſubſtantiæ ſunt, qualis ea eſt quæ uitæ animalium quæ ignis, quæque reliquorum elementorum, atque ea, quæ ipſorum cōpoſitorum diffinitiua eſt, aliquæ uero ſint rōnes, quæ ſubſtātias comitantur, oēs ſcilicet illæ, quæ per accn̄s rationes ſunt. Et harum quidem rationum, & ut ſubſtantiarum, & ut accidentium, nonnullæ quidem ſint a materia inſeparabiles, quæ quatenus naturā in ſe continent, intelligūtur. Aliquæ uero ſint, quæ quatenus per ſe ſint conſiderari poſſunt, de omnibus his tum ut ſubſtantialibus, tū ut accidentalibus, materialibus rōnibus nec ſeparabilibus exiſtētibus, nec ut inſeparabiles ſunt, naturalis pħs cōſiderationē faciet.

*Aut non eſt aliquis, qui circa materiæ paſsiones, nō ſeparabiles uerſetur, ſed naturalis circa oīa, quęcūq; talis ſunt corporis, & materię opera, & paſsiones.* T.17

Sed naturalis inquiſitor circa oīa talis corporis, & materiæ uerſat̄ opera, paſsioneſque. Appellat aūt opera, paſſioneſque materiales ipſas rōnes. Quas quidem tum ſubſtantiales, tū accn̄tales ſolus intuetur naturalis, quæ ut inſeparabiles ſunt, ita eas inſeparabiles phyſicus cōſiderat. Cō.

*Quęcunq; autem non ut huiuſmodi, alius.*

Ideſt, nō quatenus inſeparabilia, ſed ut ſeparabilia, alius uidelicet dialecticus, qui ſubſtantiales rōnes, tanquam per ſeipſas exiſtentes cognoſcit, atque conſiderat.

*Et circa quædam quidem artifex, ſi contigerit, ut faber, aut medicus.* Ex *his aūt, quę quidem non ſeparabilia, quatenus autem non huius corporis paſsiones, & ex abſtractione* Mathematicus.

Artifex enim de his quidem, quæ ut inſeparabilia ſunt cōſiderat, ſed non de oībus, ſed de accidentalibus tm̄. Accidens enim eſt, & ſanitas, et ligni polities. Atque hac qui

dem ratione a naturali differt: eo q. de aliquibus, ac circa quædam ſola uerſetur, ut iam eſt dictum. Veluti dialecticus qui tanquam ſeparabiles rationes, etiam ſubſtantiales contemplatur. De quibuſdam ſane & Mathematicus tractat, ueluti & ipſe artifex, & his quidem etiam accidentibus, atq; adeo non ſeparabilibus. At non iam Mathematicus erit, ubi de paſsionibus, ut huius ſunt corporis, tractauerit, nec enim ut de inſeparabilibus tractat, ſed ut ex abſtractione conſiderat tum ipſos per ſe numeros, tum ipſorum figuras, ac ſitus inuicem reſpondentes contemplabitur.

Tex. *Quatenus autem ſeparata, primus philoſophus conſiderat.*

Cõ. Quod quidem circa ſeparabilia primus uerſetur philoſophus planum, atque manifeſtum iamdudum eſt. Ea uero particula quatenus ſeparata: nõ ijs adaptetur, quæ nobis ſunt ſuperiora, altioraue, ſed ad rationalem animæ noſtræ partem referenda uenit, quam mentem uocat. Anima nãq; in ea ad corpus declinatione, ſeparabilis ſimul & inſeparabilis eſt. Ac quatenus quidem inſeparabilis eſt, ea parte ad naturalem ſpectat cõſiderãda, qua uero inſeparabilis eſt, ea eſt a primo contemplanda philoſopho.

Tex. *Sed redeundum, unde diuerterat ſermo. dicebamus enim, paſsiones animæ inſeparabiles eſſe a naturali materia animaliũ. Quatenus uero huiuſmodi ſunt, ut ira, & timor, & non quemadmodum linea, atq; planum.*

Cõ. Ideſt redeundum eſt ad animæ paſsiones, quæ ſeparabiles a naturali animalium materia, quatenus talia, inſunt. Animæ igitur paſsiones eſſe dicuntur, licet compoſiti ſint ipſius, ſed eius quidem eſſe animæ dicuntur, eo quod ipſa moueat, unaque cum corpore ipſas efficiat in compoſito. Veluti etiam ſolis lumẽ in aere eſſe dicimus, quatenus ſol quidem ipſius ſit efficiens cauſſa, aer aũt patiatur. Animalis autem materia eſt, organicum, ſiue inſtrumẽtarium corpus, ad uitamq; accipiendam maxime idoneum, atq;
» apium. Quod uero dixerat quatenus huiuſmodi ſunt: id huiuſmodi paſsiones intelligit, iram, inquam, timorem, conſimiliaq; alia. Quæ quidem per abſtractionem ueluti linea, planum, non poſſunt conſiderari abſque materia, eo ꝙ quatenus talia, ſecum materiam attrahunt, non autem ut planum abſque ære, atque omnino ſine ſubiecto. Planum nanque, ut cauum abſque naſo intelligitur, ira autem, ut ſimum. Simum enim cauitas in naſo eſt: ueluti ira appetentia uindictæ, in ſanguinis circa cor feruore.

T. 19 *Conſiderantes autem de anima, neceſſarium eſt, ſimul dubitantes, de quibus abundare oportet, recenſenteſque antiquorum opiniones, comprehẽdere, quinam de ipſa aliquid dixerunt, ut quę rectę dicta ſunt, accipiamus, quod ſi quid nõ recte dixerint, id fugiamus.*

Cõ. Quoniam rerum ueritas non ita ſtatim nobis occurrit, nimirum quia, qũo ſe in generatione habeant, nobis ad cõtemplationem præcedens quædam eſt inueſtigatio, ac recurſus ad oppoſita, ſimul & dubitatio de his. Veluti in propoſita ipſa re. Verum Anima eſt ſubſtantia, necne? Ac rurſus ſi ſubſtantia eſt, utrum potentia, an actu? prætera corporea ne, an incorporea? Præterea ſi ſubſtantia eſt, num ſeparabilis, an inſeparabilis? an utraque quodam modo eſt? Verum qm̃ propoſitæ de ipſa opiniones, oppoſita de illa aſſeruere multum certe earum enarratio nobis proderit, tum & ad dubitationem, tum & inuentionẽ ſendentibus. Vt inde notemus ea, in quæ inſpicientes antiqui, aliqui ſic, aliqui alio modo de ipſa ſtatuerunt. Atque hæc, ut bene dicta ſuſcipiamus, atq; comprobemus, Aliqua repudiemus, ut falſa.

*Principium autem inquiſitionis erit proponere, quę maxime ſecundum naturam ei uidentur ineſſe.* Tex.

Quoniam etiam ea, quæ inſunt, cognoſcere, magnam profecto partem confert, ad cognoſcendum, quid eſt rei. Particula uero, ſecundam naturam, idem quod, ea quæ per ſe ſunt, ſignificat. Communiora enim accidentia in ſubſtantiam animæ cognoſcendam, nos non ducunt. Cõ. »

*Animatum ſane ab inanimato in duobus maxime differre uidetur, motu, & ſenſu. Accipimus autem ab antiquioribus fere iſta de anima.* Tex.

Intentio quidem eius eſt ſubſtãtiam animæ ex his, quæ ipſi inſunt, depræhendere. Quæ uero ſint ea, quæ inſunt, ex ijs, quę ab ea perficiuntur, ac determinantur, uidelicet animatis quatenus ſunt talia, contemplatur. Quænam autẽ inſunt animato, quatenus animato, iuxta omnium, ut ſic dicam, opiniones? Intrinſecus ſcilicet, moueri. Motus nanque intrinſecus ei inexiſtens nunc temporis acceptus fuit, non is quidem, qui ſimpliciter eſt. Internus enim animatorum proprius eſt, qui uero ab altero eſt, is in animatis etiam reperitur. Ipſum uero ſentire. non ut quod omnibus inſit animatis, acceptum fuit, ſed quod quibuſdam tantum. Intrinſecus uero moueri, omnibus. Etenim omnibus in plantis, adeſt augmentum, ac diminutio. Cõ.

*Inquiunt enim nonnulli, & maxime, & primo, animam eſſe mouentem.* T. 20

Natura quidem principium eius eſt, in quo eſt, nõ mouendi, ſed ut moueatur. Anima aũt non ſimpliciter principium eſt, ſed taliter, ut uiuaciter moueatur intrinſecus. Quapropter, ut moueantur animalia, principium nõ tm̃ dat, ſed & ea quoq; eſt, quæ ex ſe motiua ſit. Inſita igitur corpori uita principium eſt, ut uiuaciter corpus, atque ut eo modo moueatur. Verum quoniam nõ hanc omnino aĩam appellat, uerum uel partem uel certe ſaltem nõ ſine anima, eſſe dicit, recurrit ad eam, quæ corporibus motum præſtat quam per uerbum, mouẽtem, circumſcribit, quæ anima potius eſt quam uita. Mouens igitur aĩam eſſe, ipſe etiam ponit, non tamen primo, ac præſertim aĩam quidem eorum, quæ generabilia ſunt, de qua nunc mẽtio habetur. Cæleſtium uero animæ primo mouent, niſi forte, & ultra has ſit intellectus, noſtræ aũt animæ nõ per ſe, ut in totum dicamus, mortalia mouentes corpora, ſed & aliquem etiam exteriorem intuentes finem ut in phyſicis iam fuit dictum, obque colliſionem, reclinationemq; illã ad corpus per accidens mouentes, non eſſent profecto uel primo, uel maxime mouentes dicendæ: quandoquidem nec motuę erraticorum illorum ſeptẽ corporum cauſſæ, ſiue animæ, ſiue intellectus ſint, eo ꝙ non ſolę omnis ipſorum motus cauſſæ ſint primitiuæ. Fortaſsis aũt & uerbũ nonnulli, appoſitum fuit ob Anaxagoram. qui non plane clare animam dixit eſſe intellectum, quem primum eſſe motorem ſtatuit. Tum etiam ob Empedoclem, ponentem Amicitiam, atque litem, non autem animas eſſe mouentes, uel ob naturales etiam, qui materialibus tantum cauſis utebantur. Cõ.

*Exiſtimantes autem, ipſum quod non mouetur, non contingere aliud mouere, eorum, quæ mouentur, quodam exiſtimauerunt animam eſſe.* Tex.

Quemadmodum in materialibus cauſis, hæc quidem eſt propior illa autem longinquior, priorque, pariter in formalibus etiam, ſic quoq; & in mouentibus cauſis ordo ſeruatur. Et quoniam mouens quidem eſt cauſa, motus uero cauſſarum, neceſſum eſt, primum mouens neutiquam moueri, ad hoc, ut in mouendi cauſa pure, ac uere maneat. Media uero ipſa quadam ratione moueri uult Plato, ut pote ea, quæ primo motiuo intellectui uiciniora Cõ.

ac pro-

pinquiora ſunt, nõ ita tamen, ut corporeo illo motu moueantur, qui ultimus eſt, nec motu eorum quę ſolum mouentur. Decimus igitur in ipſius de legibus comentarijs, animæ motus eſſe dicitur, cum poſt octo corporeos ſit, ac nonum, naturalem ſcilicet. Etenim iuxta Platonem ipſum natura etiã ipſa mouet, eo q ab impartibili ipſo iam diuerterit, ac multo magis anima ipſa. Verũ Ariſt. corporeum tm̃ nominãs motum, hanc quidem nulli cauſſarum mouentium adaptare renuit.

*Vnde Democritus quidem ignem quendam, atq; calidum ipſam eſſe inquit. Cum infinitę nanque ſint figuræ, atomique, quæ ſphæræ formam habẽt, ignem etiam animam dicit, ut in aere, quæ ramenta dicuntur: quę in radiis per feneſtras ingredientibus, apparent. Quorum cuiuslibet generis ſemen, elementa eſſe totius naturę dicit. Eodẽ pariter modo & Leucippus. Ex iis aũt, quæ ſphæræ formam referunt, animam, quoniam maxime unde quaq; poſſunt ingredi huiuſmodi figurę, & reliqua mouere, cum etiam ipſa mouentur. Exiſtimãtes animam eſſe, quod motum animalibus præſtet.*

T. 21 *Quare & ipſius uiuere diffinitionem eſſe reſpirationem. Cum enim colligat, corpora ipſa continens, & eiiciat ex figuris eas, quę animalibus motum ſuppeditant, cum nec hæ unquam quieſcant, auxilium extrinſecus accedit, ingredientibus aliis huiuſmodi in reſpirando. Prohibent enim hæ, queq; animalibus inſunt, prohibẽtes diuidi colligens, atq; coniungens. Viuuntq; donec id facere poſſint.*

T. 22 *Videtur autem & quod a pythagoricis fuit dictum eandem ſententiam habere. Dixerunt enim quidam illorum animam ramenta eſſe illa, quę quidẽ ſunt in aere, alii, quod mouet illa. De his autem fuit dictum, quoniam continue moueri uidentur. licet multa ſit tranquillitas.*

Cõ. Mẽtionem primo de Democrito facit, qui corporeum motum, localem uidelicet, aĩæ tribuebat. Etenim indiuiſibilium corporum, quæ atomos uocabat, unum quid uolebat eſſe aĩam, idq; ſphæricum eſſe dicebat, ut ignis ipſe etiam eſt. Quod n. facile admodum moueatur, ac per oĩa non prohibeatur penetrare, eo qđ inter figuras ſola ſphærica ſine angulis, eſt atq; ideo nõ impediatur, id ſane igni cõuenire arbitrabatur. Manifeſta aũt eſt democriti de elemẽtis opinio, idq; ex primo naturalis auſcultationis. Qui poſuit corpuſcula quædam indiuiſibilia, qualia in aere apparent ramẽta parua, radijs ſolaribus per feneſtras introeuntibus. Sed non ea quidem his ſimilia ob paruitatẽ Democritus elementa ſuppoſuit. Eaq; unius ſubſtantiæ oĩa eſſe, magnitudine, aũt, ac figura differenti adinuicem, ac ex his tanquam ſeminibus compoſita conglobari oĩa aſſerebat. Vnde & πανσπερμίας appellat ipſa. i. omni ſeminarium, tanquam omnium rerum ſemina. Quare & uiuendi diffinitionem eſſe dicebant reſpirationẽ, duabuſque de rationibus uitæ ipſius cãm eſſe: tum eo quod prohibeat, ueteraq; ſphæricorum illorum iam intus exiſtentium corporũ exitum, cõtraeunte ingrediẽteq; aere, atque occurſante ſphæricis illis figuris, ex ſeque eo quod permobiles ob rotunditatem ſint, exeuntibus, neceſſarioq; ob ſolidorum contractionem a continente factam expulſis: atque quidem introeunte aere, cum illa contractione, ſiue congregatione, pugnante, dilatandi, ac expellẽdi gratia ſolida ipſa corpuſcula. Hac ſane rõne, uitæ ipſius cãm gerit reſpiratio. Tũ etiam quia exeuntium corporum loco, alia introducit denuo. Vtrum aũt hoc modo Democritus ex corporibus aiam gigni uoluerit, quam intelligentem ſubſtãm, per ſphæram demonſtratiue innuere uolebat, haud ſane aſſerere habemus. Nec enim Ariſto. innitendum eſt narrationi, eo quod ut plurimum apponit tantũ apparentia. Veluti & quod de Pythagoricis infertur ſtatim. Democritum. n. inquit, dixiſſe elementa ramentis illis in aere apparentibus ſimilia eſſe, pythagoræorum uero nonnullos eadem ipſa, dixiſſe. Cum nunquam Pythagorici uiri, hæc opinati ſint, at fortaſsis demonſtrare uoluerint, aĩæ ſubſtantiam iam diuiſam & in pro parulum procedentem.

*In eandem ſententiam feruntur & qui dicunt animam eſſe ſeipſum mouens. uidentur enim hi omnes exiſtimaſſe, motum eſſe animæ conuenientiſſimum, atque alia quidem omnia per animam moueri.*

Quod Plato aĩam moueri dicat, ob deriuationem a primo mouente, atque propinquitatem ipſi primo motori, iam eſt a nobis dictum, non ſimpliciter aũt mobilis, uerũ per ſe mobilis dicitur, ut pote non oĩno ab impartibili ipſa ſubſtantia, & actione recedens. Idem enim apud Platonem notatur, indiuiſibilis ſubſtantia, & perfecta actio: ueluti mobile, ipſam diuiſibilem eſſe præſefert. Nomen igitur ex extremis compoſitum medietati aĩæ datur, eo qđ medium de extremis utriſque participet. Ariſt. uero motus nomen de partibili undequaq; actione eaq;, quæ dum fit, ſuum habet eſſe, afferens, merito incorporeas cauſas motus moueri denegat, uel ſi ſint primæ, uel mediæ, uel extremæ.

*Hanc autem a ſeipſa, quoniam nullum uideant mouens, quod non & ipſum moueatur.*

*Eodem pariter modo & Anaxagoras animam eſſe dicit mouentem, & ſi quiſpiam alius dixerit, quemadmodum ipſum omne mouit mens. Non tamen omnino, ueluti Democritus. ille enim ſimpliciter animam, et mẽtem. Id nanque uere eſt, quod apparet. Quare recte ſcripſit Homerus, quod Hector iacet aliud ſentiens. Non ſane utitur mente, tanquam poteſtate aliqua circa ueritatem, ſed idem dicit, animam eſſe, & mentem.* T. 23

*Anaxagoras autem minus clare loquitur de ipſis.* T. 24 *Multis enim in locis cauſam ipſius bene, ac recte mentem dicit. Alia uero ex parte mentem eſſe eandem cum anima. In omnibus nanq; ipſum exiſtere animalibus, et magnis, & paruis, & honoratis, & minus nobilibus. Non autem uidetur, cum iuxta prudentiam mens iſta dicatur, omnibus eodẽ modo ineſſe animalibus, at nec animalibus omnibus.*

*Quicũque igitur quidem propter ipſum mouere animatum inſpexere, hi quod maxime mouet exiſtimarunt animam eſſe.* T. 25

Quamuis enim intellectus primo moueat, immobilis oĩno exiſtens, id tñ ſimul cum Anima, atq; natura facit. Si igitur & aia, & natura mouentur, quæ cauſa ex his & mente conglobata fuerit, ea mota erit res. Cum aũt Anaxagoræ meminerit, qui motus cãm in intellm̃ trãsferebat adeo, ut ipſam aiam mouentem eſſe dixerit, ſubdit, haud Cõ.

omnino tm̃, quemadmodum Democritus. Hunc enim, vt pote non diſtinguentem illam ſemper ueram cognoſcitiuam potentiam, quam mentem, ſiue intellm̃ appellamus, ab ea quæ nonnunquam aberrat, qualis eſt ſenſitiua in nobis, imaginatiua atq; opinatiua aĩa, quæ quodcunq; apparens uerum eſſe ponit, hunc, inquam, dicit in idẽ mẽtem, atq; aĩam ducere, eam uidelicet, quęcũq; ſit cognoſcitiua. Laudari itaq; homerum a Democrito Ariſt. narrat, » canẽtem. Quod Hector iacet ob uulnus aliud ſentiens. Iudicatrice aĩa uel etiam læſa, ob corporeum uulnus, ſed » non ea, quæ a corpore ſeparabilis eſt, quam aĩæ potentiam appellat, ueritatis perceptricem, atq; intellm̃ cũ prudentia, ideſt, ſcientialem exiſtentem. Homerum itaq; ex poetica licentia indifferenter uſum eſſe nominibus, nõ eſt, ut demiremur. At Democritus ipſe laudando ipſum, patet, quod quacunq; in cognitione intellectum cum prudẽtia introduxit. Anaxagoram aũt inquit non omnino idẽ facere animam, atq; mentem, q̃ñ nõ manifeſte loquitur, atq; oppoſita dicere vr̃. Etenim nonnunquam ſolius rectæ cognitionis cãm eſſe mẽtem dicit, atque iccirco ipſam mentem ſeparat ab aĩa, ut pote quia non omnis ueritatis ipſa ſit perceptrix, ſed id ex parte tantum nobiliori facit. Nonnũquam autem quia Anaxagoras ipſum intellm̃ in omnibus animalibus ineſſe affirmet, eũdemq; cum anima ipſa eſſe ponat. Anima enim in omnibus quidem eſt, at non intellꝰ, niſi forte quis imaginationem intellectum appelare uellet, cuius reſpectu contradiſtinguens mentẽ, quæ cum prudentia eſt. Inquit non in omnibus eum eſſe. Quãdoquidem nec omnibus ineſt hominibus. Per pauci enim ſunt, qui per ſcientialem prudentiam ueritatem contemplentur, non omnibus igitur ineſt hoĩbus, non ea quidem ratione, quoniam intellectiuam ſubſtantiam non habeãt (una enim eſt omnes continens potẽua anima), ſed quod eo non utantur.

*Qui uero in cognoſcere ipſum, & ſentire res, hi ſane inquiunt animam eſſe principia, alii quidem plura principia facientes, alii ſolam illam. Quemadmodum Empedocles quidem ex elementis omnibus, eſſe autem unumquodq; horum animam dicens. Terra nanq; terram uidimus, aqua aũt aquam, Aethere, uero ęthera diuum. At igne ignem ſæuum, amore uero amorem. Diſcordia autem diſcordia triſti.*

T.26 *Eodem pariter modo & in Timæo Plato aĩam ex elementis facit, cognoſci enim ſimili ſimile, res autẽ ex principiis eſſe.*

Cõ. Subdas ipſe, uerbum reſpexerunt. hoc enim iam eſt dictum. Duobus aũt cum dixerit aĩam deſignari, tum qđ moueat, tum quod cognoſcat, narraueritq; antiquos poſuiſſe quia moueret. ipſam mouere, ſubdit etiam, quo modo arbitrati fuerint, ipſam cognoſcere entia. Exiſtimantes enim ſimile a ſimili ſemper cognoſci, uolẽteſque aĩam, ut pote entium cognoſcitiuam, entibus, rebuſq; ipſis aſsimilare, ne ipſam ex omnibus entibus, quippe infinitis exiſtẽtibus, facerent, ex principijs ipſam conglobant: q̃ñquidẽ & principiatarum rerum cognitio a principijs dependet. Rõnabile igitur eſt, animam ex principiis conglobatam non tm̃ principia quoq; ipſa, ſed etiam principiata cognoſcere. Sic ſane Empedocles ex quatuor elementis ipſam contexebat, atq; ex motiuis duobus principijs, amicitia, ſcilicet, & diſcordia: neque modo ſolum animã eſſe mixtionem ex omnibus illis dicebat principijs, ſed & quodlibet principium, cum ualeat ſimile cognoſcere. Cuiuslibet enim rei cognoſcitiuum, dicebat animam eſſe. Plato aũt in Timeo ex indiuiſibili ſubſtantia, eaque, quæ circa corpora compartita eſt, aĩam cõponebat. Quarum altera intellectiuum, altera ſenſitiuum indicat terminum, cũ ex generabilium rerum elementorum, ſubſtantia, eodemq; atque altero componatur. Quæ ſane, conſimiliaque huius ordinis genera, omnium rerum principia Plato poſuit.

*Eodem pariter modo, & in iis, quę de philoſophia dicuntur, fuit determinatum.*

De philoſophia, nunc ea intelligit, quæ de bono ipſe ex Platonis coloquijs memoriæ in ſcriptis mandauit. In quibus recenſet Pythagoricas, platonicaſq; de entibus ipſis opiniones.

*Animal quidem ipſum ex unius idea, ac prima longitudine, & latitudine, ac profunditate. Alia uero ſimili modo.*

Ariſt. apparentia ſolitus recenſere, ac repræhendere, pariter nomina, ac uerba præter antiquorum cõſuetudinẽ, & morem interpretari conſueuit, ſed nec reali quadam in ipſas inuectiua tollere, pderegue cõſueuit horũ hoĩum ueritatem, uerum nominum tm̃ abuſionem. Cum iam nõnullos uideret deceptos, q in mathematicos numeros, ac geometricas magnitudines ferebantur. Viri aũt illi uulgatos docendi modos abhorrentes, ac ſecreto his tm̃, qui digni eſſent, philoſophiam tradẽtes, alijs ipſam per mathematica nomina demonſtrabant. Ac clarius quidem horũ hominũ ſententia, in his, quæ in tranſnaturalia, appellata μετὰ τὰ φυσικὰ, ſcripſimus, a nobis eſt explicata. Impræſentiarum aũt quantum ſolum ad propoſitorum uerborũ facere vr̃ expoſitionẽ, paucis expediam. Qui numeros dixere ſpecies, ut pote primas ab indiuiſibili ſubſtãtia, ac impartibili illa unitate diſtinctas, ac diſiunctas (quę n. ſupra oẽs ſpẽs ſunt formæ, citra diſiunctionem etiam ſunt) omnimodam formarum multitudinẽ per denarium numerũ innuebant. Prima aũt formalia principia, unitate, ac dualitate, ut pote non adhuc numeris ſignabant: pariter & ternario, ac quaternario prima innuebãt principia, ut quorũ alterum imparium principium eſſet, alterum uero pariũ, ex quibus quidem per quandam geminationẽ, cõcurſumque denarius gignebatur numerus. Poſt numeros aũt, ponẽtes in ultis iſti ſecundis, multiplicibuſq; geometricas magnitudines loco naturalium, has etiam in numeros, tanq̃ formales cãs reduxere, atque etiam in horum principia. Vnitatẽ quidẽ pro pũcto ipſo indiuiſibili repræſentabãt. Dualitatem aũt pro linea, quæ prima eſt dimenſio, referebant. Ac ternarium quidem ipſum pro ſuperficie ipſa, ut pote plures iam in dimenſiones reſultante. Solidum aũt in quaternarium reducebãt. Ac uocabãt quidem, ut ex Ariſtotelicis dictis conijci põt, dualitatem ipſam, primam longitudinẽ, nõ quidem ſimplr̃ longitudinẽ, ſed primam tm̃, ut inde cãm ipſam notarẽt. Pariter & primam latitudinem, ternarium ipſum: primã aũt profunditatẽ ipſum quaternarium. Reduxerunt pariter & quaslibet aĩæ cognitiones in formalia principia. Ac intelligentẽ quidem, perinde ac in coniunctionem indiuiſibilem contractã, ad unitatem ipſam reduxerunt. Sciẽalem uero ipſam, ut pote ſeipſam conuoluentẽ, partem, quæq; ſciendi partis tenet, tanquam ab altera cã in cauſatum deductam, atque adeo per inuariabilia, eadẽque, ſemper tendentem, referebant ad dualitatẽ, opinionẽ aũt in ternarium, hac quidem rõne, q̃ñ non in eodẽ ſemper potentia ea uerſat̃, ac conſtat, uerum nonnunquam quidẽ ad ueritatẽ, nonnũquam aũt ad falſum declinet. Senſum aũt ipſum repræſentabãt per quaternarium q̃ñ ſenſus eſſet corporum perceptiuus in dualitate n unam tm̃ ab altera ad alteram unitatẽ, dimẽſionem eẽſ dicebant. in ternario, duas, ex quacunque ad alias duas unitates reſpiciendo. In quaternario treis. Reducebant ergo ad principia, tum cognoſcibilia quæque, ideſt Entia, tum horum cognoſcitiuas potentias. Diuidebant præterea Entia ipſa, non ſcđ'm latitudinem, ſed ſecũdum profunditatẽ, in intelligibilia, ſcibilia opinabilia, ac

ſenſibilia,

ſenſibilia, pariter cognitiones oẽs in intellectũ, ſciam, opinionẽ, atq; ſenſum. Quod igiť dixerat, ipſum aïal, acceptum fuit ex cognoſcibilium rerũ diuiſione, qđ quidem intelligibilẽ denotat ordinẽ. In quo puræ ſunt formæ. i. maximæ primæ, earũq; principia ſimplicis uidelicet unitatis forma, pariter & longitudinis primæ, quæ quidẽ pura ipſa dualitas erat, tum & idea primæ latitudinis, pariter & quæ primæ profunditatis. De oĩbus. n. his cõmuniter adaptandum id uerbũ, primũ, atq; id oĩbus cõuenire eſt dicendum. Ideſt prima ternitas, ac quaternitas. Reliqua aũt eodẽ modo, inqt, reliqua intelligẽs ex diuiſione cognoſcibilium ipſorũ, ſcibilia, uidelicet, opinabilia, ac ſenſibilia. Ex principijs. n. & hæc ipſa ſunt, uidelicet, formis, at nõ ex puris, atq; ſimplicibus, tãquã ex elementis, uerũ ex illis tanquã cauſsis ſecundis, unicuiq; rei proportionatis.

T.27 *Adbuc aũt et alio modo, intellectum quidem, unum, ſciam uero duo. Simpliciter enim ad unũ. Plani autem numerum, opinionẽ: ſenſum uero ſolidi.*

Cõ. Diuiſionẽ, quæ in ipſis quidẽ fit Entibus, ſignificat, nõ quidem quatenus ſunt cognoſcibilia, ſed quatenus cognoſcitiua, his etiam, ipſa in principia reductis.

*Numeri quidem, ipſe formæ, atq; Entium principia dicebantur. Sunt aũt ex elementis. Iudicantur aũt res, aliquę intellectu, aliquę ſcia, quædã opinione, nõnullæ ſenſu. Formę aũt ſunt hi rerum numeri.*

Poſtquam ſeparatim utraq;, quæ ſunt ut cognoſcibilia, quæq; ut cognoſcitiua percurrit, eorum nunc adinuicem ſimilitudinem demonſtrare parat: ut inde & ex uirorum opinione ſimile cognoſcatur ſimili. Cũ numeri nanq; ipſi, formæ illę eſſent primæ, cõponebanť quidẽ ex ipſius ſimplicis unius, elementis, uidelicet, dualitate, ternitate (ſic. n. liceat loqui) atq; quaternitate, principia uero dicebantur, tum cognoſcitiuarum, tũ cognoſcibilium ſubſtarũ. Potentiæ enim ipſæ, quibus res iudicabantur, elementaribus determinabanť principijs, ſimul & cognoſcibiles ipſæ res. Qm̃ formę ſunt numeri hi, ſcilicet formales, atq; harũ elementaria principia rerum. Etenim quæq; res cognoſcibiles formis determinanť, quatenus formæ ſunt.

T.28 *Quoniam aũt motiuum uidebatur aïę ineſſe, atq; cognoſcitiuum, ideo cõplicauerũt ex utriſq;, enuntiantes, aïam eſſe, ſeipſum mouentem numerum.*

Cõ. Xenocrates hanc tulit de anima diffinitionem, cum ſane uellet ipſius inter formas, ac formata medietatem, atque pariter ipſius proprium demõſtrare. Numerus enim eſt forma, mobile autem formatis conuenit. Quod igitur ex extremis fit ſolum, non ſignificat, quod nec numerus ſimplr erit, nec mobilis. Huic quidem. n. ſubnectitur, ſupponiturq; quatenus ab indiuiſibili exploſa, atq; expulſa eſt. Eo uero nobilior eſt, quatenus diuiſibili præſtãtior eſt. Vtrũq; igitur eſſet quodammodo, ut pote de ambobus cõmunicãs, numerus mobilis. Quatenus aũt hoc habet proprium, ut media ſit, a ſeipſo mobilis numerus eſſe diciť. Qm̃ non ita media anima eſſe dicitur cum dimenſionibus, qualis phyſica, naturaliſque ratio eſſe ſolet, nec præterea qualis etiam iuxta uiros illos mathematica ſubſtantia, neque qualis ſubſtantia ex lumine intellectus deriuans, intellectiua adhuc manens, ſed quia in apertum, et ab intellectu colluſtratis rebus proportionatũ deueniat, ſtabilem ac latentem annuncians intellectiuæ naturæ uirtutem. Quamuis quæq; uita iuxta uitalem ſuam proprietatem, ex ſuſcitationem, atq; accenſionem denotet quandam, intellectiua autem indiuiſibilem, atq; in ſeipſa manentem. Quæ uero formam refert corpoream, eã denotat, quæ circa corpora compartita eſt, quæq; altrinſecus in alteram partem ſubſidet, ſubſequiturque. Animæ uero, contractionem, denotat ex ſeipſa in orbem, atq; dimẽſionem. Propter hæc ſane Xenocrates affirmauit animã eſſe numerum ſeipſum mouentem. Ariſto. autem numerum eſſe paulo ante dicens, tum cognoſcibilium, tum cognoſcitiuorum, diffinitiuum, cũ quidem ut cognoſcitiuũ, de aïa rationabiliter dici accipit, atque ideo quidem, inquit, ꝙ qui dixerunt animam eſſe numerum ſeipſum mouentem, ij complicauerunt, & coniunxerunt, motiuum, & cognoſcitiuum.

*Diſſentiunt aũt & de principijs, quænam, & quot. Maxime qui corporea ab iis, qui incorporea. Ab his uero, qui miſcent, & ex ambobus principia fecere. Diſſentiunt præterea et in multitudine, unum enim aliqui, alii plura dicunt.*

*Conſequenter aũt his & aïas aſſignãt. Quod enim motiuum eſt, naturam primorum arbitrati ſunt, nõ abſque ratione. Vnde uiſum eſt quibuſdam ignẽ eſſe. Is. n. tenuiſſimus, & maxime ex elementis ſine corpore, pręterea mouetur, atque mouet alia primo.* T.29

Cõ. Quoniam, qui philoſophati de anima ſunt, hi componebant ipſam ex principiis, qualia quiſque, atque quot principia ſtatuiſſet, ex talibus, ac tot animam ipſam compoſuere. Corporea quidem naturales inquiſitores principia ſtatuere, Pythagorici uero & Plato incorporea. Anaxagoras, & Empedocles ex utriſque commiſcuere, conſequenter quoq; his, animas aſſignauere, cum quiſq; ſuũ principium, aut principia in animam deduxerit, ut pote, non entium modo cognoſcitiuam, ſed etiam motiuam. Non abſque ratione enim, inquit, ipſos exiſtimaſſe motiuam cauſſam ex primis eſſe. Quandoquidem cauſſatum eſt res ipſa mota. Quod uero per ſeipſum mouet, neque aliunde id moueť, cauſalem motus redolet naturam. Qui uero ignẽ principium eſſe ſuppoſuere, ipſumq; ut tenuiſſimarum partium corpus, animæ attribuerunt, profecto conuenientius quid, ac magis proprium ipſi attulerunt, his qui aliud ei corpus aſſignauere. Incorporea n. iuxta ueritatem eſt anima ipſa, atque adeo tenuiſsimarũ partium corpus, ut incorporeum magis, quam craſſum corpus, ei magis cõueniat. Propinquior. n. aïæ naturæ uiſus eſt, quia facile mobilis eſt, & alia mouere uideatur.

*Democritus aũt etiam ornatius dixit, declarans, propter quid horũ utrũq;. Aïam quidẽ. n. idẽ eſſe et intellectum: quẽadmodũ dicebamus, & ex primis, atq; indiuiſibilibus corporibus, motiuã aũt eſſe, ob partiũ paruitatẽ, atq; figurã. Inter figuras aũt facillime mobilẽ eſſe ſphęricã figurã: talẽ aũt intellectum eſſe & ignem.* T.30

Cõ. Democritus ornatius ea ratione dixit, quia cauſas dederit, per communes quidem cauſas, animas ponens intelligentes, per proprias autem poſitiones conſtituens ipſam in indiuiſibilibus corporibus, atq; quia intellectum, & animam in idem deduxerit, pariter quia principijs ipſis mouendi poteſtatem aſsignarit, cum aũe inter indiuiſibilia illa corpuſcula, ſphæricam figuram inuenerit facile mobilem, in hac animam ipſam collocauit.

*Anaxagoras autem uiſus eſt aliud dicere aïam, eſſe, & intellectũ, ueluti & antea dictũ fuit. Vtitur autem his ambobus, ueluti una natura: niſi quod intellectũ omnium principium maxime ponit. Solum igitur ipſum inter Entia ſimplicem eſſe, immixtumq; ac purum, dat autem ambo, eidem principio, tum cognoſcere ipſum, tum mouere, cum dicat intellectum mouere totum.* T.31

Qm̄,ut iam dixit,eius quod bene,ac recte ſit, mentem facit eſſe cauſam. Vtitur aūt tum anima,tum intellectu,ut una natura. In omnibus enim animalibus intellm̄ ipſum collocat,eatenus tamen,ut ponat intellm̄ omnium principium. Quando quidem in primis,ac ante oīa, ipſum immixtum ab omnibus reb⁹ maniſeſte decātat, ac celebrat, cognoſcitiuamq;,ac mouendi facultatem ei tribuit.

T.32 *Videtur autem & Thales ex his, quæ hi commemorant, motiuum aliquid animam exiſtimare. Siquidem lapidem dicebat animam habere, quia mouet ferrum. Diogenes autem,ueluti & alii quidam, aerem hunc arbitratus omnium tenuiſsimum eſſe, & principium, propterea q; cognoſcere,atq; mouere aīam. Quatenus quidem primum eſt,& ex hoc reliqua cognoſcere,quatenus uero tenuiſsimum,motiuam habere. At & Heraclitus etiam principium eſſe, inquit animā, exhalationē.n.ex qua reliqua, conſtituit. Incorporeum.n.& fluēs ſemper,motam uero rem,a re mota cognoſci. Entia uero in motu eſſe,& ipſe opinabatur,tū & complures alii.*

Cõ. Atque ideo quidem ita dixit, quia nullus de hac re ipſius peculiaris ferebatur tractatus. Tantum aūt de Thale locutus eſt,idq; quadam cum obſeruantia,ac reuerentia fecit. Quoniam magneti lapidi aīam concedebat,quippe quia moueat ferrum ut inde ex ipſius ſententia aīam eſſe motiuam probaret. At, ꝙ aqua aīa ſit, ei non adſcripſit, quamuis ipſe aquam elementum eſſe poſuerit, quoniam aquam principium, ac elementum eſſe corporum dicebat: atq; ideo conſentaneum incorpoream ipſam poſuiſſe. Quæ de Diogene narrat,probe maniſeſta ſunt. De ipſo uero Heraclito loquēs,ſyllogizanti ſimili vr̄. Quoniā non ita clare dixit,ignem, aut euaporationem ſiccam, eſſe animam. Sed præter id quoq;,quod ignis tenuiſsimarum ſit partium,facile etiam mobilis ſit, & cum mouetur, alia mouet,propterea animæ conuenire uidetur, ut pote quæ totum per uiuens corpus penetret, et eo quod moueatur, moueat,ac præterea cognoſcat. Nā cum Heraclitus oīa Entia in continua eſſe mutatione poſuerit quodq; cognoſcere debet,ipſa incontactu cognoſcere, uolebat inde conſequi,ut iuxta cognoſcens ipſum in motu eſſent.

*Proxime autem his & Alcmęon uidetur exiſtimaſſe de anima. At enim ipſam immortalem eſſe,quia ſit ſimilis immortalibus. Id autem ineſſe ei, ut pote ei, quæ ſemper moueatur. Moueri autem & diuina cuncta cōtinue ſemper: Lunam, ſolem, ſtellas,cœlūq; totum.*

Alcmæon Crotoniates ab aliis quidem tanquam Pythagoricus fuit exiſtimatus. Ariſto. autem in Metaphyſicis,ſiue ipſe pythagoricis duos illos ordines dederit, aut ab illis acceperit, mentione dignum illum cenſuit. Maxime autem in philoſophia uiguiſſe uiſus eſt, ut hinc conįjcere poſſumus. Immortalem enim inquit animam eſſe,ut pote immortalibus ſimilem. Et apud Platonē quoq; æquiuoce,ambigueque dicitur,immortalibus ſimilis, eo quod, & animæ noſtræ immortalitate participent, licet remiſſo modo Immortalitas aūt ei iccirco ineſt, quia ſemper moueaſ. Sic ſane & in phædro,tanquam ſemper mobilis,eo quod ſeſe moueat, immortalis demonſtratur: at non corporeo motu mouetur, ſed quo mouentur cœleſtes animæ. Quoquidem motu,& quæ apparent eorum corpora perpetuo mouentur.

*Ex illepidioribus autem,& aquam nonnulli enūtiauerunt,ueluti Hippo. Viſi ſunt autem ex ſemine perſuadi,quia omnium eſt humidum. Confutat enim dicētes aīam eſſe ſanguinem,quoniam ſemen non ſanguis. Id aūt eſſe primam animam. Alii uero ſanguinem, ueluti Critias: exiſtimātes animæ maxime proprium eſſe ipſum ſentire,hoc aūt adeſſe ob ſanguinis naturam.*

Ponebat quidem.n.& Thales aquam eſſe principium, ſed corporum ipſorum. Nec oīno quidem Animam eſſe corpus arbitrabatur. Hippo aūt merito ſic exiſtimare potuit,qui deos etiam,e medio ſuſtulit. Atq; ideo quidem in Metaphyſicis dedignatus eſt ipſum inter alios inſerere phyſicos. Ac illepidum hac in loco ipſum appellat, non ut qui ſolum craſsiſsimum corpus ipſam poſuerit animā, hoc enim ſe defenſare cenſuit, ſuſpicionis cām exponens, ſed maxime ob deorum ſublationē. Qui uero Critias ſanguinem eſſe aīam affirmauit, ſiue ex triginta unus fuerit, ſiue quidem alius ſophiſta,nihil noſtra intererit. Hanc uero in opinionē ductus eſt,eo quod uiderit, quæ in nobis ſunt partes ſanguinis expertes, ut oſſa,inſenſibiles eſſe.

*Omnia nanque elementa iudicem nacta ſunt præter terram,eam autem nemo attulit. Niſi quiſpiam eā ex omnibus elementis eſſe,aut omnia.*

Ideſt,omnia elemēta ſortita ſunt iudicem, quod.ſ.aliquod elementum principium ſit,magiſq; naturæ aīę conueniat,nullus uero ſolam terram attulit,quippe quæ craſſiſsimum ſit corpus,atq; omnino quaſi immobile.

*Deffiniunt autem animam tribus,ut ita dicam, motu, ſenſu, incorporeo.* T.33

Cõ. Primo id quidem, qm̄ ex his, quæ aīato inſunt, ad ea, quæ animæ adiacent, proceſſerat. Solum ei ſenſum dederat,& motum(nec enim aīato adiacet,quod craſſarum eſſet partium,aut incorporeum) poſtremo ex iis, qui de ipſa loquuntur,atq; etiam quia facile mobilis ſit, ac per totum corpus facillime penetrare poteſt, per incorporeum quoq; ipſam ab omnibus diffiniri inquit, non omnino incorporeum intelligens,quod ſine corpore eſt, ſed uel tenuiſsimum etiam corpus.

*Horum unūquodq; reduci in principia. Quare qui ex ipſo cognoſcere diffiniunt ipſam,hi etiam,aut elementum,aut ex elementis faciunt. Loquentes cōuenienter inter ſe, præter unum inquiunt enim cognoſci ſimile a ſimili. Quandoquidem enim anima omnia cognoſcit, cōponunt eam ex omnibus principiis.*

T.34 *Quicunq; quidem igitur unam aliquam dicunt cauſam,& elementum unum,& animam unā ponunt,exēpli gratia, ignem, aut aerem. Qui uero plura dicunt principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras autem ſolus,impaſsibilem mentem eſſe inquit,& commune nihil cum alio habere.*

Cõ. Quatenus aīa cum principiis cognationē, quandā hēt, quodlibet horum animæ ineſt, tum mouendi poteſtas, tū ſentiendi,atq; incorporeum. Quodquidē igitur incorporeum,& motiua poteſtas principiis ipſis cōueniat, id nūc tāquā notū prætermiſit. Quod n.corporeū eſt, motuq; moueſ corporeo,partibile exiſtens, diuiſibilemq; habens actionem,atque inde continente indigens, cauſans rebus, non aūt principiis cōuenit. Motiuum.n.& incorporeum, tāquā illarum cās,ipſe etiam principalia eſſe iudicat. Qūo aūt & qui ſenſitiuā potentiam, & cognoſcitiuam ipſi cōdonarint,obq; ſimilitudinē illā,ac cognationē cum principiis,id etiā ei dederint,nūc tēporis meminiſſe cēſuit. Vtiq;

quia

quia arbitrarenť, ſimile a ſimili cognoſci. Excipit uero ab hac cā Anaxagoram tm̄: non ea quidem rōne, quia ipſe etiam non poluerit, cognoſcitiuam potentiam principali illi facultati conuenire, ponit n. ipſam eſſe intellectum, ſed quod manifeſte etiam ſubdit, quia uoluerit cognitionem per ſimilitudinem fieri. Intellm̄ enim omnibus aliis immixtum eſſe dixerat, nihilque cum illis cōe habere, ſed nec de illo reliqua participare, id enim impaſsibilem ipſum denotat, nihilominus oīa cognoſcere ipſum dicebat.

T.35 *Talis autem exiſtēs, quomodo cognoſcit, ac propter quā cauſſam, nec ipſe dixit, nec ex dictis manifeſtum eſt.*

*Qui uero in principiis contrarietates faciunt, animam etiam ex contrariis erigunt. Quicunq; uero contrarietates in principiis faciunt, animamq; etiam ex cōtrariis conſtituunt. qui autem contrariorum alterum, ut calidum uel frigidum, uel conſimile aliud, aīam etiam eodem modo unum aliquod horum eſſe ponunt. Quapropter nominibus conueniunt. Alii quidem calidū dicentes, quoniam propter id & ipſum uiuere, nominatum eſt. Alii uero frigidum propter reſpirationem, & refrigerationem, uocari aīam. Quæ itaq; ſunt tradita de aīa, & propter quas cauſſas dicunt ſic, hæc ſunt.*

Cō. Per quæ quidem uerba immixtam portionem ueri & primi principii reſpectu principiatorum pariter & eam, quæ impaſsibilis eſt, amplexari uidetur. Cū uero opponat ei, ut pote, qui cognitionis cām non attulerit, impermixtum aūt tantum principium ſimpliciter dixerit, apparet principii ſimilitudinem, atque quadrantiam cū iis, quę a principio deueniunt, perinde, atque in his, quæ eiuſdem ſunt ordinis, nequaq̄ cōprobaſſe. Cū nec admittat, ipſum nulla cū colligātia, aut cōmunione exiſtere. Oportet n. cognoſcēs ipſum iuxta cognoſcibilis rei formā ſtare. Id autē nō eius eſſet, qď nullā cū ea cōmunionē haberet. Oportuerat aūt in principio pręſtare nō principium eiuſdem ordinis, reſpectu principiatorū, ſed qď pręſtātiori fuiſſet idea, atque id ipſum, qď ſumma erat, ipſorū principiorum cālē cōpręhēſionē. Sed uel nec ęquali ordine, ſed p ſimilitudinē q̄dā remiſsiorē, ipſum ad ſeipſam attrahet, atque cognoſcet. Quare & his, q elemētaria principia in aīa poſuere, cōſentit, ut pote trāſferentibus in rē motā, inſeparabilia rerū motarū principia. Manifeſtū aūt, quod & qui aiam in cōtrariorū uno collocarūt, exiſtimarūt ipſam utrunque cognoſcere, reliquum per alterum cognoſcētem. Siquidem una eſt, & eadem contrariorum ſcientia.

T.36 *Conſiderādum igitur primo de motu: fortaſsis enim non ſolum falſum eſt, ſubſtantiam ipſius talē eſſe, qualem dicunt hi, qui affirmant animam eſſe ſeipſum mouens, uel mouere ualentem, ſed unum eorum, quę fieri nequeunt, quod inſit ipſi motus.*

Cō. Intentio eſt opiniones traditas examinare, atque ſiquid bene dictū fuerit, indagare, pariter & emēdare, ſi qď nomē citra ſolitū, ac rectū modū uſumque traditū fuerit. Ne p eas priſcorū opiniones uagātes, atque ad ſectas tradētiū hæc accedētes, toto cœlo aberremus. In primis igiť a Platone decipi poſſemus, qui motus noīe in aīata etiam uita uſus eſt, ut pote in orbē cōuoluta aut in ſeipſam conuerſa, ac nō quidē oīno partibili, nec pure etiā manente indiuiſibili. noiat aūt hunc motum, ob declinationē quādam ab indiuiſibili, ſubāmque aīę, ipſum ſuiipſius mobile ſtatuit, ut pote quæ iuxta talē uitā eſſentiam, pfectionēque ſuā recipiat, diminutā quidē, atq; decidētē ab impartibili ſubā, at nō oīno tm̄ conſiſtentē. Ita quidem, ut per hoc, qď dixit, mobile, remiſsionē, ac decidentiā ipſius ab impartibili notaret, per id uero, q̄ dixerat, ſuiipſius, ſolā illam demonſtraret potentiam, quæ in indiuiſibili cōtineť ſubſtantia, quæ ue in ſeipſa cōſiſtit, ac a ſeipſa progrediť. Ariſto. aūs conſuetus tm̄, ac ſolum eum motum appellare, qui diuiſibilis eſt, ac per cōtinuitatis numeratur rōnem, iuxta uſum uocabuli apud ueteres non uſitatum, ſed apud uulgus, nō ipſum tm̄ ab animata ſubſtantia reiicit, ſed nec quouiſmodo aīam per ſe moueri affirmat.

*Quod igitur neceſſarium non ſit mouens ipſum moueri, antea fuit dictum. Dupliciter autem cum omne moueatur, aut enim ſecundum aliud, aut per ſe. Secundum alterum autem dicimus, quęcunque mouentur, quia in eo, quod mouetur, ſint, ut nautę. Neque ſimiliter mouentur, cū naui. Hęc quidem. n. ſecundū ſe mouetur, illi uero, quia in eo ſunt, quod mouetur. Manifeſtū aūt in particulis. Proprius quidē. n. motus pedū profectio. Is autē & hoīum. Non ineſt aūt nautis tunc.* T.37

*Dupliciter autem cum dicatur ipſum moueri, nunc inueſtigamus de anima, ſi ſecundum ſeipſum mouetur, & motu participat, quatuor autem cum ſint motus, delatio, alteratio, corruptio, augmētum, aut uno horum moueretur, aut pluribus, aut oībus. Sin aūt mouetur nō per accn̄s, ex natura certe ineſſet motus ei. Sin aūt hoc, & locus, oēs enim, qui dicti ſunt motus, in loco fiunt.* T.38

*Sin autem eſt ſubſtantia animæ mouere ſeipſam, nō per accidens mouere ipſum ei inerit, ueluti albo, aut tricubito. Mouentur enim & hæc, uerum per accidēs, cui nanq; inſunt, illud mouetur corpus. Quapropter non etiam eſt locus ipſorum. Animæ autem erit, ſiquidem ex natura motu participaret.* T.39

Videlicet in octauo naturalis auſcultationis: quo q̄dē in loco demonſtratum fuit, mouētia ipſa prima p ſe immobilia eſſe. Qď uero maxime, primo motiuum eſt, p accn̄s quoque immobile eſſe, atq; iterū itidē nūc in memoriā reuocat, idque p hoiem in naui mota qeſcētē, q̄ moueť quidem ex uno loco in alium deportatus, at nō ſimiliter cum ipſa naui. Qn̄quidē nauis p ſe moueť, qui uero in ipſa qeſcit, nec p ſeipſum totū, nec ſcďm parteis, ſed ea rōne mouetur, q̄a in re mota ſtat. Cōcedit igitur aiam moueri per accn̄s, eo ſ. motu, quo corpus, in quo eſt, moueť: at certe nō per ſeipſam. Quatuor aūt motus ſunt, ipſius tm̄ ſubæ mutatione nō connumerata, ſed his tm̄, quę tribus ſunt in generibus. Quorū primus, ſm̄ quantum eſt, qui cū nullū habeat cōe nomen, ut duo enumeratus fuit. Veluti & in prædicamentis Quod igitur corporeo nullo motu anima per ſe moueať, ex loco ipſo fuit memoriæ ſuggeſtum, qď enim quouis illorum motu moueť, aut ſimpľr corpus eſt, aut cōpoſitum, ut ipſum eſt animal, hæc autem ſunt in loco. Id. n ſignificat, quod ipſe dixerat. Quod qui dicti ›› ſunt motus in loco ſunt, ut pote, qui ei, qď in loco ſit, inſint, ideſt ei, quod hinc inde ſuas habeat parteis, ut inde ›› partibilis rei partibiles etiam ſint actiones. Anima uero ipſa in loco nō eſt, cum tota toti adſit corpori, ueluti id ipſum ultima, ac poſtrema ipſius uita declarat, tactiua ſcilicet, quæ tota cuilibet noſtro membro adeſt. Eadem prope ac talis eſt, quę aīæ pars perceptiua eſt, occurrētium ipſorum ſenſibilium aliis, atq; diuerſis particulis, quęq; eorū idemptitatem, ac diuerſitatem diiudicat, nō p parteis ſub

ipſius,ſed per ſe totam.Qm̃ ſimile eſt,ac ſi ego hoc, tu uero illud ſentires. Cæterum cur non alteratur,aut ex ignorantia,aut malitia,in uirtutem & ſcientialem habitum mutata? qualitates enim,quædã ſunt habitus ipſi. Sed ut quidem in ſeptimo naturalis auſcultationis fuit dictum , mutationes hoc quoq; in loco poſt paſsiones fiunt, quæ quidem non animæ ſunt,ſed animalis ipſius , vnita enim, ac collecta habitus illius pręſentia in aĩa manet , mutatio autem illa generatiua, ac tranſcurſiua in compoſito fit. Atq; hæc quidem clarius etiam a nobis in illis cõmentarijs fuere pertractata . Qm̃ uero anima non eſt in loco , utiq; nec localibus mouetur motibus , niſi forte ſecundum accidẽs intelligas . Sed ſi quidem ex ſui natura motu participat , ideſt,ſi non ſecundum id,cui ineſt,ſed potius per ſeipſam, utiq; in loco erit .

T.40 *Præterea etiam, ſi ex natura mouetur ,etiam ui moueretur , q, ſi ui,etiam natura .* Eodem *autem ſe habet modo & in quiete .* Ad *quod enim ex natura mouetur, & quieſcit,in hoc ex natura . Similiter autẽ & ad quod mouetur ui in eo ui quieſcit .*

Cõ. Anima ſ.animalium , quæ in generatione ſunt ſucceſsiua,de qua ſermo eſt,de quaq; fuerat ſuppoſitio,qđ mota moueret . Neque.n.iam inde conceſſum eſt omne ex natura ſua motum,id etiam ui moueri , id enim ob cæleſtia falſum eſſe . Sed peculiariter de ea dictum eſt aĩa,quæ tales ciet motus, qui in toto ſint animali , quibus ipſum etiam uiolentum includitur . Etenim ut interdum per tota ſeipſa ex natura mouentur , quieſcuntq; nonnunquam , ſic ſane & uiolenter moueri apta ſunt nata.Atq; ita de anima. quę ſi mota mouet , interdum moueretur,nõ ſemper mouẽs. quare & uiolenter mouebitur . Aut nec etiam aĩa mouetur.licet ſecundum uitam moueatur . Nec etiam quod p̃ impulſionem mouetur,licet aliqñ moueatur, neceſſarium eſt etiam ui moueri . Nec enim aliunde unquam motum ſuſcipit,ſed a ſeipſo ſemper, ac uoluntarie defertur , in his uero,quæ aliunde motũ ſuſcipiunt, atq; in corporeis motibus,ſi aliquando id contingeret , uerum eſſet illud axioma . Si quid enim horum ex natura mouetur , id etiam ui mouetur . Atq; etiam,e contra , ſi ui utique & natura. Neque enim cogeretur,niſi ita aptum eſſet natum , quod autem ita natum eſſet,habere poſſet aliquem motum ſecũdum naturam. Atq; hoc quidem natura etiam quieſcere, ac ui cenſetur. Quin & quem ad locum ex natura fertur, in eo etiam ex natura manet . In hoc enim quod ab alio mouetur ad proprium locum ut pote cum ſemper proprium non habeat locum , aptum eſt natum in non proprium deduci ab aliquo præter naturam, ac uiolenter .

*Quales autem uolenti animę motus erunt, & quietes,neq; fingere uolentibus, eſt facile reddere .*

Quoniam ſua ex natura libera eſt rationalis anima , libertati autem uiolentum contrarium eſt . Quare in tirannicis neceſsitatibus,atque uiolẽtis imperijs apparet , ſiue ipſa reſiſtat , ſiue non, atq; quanam ratione uolũtarie ipſi imperio cædat .

*Adhuc autem ſi ſuperius mouebitur ,ignis erit, ſi inferius , terra . Tales enim ſunt horum corporum motus . Eadem quoq; eſt ratio de intermediis .*

Ecce qũo ubique corporeos motus ab aĩa remouet .

T.41 *Prẹterea uero, quoniam uidetur mouere corpus his per eſt ipſum mouere motibus,quibus ipſa moue tur . Si autem hoc etiam conuertentibus uerum erit dicere,quod quo corpus mouetur ,eodem motu ipſa mouebitur.Corpus autem mouetur delatione .*

Semper enim mouens ipſum iuxta formam motæ rei Cõ.
ſtat, ut in tertio naturalis auſcultationis fuit dictum , formam aũt ſemper aliquam ſpectabit ipſum mouẽs, uidelicet hanc, uel talem,uel tantam: quod quidem erit principium,& cauſa motus,cum moueat. Sed actiue ſemper id fiet,paſsiue aũt aliquando, cum dum moueatur moueat. Pater enim,eo quod homo eſt,hoiem generat : & humano agit modo , humane affectus . Sol aũt generat hoiem in humana agens forma, neque tamen homo eſt . Atque manus quidem localiter mouet calamum, eadem ſimul agens localem motum,& patiens . Anima uero,quæ manum mouet,localiter tm̃ agit . Etenim ſi quę pateretur , ageret,rationabile utique foret, eandem formã duo eſſe , actionem ſcilicet , & paſsionem . Neque.n.per leuitatem ſed per caliditatem calefacit ignis & quia localiter mouetur,mouet calamum manus . Sed nec , inquiunt, arans aratur , nec uerberans uerberatur , quæque mota mouent, nec Cœlum alteratur,quia hæc alterat. Quandoquidem, dicam ipſe licet in eo,quod moueantur, & moueant , hñt hæc,agere ſcilicet,ac pati localem motum,at nõ aratorius motus,aut percuſſorius , aut alteratiuus mot⁹ motis reb⁹. dabatur,in eo quod paterentur,ſed ſolum , quia agerent. Præaccepta enim in mouẽte eſt perficiende rei forma , nõ quidem patiendo,ſed agendo. Non igitur etiam quid impediet aĩam uiuaciter motã,corporeos agere motus. Qũo igitur Ariſto. cenſet,eodem mouens moueri ( ſi contingat moueri ) motu quo mouit ? Siquidem nec in corporibus oĩno id uidetur,quod nec cõuenientius in ipſa quoque aĩa. Qm̃ qui in agendo præacceptam eſſe dicit in mouente formã,nõ aũt in patiendo,cõcedit hic mouẽs ipſum non ſemper mouere,eo qđ moueatur: ſequitur.n.& iuxta illam motus formam , ne qđ aliqua ratione immobile eſt , moueat . Hoc ſane modo,atq; cõditione uerum erit, quod conuertitur .

*Quare & anima mutaretur ,ueluti corpus ea, & ea quidem uel tota, uel per parteis translata .*

Hoc eſt moueretur localiter , quemadmodum corpus ipſum,aut tota ſimul , aut tranſportata per parteis.Quoniam delatio, aut localis motus ille , ab anima daĩ primo animalibus ipſis .

*Quod ſi hoc contingit,contingeret egreſſam rurſus ingredi . Hoc autem ſequeretur, ſurgere animalia iam mortua .*

Si.n.quibus ipſa mouetur motibus, corpus quoq; mouet. pariter & quod conuertitur, uerum erit, quibus.ſ.mouet ,mouetur, non habebit profecto alium motum , præter corporeos motus. Tales aũt ſunt locales,q ab aĩa principaliter corpori ſubminiſtrantur, igitur & uitales aĩæ locales erũt, adeo ut ob localẽ ſolũ motũ intrinſecus præſentẽ aĩalia uiuant, ob eius aũe egreſſum moriaĩ. Qđ quidẽ ſequiĩ, reſurgere aĩalia mortua, ea rõne , quia localiter moueri põt anima, ingrediq; atq; egredi a corpore .

*Motu quoq; ſecundum accidens ,licet ab alio moue-* T.42
*retur ,impelleretur nanque ui animal .*

Cum uoluerit aĩam per ſeipſam immobilẽ eſſe , nempe Cõ.
quia corporeos tantum, quique cũ corpore fiant , appellat motus, per accidens autem, quia in moto corpore ſit, & a ſeipſa,& ab alio moueri ſic conſentit . Etenim ab ipſa moueĩ corpus , ab alio uero quopiam uiolenter moueri forſitan poſſet .

*Non oportet autem cui moueri in ſubſtantia ineſt , hoc ab alio moueri,niſi ſecundum accidens .*

Id etiam qđ ſecundũ accñs a ſeipſo,uel ab alio moueĩ , manifeſtum,qđ nõ qua ratione a ſeipſo moueĩ ,ea etiã ab alio mouebitur . Adhuc quoq; manifeſtius fit . Quod.n. naturaliter, ac p̃ ſe ( quod ipſe dixerat in ſubã ) a ſeipſoq; mouetur,

mouetur, qua rōne a ſeipſo moueť, haud ab alio moueť, præter q̄ ſecundum accidens. Si enim a ſeipſis alio, ab altero aūt alio motu mouerentur, ut Planetæ ac erraticæ ipſæ ſtellæ, eo uidelicet motu, qui ad ortum fit, a ſe facto, atque eo, qui ad occaſum tendit, ab ipſa ſphæra quæ ἀπλανὴς a grçcis, a nobis aūt Inerratica, ſiue inuaga appellari poteſt, oium cōceſſu, qđ moueť, a ſeipſo atq; ab alio ſecđm accidens moueť. Sed & ſi eodē a ſeipſo, & ab alio aliquid moueatur motu ut ſi v.g. impelleret quis aliquē tendentē aliquo loci, non ſecundum ſe a ſeipſo moueť, & ab alio. Non.n. qua rōne a ſeipſo ad extrinſecus, motum facit, nec quatenus ab extrinſeco mouetur, a ſe motum ædit. Sed p accn̄s unus eſt motus, qm̄ ambo in mota re ſunt.

*Veluti neq; quod ſecundum ſe bonum, aut per ſe, id quidem propter aliud, illud autem alterius cauſa.*

Ei, quod ſecūdum ſe bonum eſt, opponit qđ per aliud bonū eſt. ei uero qđ per ſe, quod alterius eſt, gratia: vt ſanitas quidem per ſe bona eſt, ut pote uiuētis corporis perfectio: ſanum aūt ita eſt, per ſanitatē. Ac uirtus pariter p ſe bona, qm̄ ipſa eſt cuius gratia, & finis. Opes uero v g. alterius ſunt gratia. Quæq; huiuſmodi inſtrumentaria, organicaque bona dicuntur. Nō igitur, quod per ſe eſt, quatenus tale, propter aliud eſt. Nec quod per ſeipſum, ut rate eſt, alterius cā exiſtit. Nec ſimiliter oppoſita ſe habebūt. Verum quāuis idē per ſe, atq; per aliud eligibile ſit, non tamen id eadem, atque una ratione fit.

T.43 *Animam aūt maxime diceret aliquis a ſenſibilibus moueri, ſi quidem mouetur*

Cō. Qn̄quidem, qui cū corpore tm̄ fit, motū appellat, quo quidē aia ipſa a ſenſibilibus ipſis nō moueť, ſed ſenſorium ipſum tm̄ diſgregať, cōgregaturq;, aut oino alterať quod „ quidē demonſtrare uolens Ariſt. dixit, ſiquidē moueť.

*At enim ſi mouet ipſa ſeipſam profecto & ipſa moueri poſſet.*

Eodem, uidelicet alteratiuo motu. Quandoquidem ſolus hic vř eſſe corporeus aiç motus quaq; rōne a ſenſibilibus fit, ea a ſeipſa etiā fieri diceretť Qm̄ abſentibus, ac ſenſibilibus ipſis non agentibus, nequaquam fieret.

T.44 *Quare ſi quilibet motus eſt extenſio rei motę, dum mouetur, ipſa etiam ex ſubſtantia ſeſe trāsferret aia, niſi per accidens ipſam moueat. Verum motus ipſius eſt ſubſtantiæ per ſe. Nonnulli uero, aiam etiam ipſam corpus mouere, inquiunt, in quo eſt, ut ipſa moueatur. Vt Democritus ſimilia prope loquens Philippo comædiarum magiſtro. Dicit enim motam feciſſe ligneam uenerem, cum infuderit argentū liquidum. Similiter etiā Democritus inquit. Motas enim, inquit, indiuiſibiles illas ſphærulas, eo quod natæ ſunt ideo ut nunquam quieſcant, contrahere, & mouere totum corpus. Nos uero ſciſcitabimur nū quieſcere faciat hoc ipſum. Quo autē id faciet, difficile, aut impoſſibile erit dicere.*

Cō. Ois nāq; mot⁹ in mutatione eſt. Oē uero mutatū oino transfert ab eo, in quo fuerat prius. Quare quocūq; in genere mot⁹ fiat, iuxta illud tráſferť mota res. Vt iuxta q̄tū, aut quale, uel etiā, ſm ſubām. Si ergo aiæ ſuba nō per accidēs, ſed per ſe moueať, transferet ſecđm ſubam, adeo ut uel corrūpať, aut generetur. Tales.n. ſunt ſubales mutationes. Suba uero per accn̄s mouetur, aut quia in altero per ſe moto ſit, aut quia nō ſecđm ſubam mouetur, ſed p affectum, aut paſsionē quādā, aut per quoduis aliud prædicamentum. Propter corpus igitur, in quo ipſa eſt, moueretť profecto per accn̄s aia. Non tn̄ ſecūdum paſsionis prædicamentum, aut ſecundum quantum, aut ſecđm ubi. Neque.n aia ipſa quantum eſt nec aia in loco collocatur. Ac mutationes quidem ipſæ. quæ per affectus in habitibus ipſis bonis, ac uirtutibus fiunt, non in aia fiunt, ſed in aiali. Tranſitum uero. qui per operationes, actionesque eius ab una in aliam procedit ut pote unitum, ac per terminos ſemper factum, Ariſto. motum non appellat. Sed eum tn̄, qui pertranſit, ac continuus eſt, qn̄ nec corpora ipſa, ubi ex ipſo non moueri, aut e contra ſeſe traducunt, moueri dicūtur, ne inde motus ipſius ſit motus Plato aūt tranſcurſus, aut tranſitus illos aiæ per actiones factos, appellat motus. Tale aūt quid ipſum conſiderare, atq; cōtulere eſt. Deceſſum, aūt ac decidentiam illam ab indiuiſibile ſuba, intelligibiliq;, iuxta eius ſubſtātiam factum, appellat motum, ut tranſlatum, recedētēq;. Quod idem termino, ac forma Ariſto. non dedignatur. Terminū aūt, ac formam plis conſueuit ſubam uocare. Aia ergo formalis illius ſubſtātiæ erit decidentia, & receſſus, per motum ipſum perfecta, & ab eo eſſentiam hn̄s, ſed non genita, aut corrupta. Altero ergo modo cum dicatur aia moueri, tū per ſubam, tum per eius actiones, cōuenienter ſane corporeos motus ab ipſa reſpuit. Verum qm̄, ad diſtinctionē diuerſorum mot⁹ ſignificatorū manifeſte ipſius oratio de eo, qđ a ſeipſo moueť tendit, iamq; ab ipſa corporeos reiecit motus, in præſentiarum ea, quæ de Democriti ipſius dicuntur ſententia narrat, eaque etiam ex quibus Timęus eundem localem motum aiæ, & corpori aſsignare vř, tanquam alio modo huiuſmodi motus in aia poſſet accipi. Nonnullos.n. ita dicere inqt, ac ſi alij non ita ſenſerint. Clara uero ſunt, quę de Democrito dicunť ipſo: pręter id, qđ per argētū liquidū ſignificare, dicunt argentū uiuum. Interrogat aūt eum qui corpus ipſum motu mouet aiatarū atomorum, nū etiam quieſcere faciet corpus ipſarum motus. Quod quidē ut poſitione abſurda ſuit, ita ut manifeſte impoſsibile reprobans, non amplius poſuit corpus ob atomorum exitum aut immobilitatē quieſcere. Exitus.n. uitæ priuationē inducebat, at nō aialis quietē. Ipſarum aūt atomorum immobolitatē nec Democriti poſuere ſectatores, quippe q eas ſemper mobiles eſſe uoluerint, nec etiam poſsibile eſt aiatarū in corpore atomorū immobilitatē ponere, & qđ nullo alio, p̄ter illarū motū, aial moueretur.

*Omnino autem neq; hic apparet aia, mouere aial, ſed per prę electionē quādam, ac intellectionem.*

Localiter, uidelicet, moueri iuxta Democriticas ſuppoſitiones, uerū ex quodā cōſilio, prę electiōe ue potius, atq; intellectione. Præ electionē aūt nūc tēporis, p appetitione protulit. p intellectionē aūt, imaginationē etiā ipſam cōprahēdit: vt inde etiam alijs in aialibus motus eām notaret ut clarius ī tertio dictū eſt libro. Simul p̄terea latēter innuit, quoſnā Plato appellarit aiatos mot⁹. Appetitiones uidelicet, & intellectiones ut pote agētes motū corporeū, p cōtinuationem, atq; adeo ut reuolutas ipſaſmet exiſtētes.

*Eodem aūt modo & Timæus phyſica rōne oſtendit animam mouere corpus. Quia.n. ipſa mouetur, etiam corpus mouet, quia cōplexa eſt cum eo. Ipſam nanque conſtātē ex elementis, et ſecundum armonicas diuiſa numeros, quo ſenſum atq; connatam habeat harmoniam, atq; uniuerſum deferatur concordibus delationibus, rectitudinem in circulum deflexit, & cū diuiſiſſet ex uno circulo duos circulos geminos coniunctos, rurſus unum diuiſit ī ſeptē circulos, ceu Cœli lationes ſint aię motus.* T.45

Cū per Mathematica quędā cōplicata pythagorici conſueuerint, de tranſnaturalibus, aiaque, ac naturalibus rebus philoſophari. Platoq; Timæū ipſum, pythagoricum hoiem repræſentans, ut ſimplicibus corporibus quinq; Cō.

ſolidas, rectilineas figuras deputat, ſimiliter etiam ſubſtantiam animæ ipſius uniuerſi, per rectas, curuataſq; lineas inſinuat, ut inde adeo ipſius mediam naturam inter indiuiſibilem illam ſubſtantiam, atque eam, quæ circa corpora diſtributa eſt, notaret, quemadmodum & linea ipſa media inter punctum eſt, & ſolidorum ipſorum naturam. Simul etiam ut uiciniorem eam intellectui appropinquationem, intellectuique ipſi proximum, propinquumq; ſubgreſſum, ſignificaret: præterea proceſſum illum, inuariabilem, ac citra ullam contortionem factum, quem quidem recta linea portendit, ac illam etiam in ſeipſam conuerſionem, per circulum deflexum notabat. Quemadmodum ſane per diuiſionem unius rectæ lineæ in duas parteis, atque huius rurſus, quæ quidem interna magis eſt, in ſeptē, notat compræhenſionem, complexionemq;, quæ cœleſtium ſphærarum cauſſa, per propriam, ac conuenientem medietatem, eſt. Neque enim, ut intellectus ipſe, omnino indiuiſibilis eſt, ſed ut anima, per cõuolutionem, cuius circulares lineæ repræſentatiuæ ſunt, ueluti linearum iſtarū motus animatā refert uitam. Etenim licet intellectus moueat Cœlum, id tñ mediante aīa facit, quæ quidem per propriam uitam conuolutam, ut pote mediam, deducit motiuam, indiuiſibilemq; intellectus actionem, ad continuam, diuiſibilēq; cœli actionē. Quē Ariſto. ſolum appellans motum Timæo contradicit, qui diuiſibilem cum dimenſionem, tum actionē animæ tribuit. Ne uero conſuetum nominum uſum ſequētes, atq; adeo Platonica ſic accipientes, opinemur aīam uel magnitudinē eſſe, uel corporeo moueri motu primum quidem complicatio eius cum corpore, manifeſtum, quod localiter non eſt accipienda, ſed per præſentiam quandam continuam in toto ipſo exiſtentem, ac ſecundum ſubſtātiam cõſtātem. Compoſitio aūt illa ex Elementis reſultans, coagulationem ex ſubſtātia, eodemque, atq; altero, ſummatimq; oīum entium, quatenus Entia ſunt, componentium qualitatum cõfectionem, abſolutionēq; ſignificat, quæ peculiari quadam conditione in aīa ipſa compræhenditur. Ex communibus.n. oībus conficiuntur omnia. Verum qualibet ſtatuto, ac cõuenienti ordine, quem ſortita fuerint, conſiſtunt. intellīs.n. ex indiuiſibilibus conſtat. Quæ uero uitæ corpoream formam referunt ex ſubſtantijs circa corpora cõpartitis, aīa uero ex medijs conſtat. Rurſus & diuiſio illa quoq; per harmonicos facta numeros, ſubſiſtentiam oīum rõnum, quæ in ipſa fiunt declarat, ſubſtantięq; illius modi mediū, tum in diuiſionem deductum, tum in indiuiſibile quoddā contractum denotat, atque ea rõne quidem numeris per harmoniam diuiſis fit. Harmonia.n per concordantiam ipſam, collectionem quandam rõnū, iuxta diuerſam proportionem, ac proprietatem conſtantium iudicat. Numeri.n. harum qualitatum concurſum declarant. Rõnibus aūt ſui ipſius aīa, tum mouet cœlum harmonica delatione, tum harmoniam, quæ in ſupernis exiſtit partibus quæque in inferioribus, cognoſcit. Qm̄ cum præſtantioribus per continuationem copulantur, inferiorum aūt ſunt cauſſæ, adeo ut cœleſtes delationes aīæ motus ſint. Quandoquidem & circulares motus, ut pote ſphæricis delationibus ſimiles hanc ſubminiſtrant ſuſpicionem, aut imaginationem. Quod quidem etiam per argumēta comprobat, tum quia animam incorpoream eſſe demõſtrat, tum quia actionem habet ſcd'm cõtinuitatē indiuiſibilem. Ipſa.n. diuiſibilis actio corporibus competit, ut pote ex magnitudine, aut dimēſione ſic perfectis. Aīæ uero ipſi nequaquā, maxime aūt ei, quæ uniuerſi eſt anima.

T.46 *Primo quidem igitur non recte, dicere animam magnitudinem eſſe, ipſius nāq; uniuerſi profecto uult eſſe, qualis eſt, quę uocatur mens. Neque enim, ſane cuiuſmodi ſenſitiua, aut appetitiua eſt. Harum nanq; motus non eſt circulatio.*

Iam etiam inde aīam incorpoream eſſe demonſtrauit, eo quod corporum ipſorum, motus propria ſit actio. Animæ uero nullus conuenit motus uel diuiſibilis, uel continuus, ea rõne qm̄ non eſt in loco, ut plane id ſignificare põt, quod ipſa totum per corpus, ac tota per quodcūque membrum diſperſa eſt, qđ manifeſtum eſt in tactiuo ſenſu, ſimulq; cum uiolento quodam motu, mortalium aīa moueri debeat ſi quidem mouetur omnino. Voluntario aūt, ac ultroneo, liberoue (utroq;.n. modo uertam) animæ motui, opponitur uiolentum, ut pote uitali uita ex ſui natura tranſmutata in localem motum. Demortuo nāque aīali impoſsibile eſt aīam adeſſe: per locum aūt moueri poſsibile fuiſſet, ſi localiter moueri potuiſſet. Neceſſariū aūt eam fuerat ita moueri, eo quod ſimili moueatur modo cum corpore, quod moueret, ſi in eo quod moueretur, per parteis mouiſſet. Localis autē motus erat qui ab aīa corpori inditur: quaſi alteratio illa quę in ſenſibus eſt, quæq; animæ propriæ eſſe vr̄, ſenſitiuæ potentiæ, nõ ſenſorij potius ſit. Cū anima ipſa ſit p̄ propriam ſubſtātiam uita, a ſubſtantiali uero motu, receſſus per ſubſtantiam ſit: longe uero aliter, ita ut contrarium ſit, cum uita corpus unite complectitur, quantiſper aſsideat ipſi. Per hæc igitur animam incorpoream eſſe demonſtrauit oēm, per ea uero quæ propoſita ſunt, peculiariter rõnalem ipſam tm̄, quam ipſe intelľm appellat, ut innuit ipſe, cõtra diſtinguēs ipſum cum ſenſitiua, ac appetitiua. Quæ quidē nec ſecundum Pythagoricos etiam circulus erit, ut pote, quæ in ſeipſam conuerſionem nullam faciat, quod ipſarū tm̄ rationalium animarum proprium eſt.

*Intellectus autem unus eſt, ac continuus, ueluti intellectio. Intellectio autē cogitationes. Hęc aūt quoniam deinceps ſunt, unum, ut numerus, at non ut magnitudo. Propterea nec intellectus ipſe ſic eſt continuus, uerum uel indiuiduus, uel non ut magnitudo quędā continuus.* T.47

Platonico more ex operationibus ſubām ipſam Ariſt. comprobat. Ac id quidem maxime in ijs, quæ incorporea ſunt ſit, quibus nulla aut figura, aut color ineſt, ex quibus quidem nõnunquam etiam ad ſubſtantię deuenimus cognitionem. Intelľs aūt actio, eſt intellectio. Quæ una quidem eſt, (qm̄ & oē, quod quauis eſt rõne, vnū eſt) at non una per diuiſibilem dimēſionem, qm̄ in illa nec totum, nec quæuis pars inſimul eſt tota. Sed ſi paruū quiddam ſumpſeris, hic atq; illic uel aliud atque aliud, ſuas habebit profecto parteis. Intellectio aūt non eſt huiuſmodi. Verum aut ita eſt una, ut impartilis, ueluti illius mentis, quæ ſeiuncta ab aīa eſt, intellectio exiſtit. Quæ oīa entia in unum contrahit infinitaque eſt. Tum præterea quemadmodum noſtra formalium terminorum cognitio, non ſimul per oīa ſit, uerum per unamquāque ſpēm, aut formam. Poſt particularium aūt proprietatū demonſtrationem, rõnalis & propoſitionum, & ſyllogiſmorum cognitio in unū, ac in ſe ɔplicata, ad totius, & uniuerſi ſpeculationem indiuiſibiliter, quantum põt, ſe cõfert. Dilatata aūt, quaſique adaperta ad cognoſcēdos ducitur particularium propoſitionum terminos, ac ſubm ſeorſum, ſeorſum prædicatum cognoſcit, rurſuſque eos componens, ac, quaſi ſit unum ſit, complexe utrūque ſpeculaī, atque ſic ſemper rite procedit. Vltimo aūt totum ſyllogiſmum ad unū concludit, non corporea quidem mutatione atque diuiſibili tranſcurrens. Ipſa nanque nec ſecundum quāuis partem, nec ſecundum totum inſimul unitum, eſt. Noſtra uero rõnalis cognitio p̄ terminos ſemper procedit, tū propoſitionum cõpræhendes, conſiderās ut terminos, tum totā contrahens propoſitionem, ac totū colligens ſyllogiſmū, atque ita etiam magis a rõnibus ad formā aſcendit, ut nõ id per longum, aut continuum interſtitium fieri ſit dicendum, uerum citius perinde ac ipſi ſolent numerantes, ex unitate ad aliam deuenientes, adeo ut iuxta quāq; actionem

nem indiuiſibilis ſit, qm̄ etiam cogitatio quæuis indiuiſibilis eſt, ut pote ſimul cognita, ut animal, ac rurſus rōnale, deinde mortale, quodq; ex his oībus reſultat, ut unum. Intellectus enim, inquit ipſe, unus eſt, continuuſq; : qm̄ ſeparata aīæ mens, una eſt, ut indiuiſibilis. Rationalis uero noſtra ſubſtantia ob ſui conuolutionem ita una eſt, ut in continuitatem extendatur, non talem quidem, qualis eſt magnitudinis continuitas, ſed ita quidem dicitur, quia purā illam (ut bene rem habeamus) formarum abſtractarum indiuiſibilitatem deperdiderit, atq; amiſerit: quemadmodum & intellectio: qm̄ ut ſeſe actio habet, ſic ſubſtā etiam. Intellectio uero ipſa, cum nil aliud quam ipſæ ſint cogitationes, quæ quidem ordinarim ſe ſubſequuntur, inuicē, que copulantur, ueluti numerus ex diuiſis conſtat partibus, at non ut magnitudo, nec ipſa, inquam, cum interuallo, atq; dimenſione erit. pariter nec intellſ ipſe ſic continuus eſt, ut magnitudo ipſa, dimenſioneſq;. Sed uel indiuiſibilis, uel non perinde, ut magnitudo, continuus, qm̄ intellſ & immaterialis forma, & rationalis ſubſtā ſit. Sed is quidem undequaq; impartibilis eſt. Ea uero in interuallo quodammodo eſt conſtituta, ob conuolutionem, ac, quā diximus deperditionem. Verum non ita intelligendum eſt, ut continuitatem, quæ in magnitudine reperitur, habeat, ueluti corpora ipſa, quantum n. immaterialibus proxima eſt formis, tm̄ ſuperat corpoream dimenſionē. Per quæ, mediam inter indiuiſibilem, atq; eam, quæ circa corpora eſt compartita, ſubſtantiam denotat. Ex his quidem primo uerbis, uel ut magnitudo non continuus, ſic ſane etiam ex ijs, uel indiuiſibilis, immaterialem, quique ſupra ipſam eſt animam, intellectum intelligit. Qm̄ & ille, cuius aīa eſt particeps, medius ſane exiſtit. Neque. n. nulla cum proportione, menſuraque aīa ipſius particeps fuiſſet.

*Qua enim ratione intelliget, cum magnitudo ſit, utrum uniuerſaliter, aut in quāuis particularum eius, particularum autem, aut ſecundum magnitudinem, aut ſecundum punctum, ſi hunc etiam oporteat uocare particulam. Siquidem igitur ſecundum punctum.*

Actio rōnalis animæ pura, qualis quidem eſt ſemper eius, quæ uniuerſi eſt, nonnunquā aūt etiam & noſtræ, cū nec ſenſu, nec imaginatione utitur, (eo quod nec in corpus, nec in corpoream ullam formam deferaſ, aut extendatur, ſed in ea, quæ corporum immunia ſunt) neq; corpore, ut inſtrumento utitur, nec quauis alia rōne, cooperante, non ſine quodam interuallo, dimenſioneq; ijs cognoſcibilibus occurit, quæ non perinde, ac magnitudinis continuitas, uniuntur, quo fit, ut nec intellectio huiuſmodi continua ſit. Sed quæ per terminos ſemper conſiſtit. Multo etiam magis nec ipſum intelligēs magnitudo erit. Quod enim intelligitur, unum eſt, nullaq; cum dimenſione. Intelligens aūt ipſum ſi quidem magnitudo eſſet, uel ſecundum ſe totum cognoſcibile ſciet, uel ſecundum aliq̄ ſui partem. Ac ſi quidem ſecundum ſe totum, uel per ſe totum, cognoſcet oē, partibus aūt ſuis, uel extremis, proprietates magis particulares percipiet, uel ſecundum ſe totum, etiā unūquodq; cognoſcendorum terminorū appræhendet. Si uero id ſecundum aliquam ſui faciet partem, aut ſecundum puncta, aut ſecundum minores magnitudines. Quod ſi totum quælibet pars, & quoduis extremū cognoſcet, uel quæuis pars magis particulares proprietates, totum aūt, per ſe totum oē, uel ſecundum ſui partem, quodlibet, et per totū, ipſum oē cognoſcet, quod quidem ut primo cōuenientius ſupponit. Si nāq; magnitudo intellectiua eſt, utique et ipſius totius actio, & particularum ipſius magnitudinis cognoſcitiua erit, at nō ipſius partiū quæq; alia, alia aūt totum eius cognoſcet. Qm̄ quidē tale eſſet, ac diceres, id quidem ego, tu illud ſentis. Nec etiam totum cognoſcet cognoſcibile ipſum totum, niſi & p ſe illud totum, quæq; totum componunt, cognoſcat. Longe igitur rationabilius eſt, ut eiuſdem rei & totum, & partes quælibet, aut extremum quoduis, ſi ſecundum punctum faciat contēplationem, uel quæuis particula, ſi ſecundum magnitudines conſideret, alia alias cognoſceret. Quas q̄dem parteis, non magnitudines. ſ. un. ſed etiam puncta cōmuniter parteis appellans, ſubdit. Si hunc etiam oporteat uocare particulam. Infert poſtea contigentia illa poſitioni abſurda, quatenus quidem ad eos pertinet qui ſecundū quodq; punctum idem uolunt intellm intelligere, ita tñ, ut alias aliud per motum quendam intelligat.

*Hæc autem infinita, planum, q, nunquam tranſcurrent. Quod ſi ſecundum magnitudinem, ſæpe, uel infinities idem intelliget. Videtur id autem id ſemel contingere.*

Non igitur circulus erit, nec totum, ut totum cognoſcetur. Si enim totum ipſum cognoſcetur, utique & puncta omnia quæ in ipſo ſunt, cognita erunt, ex his. n. totius cōtemplatio unitur. & conglobatur. Impoſſi autem eſt cognoſcere oīa ob infinitum numerum. Subdit autem & quod conſequitur abſurdum diuidentibus ipſum non ſecundum puncta, ſed ſecundum particulas. Diuidere autem ipſis eſt neceſſarium, quandoquidem poſitum fuit ipſum intelligere, tum magnitudinem, tum quod mouetur. Quodnam igitur abſurdum illud eſt? Quod ſcilicet ſæpius, aut infinities idem intelliget. Sæpius quidē ſi magnitudines terminatæ ſint, in quas diuiſio ipſa fit. Infinities autem, ſi interminatæ ſint: eo quod ſecundum, uerbi gratia, eius, quod ante ſeipſum acceptum fuerat, dimidium, aut tertium accipiatur, iterumque atque iterum intelligatur. Neceſſarium igitur eſt, ad hoc quod propoſitæ rei cognitio in toto gignatur, ſæpius, aut infinities idē intelligere. Tum ea quoque ratione, quia impoſſibile eſt, ut percurrant aliquando. Quod autem ſæpius, id etiam abſurdum eſt. Videtur autem id ſemel contingere: cum ſcilicet poſt alicuius rei intellectionē, quam primum ad aliud tranſgrediamur.

*Sin autem ſatis eſt, tangere quauis ratione parteis* T.48
*ad quid oportet circulo moueri, uel omnino magnitudinem habere? Si uero neceſſarium eſt intelligere toto circulo tangentem, quinam eſt partibus tactus?*

Argumentum hoc, omnem confutat, uel ex particulis, Cō.
uel ex extremis deuenientem cognitionem. Si n. cognoſcitiua propoſitæ rei cognoſcibilis, uel cuiuſq; partis, aut extremi actio eſt, quid oportet circulo moueri, ſi quidē ſtatim totum per contactum cōpræhendat. Ad quid autem oportet, cognoſcens ipſum magnitudinē habere, ſi etiam quælibet totius pars, cognoſcitiua ſit. Manifeſtum. n. qđ in indiuiſibili ſpatio, ac tēpore cuiuſq; rei fit cognitio: quare nec in motu fiet (omnis enim in tempore fit motus) nec diuiſibili in ſpatio. Nec enim proprietatum magis particularium aliquas, altera particula, aut extremitate percipiet, toto autem, omnes. cognoſcibile enim impartibiliter contrahi oportet, ſpatioq; indiuiſibili, omnis autem magnitudo diuiſibilis eſt Quod ſi alteri, atq; alteri cognoſcibilis rei proprietati cognoſcens ipſum occurrens, totū ipſum collectim, impartibiliterq; apprahendit, unum & ipſum neceſſe eſt eſſe, quod omnes percurrit proprietates, rurſuſq; omneis in unum contrahit. Siquidem qui totum nouit, & omnes etiam magis particulares, ex quibus totum reſultat, proprietates cognoſcit. Reiecta igitur ea etiam eſt poſitio, quę ipſum omne, magnitudine tota uoluerit, partibus autem, & extremis proprietates magis particulares cognoſci. Reliqua ea eſt, quæ toti ipſi aſsignat, & ipſius omnis, & particularium proprietatum contemplationē. Quæ nanq; ſolis dat partibus utrunq;, ne cōfutatione quidem eſt digna, ut pote manifeſtiſsime impoſsibilis, quæ

uidelicet ponit, intelligens ipſum non intelligere. Quandoquidem intelligentis parteis dicere, non intellectiuas eſſe, undequaq; impoſsibile dicetur. Quis enim, inquit, partibus eſt tactus, ſi quidem totum intelligat, at non ipſius partes? Nec enim intelligentis, quatenus intelligentis, particulæ calefactiuæ erunt, ſed & ipſas etiam intellectiuas fatendum eſt eſſe.

*Adhuc autem quomodo intelliget diuiſibile, indiuiſibili, & indiuiſibile, diuiſibili.*

Cognitio omnis licet, diuiſibilis ſit rei, eam tamen in indiuiſibile quiddam contrahit, et reducit, ut inde totū, ut totum contempletur. Quæ enim per parteis percurrit, aliamque atque aliam contangit, illius ſemper eſt, quam ſemper contangit. Totius igitur eſt, cum ut totum illud contangat, non autem quia de partibus tractet, quoniam ſimile eſſet, ac ſi id ego, tu illud ſentires. Sed totum, ut unum eſt totum, in uno, indiuiſibiliq; cognoſcente contrahitur, complicaturque. Atque adeo inde eſt, ꝙ ſenſus, licet partibilium rerum ſit extrema, ultimaque cognitio, iuxta tamen formam cognoſcibilis obiecti manet, omnis aūt forma indiuiſibilis eſt, ut pote indiuiſibiliter rem a ſeipſa informatam compræhendens. Sed non ita quidem, ut punctum lineæ ipſius terminus eſt. Hoc enim ſtricte, obque ex partibili excidentiam, ac conditione quadam deteriori indiuiſibile eſt. Puncti igitur ipſius cognitio, ipſius tantum ſolius eſt, at non etiam lineæ: eo quod lineæ ſit quoddam extremum. Lineæ uero cognitio ſecundum eius formam facta, & cognitio lineæ eſt, & extremorum. Si igitur intellectus magnitudo eſſet, licet extrema habeat impartibilia, ex opinione eorum, qui ei lineariam aſsignant magnitudinem, nec diuiſibilia, nec indiuiſibilia cognoſcet. Cognoſcens enim totum, perq; ſe totum, uniuerſum cognoſcibile obiectum compræhendet. Neque uero diuiſibile obiectum, quod cognoſcibile ſit, ab indiuiſibili percipietur, utpote tanquam ſuipſius puncto exiſtente. Quoniam punctum cum magnitudine non eodem coextenditur modo, ut ita ipſam contangat. Sed nec quod cognoſcibilis ipſius impartibile eſt, a diuiſibili ſuipſius parte cognoſcetur, ut pote non habili, congruoq; ſibi. Si quis enim magnitudini ſecundum eius formam, cognoſcitiuam partem aſsignaret, iam quidem incorpoream ipſam confeſſus eſt, forma enim terminus eſt, at non res ipſa terminata. Vt enim per motum, mouens, a re uiuaciter mota idest, inſtrumento, uel (ut uulgato uſui inſeruiamus) organo diſcriminamus (non enim quatenus corpus mouetur, uerum quatenus uiuens, animatumque eſt, mouetur, uel uolans uerbi gratia uel ambulans. Mouens uero ipſum, animatū eſt, diuerſam hīs motiuam actionem, ac non eandem cum re mota. Quare & eius tanquam organi anima eſt actus, utiturque eo, ut uiuente corpore. Quæ & a corpore nō tātum eſt ſeiuncta, ſed & a uita etiam illa, quæ corpori inſeparabiliter inſita eſt, per quam uiuaciter perficitur corpus motum) ſic cognoſcitiuum ipſum, quodq; mediante corpore actiones ſuas ædit, duobus inniti cenſemus modis. Altero quidem per inſitam corpori uitam, cūq; ipſo corpore natā: quæ non pure quidem, ac ſincere actiua eſt, ſed id quidem ſit, cum aliqua corporis, aut diſgregati, aut cōgregati paſſione. Altero autem modo in formam terminat, ſolumq; agit, quodcūq; eſt in anima utente cognoſcēdi potēs, quę magnitudo non eſt (quia nulla magnitudo, forma) ſed forma elaboratum quoddam. Separabiliſque quadā ratione a magnitudine eſt, nō paſsiue, ſed actiue cognoſcēs. Intelligens uero ipſum adhuc multo melius ſeparabilem portionem indicat. Si quidem, ut poſtea demonſtrabit, non ſimilis eſt ſenſitiuæ, & intellectiuæ potentiæ impaſsibilitas, quippe quia intellectus non utitur corpore, ut inſtrumento, ac tū quidem in primis cum ſeparatas formas cognoſcat, hoc enim in loco nec corporea utitur cognitione, uidelicet ſenſu, uel imaginatione. Atq; hæc quidē ſunt, quæ de intellectu hoc in loco demonſtrantur. Intellm aūt ut diximus, appellat rōnalem animæ uitam, quam etiam contradiſtinxit cum ſenſitiua, & appetitiua. Quæ igitur nunc demonſtrantur, nō tantum intellectum incorporeū eſſe aſſerunt, ſed nec etiā corpore ut inſtrumēto uti ſuis in intellectionibus probant. Quod enim indiuiſibile eſt, aut per terminos ſemper procedit, ad quid utetur eo, quod ſecundum diuiſibilem tēdit continuitatem, niſi cognita forma in diuiſibili collocata ſit? Tunc enim organum ſuppetias inſert, propter compræhenſionem ipſius diuiſibilis, quandoquidem forma etiam cognoſcitur, quæ in ipſo eſt corpore. Sic ubi ſeparatas formas intellectus conſiderat, non utetur corpore tanquam ut inſtrumento: licet huiuſmodi intellectui cohæreſcat imaginatio ipſa, nō quidem, ut auxilium ſubminiſtrans ad intelligendum, uerum ut pediſſequa ſubſequitur, perinde, atq; umbra ſolidum in lumine exiſtens conſequitur, aut quemadmodum intenſam animæ contemplationem inſequitur oculorum uibratio. Quæcunq; igitur collecta ſunt abſurda ei, qui ipſum intellectum magnitudinem eſſe dixerit, euenientia, eadem contingent & his ipſis, qui poſuerunt intellectum, in intellectione ſeparatarum formarū corpore ut inſtrumento uti. Ariſtoteles autem ubi eos, qui intellectum magnitudinē eſſe dixerant, confutauit, confirmat deinceps talem eſſe etiam Timæi ipſius poſitionem, inquantum apparere poteſt, inquiens.

*Neceſſarium autem intellectum eſſe circulum hūc. Intellectus enim motus, intellectio, circuli autem, circulatio. Si igitur intellectio circulatio, utiq; intellectus eſſet circulus, cuius talis circulatio, intellectio.*

At non ut, actum eius, nec ut organo utentē, nec multo magis, ut undequaq; inſeparabilem. Siquidem ex illius ſententia circulatio circuli intellectio eſt, nō omnis profecto, ſed huius, quem inquit diuiſum, conflexumq; in orbem duci. Vnde igitur rationes haurit, ad probandum circulum hunc intellectum eſſe? Quoniam quorum ſunt actiones eædem, horum etiam ſunt ſubſtantiæ eædem. Dicitur autē circulatio circuli, etiam intellectio. Sed & intellectus etiam actio, intellectio dicitur ex omnium confeſſu. Quorum autem ſunt actiones unæ, eadem quoque ea ſunt. Intellectus igitur & circulus hic eadem ſunt. Quomodo per mathematicam demonſtratiue hæc Timæus ſcripſerit, iam a nobis eſt ſedulo declaratum.

*Semper autem ſane aliquid intelliget, oportet nāq; ſic, ſi quidem perpetua circulatio. Actiuarum enim intellectionum ſunt termini. Omnes enim alterius ſunt gratia. Contemplationes autem, rationibus ſimiliter determinantur, ratio autē omnis, aut diffinitio, aut demonſtratio. Demonſtrationes autem, etiam a principio, habentq; quodammodo finem ipſum ſyllogiſmum, uel concluſionem. Si autem non terminantur, at non certe ad principium reflectunt rurſus. Aſſumentes autem medium ſemper, & extremum recte progrediuntur. Circulatio autem rurſus ad principium reflectit: diffinitiones autem omnes finitę.*

Oportet enim, ſiquidem circulatio perpetua eſt, intellectionem eſſe perpetuam, cum eadem cum circulatione ſit. Atque ita perpetua, ueluti circulatio ipſa. Quæ quidem, non eo ꝙ in uno ſtat termino, perpetua eſt, uerum in mutatione non per terminos facta, ſed per continuationem. Quæ nec in ſtatu, nec in fine aliquando eſt. Talis autem cum ſit intellectio ipſa, unius ſemper erit alicuius. Quandoquidem eo in tranſitu, qui ab alio in aliud

fit,

ſit, neceſſarium eſt ſtatu intercipi, qui in ipſo, antea intellexiſſe, occurrerat. Non intercipitur autem circulatio ſtatu. Erit igitur eiuſdem ſemper intellectio, at non in ſtatu, ſed ſemper in fieri, eo quod idem ſemper percurrat, nunquãque ad finem deueniat. Interrogabat autem, quid ſemper intelliget. Quod enim ſemper, breuiſsime innuit, eo qđ ſcilicet, circulatio perpetua ſit. Non enim agibile eſt, aut contemplabile ipſum intelligendum. Quoniam utraque ſcilicet, actiua, & contemplatiua intellectio, terminata eſt. Quarum altera a fine rerum agendarum principium ſumit, terminatq; in actionis ) finem. Altera uero determinate quamprimum agit quidem, ſecundumq; unum ſtat terminum, in totius compræhenſione, demonſtratiuo autem modo a propoſitionibus incipit in ipſamq; terminat concluſionem, atq; adeo inde ſyllogiſmum, ac concluſionem pro fine habet, ac concluſionem quidem, utpote in eam terminãs: ſyllogiſmum autem, ita quippe quia cum concluſione propoſitiones inſimul trahit, & colligit. demonſtratum enim eſt in libris demonſtratiuis, quod non datur infinitus proceſſus, uel in principia, uel in fines: ac quemadmodum extrema ſunt terminata, ſic & media finita ſunt. Nunc autem ſecundum ſuppoſitionem concedens non eſſe finita. nihilominus huiuſmodi infinitatẽ diuerſam eſſe innuit, ab ea, quæ per circulationem ſit, ſiquidem ſit in conflexione, illa autem in rectum tendendo. Pariter etiam diuiſiua, & reſolutiua contemplatio terminata oſtendetur.

*Adbuc ſi eadem circulatio ſæpius, oportebit ſępius idem intelligere. Præterea uero intellectio ſimilis eſt cuidam quieti, & ſtatui potius, quam motui.* Eodem autem modo & ſyllogiſmus.

Nobilior noſtri intellectus pars ſemper quidem idem intelligit, ſed non idem ſæpius. Non enim, modo, aut modo, nec omnino cum extenſione, neque nunc, ac nũc, ſed in uno tantum inſtanti, omnemque temporis infinitatem indiuiſibiliter compræhendit. Quare non ſæpius idem intelligit, uerum ſemel, iuxta illud ſemel perpetuum. Noſtra uero intellectio tranſcurſiua cum ſit, non ab eodem ad idem ſe transfert, ſed ab altero in alterum tranſit, ac per media rurſus ad idem tendit. Si autem circulatio intellectio eſſet, & ſæpius facta, at certe non perpetua erit intellectio: & a ſeipſa in ſeipſam haud alia per media trãſibit. Nullum autem abſurdum fortaſsis erit, ſi idem erit, nunc, ipſum uerum, atque illud, nunc, quod in extenſione temporis eſt, quod quidem in generabilibus ipſis terminatum eſt, infinitum autem in cœleſtibus ipſis: quoniam naturalium rerum eſſentia non eſt perpetua, ut inde in uno ſemper maneant. nunc. Qua igitur de cauſſa diuinarum animarum intellectio, non & ipſa ita una eſt, ut omnium ſemper quidem ſit, & interminata, at nõ ut perpetua in uno, nunc, permanet? Quoniam ipſum perpetuum nobilius eſt eo, quod per animam conſideratur. Sed ſicut ipſa, nunc, & nunc, per infinitam manet continuitatẽ, & ea ratione ſubtexitur intellectui, qui ſupra animam eſt, ſic etiam & in ea complicatione cum intelligibilibus facta euenit. Altera quidem per indiuiſibilem unitionem. Altera autem per quendam contactum ſit, atq; adeo etiam in ipſo, formaliter ſit multitudinis intellectionum diſtinctio, at ob indiuiſibilem contractionem, quæuis id eſt, quod aliæ, atque iccirco cuiuſcunq; generis. In diuinis autem animis mutuaque cognitionum contractione, cum iam ea, quæ cognoſcibilium eſt in ſeipſa, contractio, haud pure indiuiſibilis ſit, non ſic res eſt, cum diuiſionem ſubeat. Si igitur nunc, atque nunc, eadem eſt, quare abſurdum erit, ſæpius idem intelligere? Quoniam, dicam, non ſolum idem ſubijcitur, ſed etiam res mutata, ſi quidem circulatio intellectio eſt. Non igitur ſimul eſt tota, ſed qualis illa eſt, quæ apud nos eſt, dum nondum totum ipſum cognoſcimus, ſed ad ipſum tendentes, illud diuidimus, eo quod primum ſubſtantiam, deinde animatum ipſum cognoſcimus, deinde ſenſitiuam portionem, & ita quidem totum animal. Abſurdum autem eſt, quia rurſus, atq; rurſus intelligat. Neque enim quæ ſemel elaborata eſt cognitio eo indiget, atque ideo quidem dixi, quod infinities non indigebit. Quoniam diuinis in animis ne ſemel quidem indiget. In illis enim intellectio manifeſtius longe, quieti, ac ſtatui cuidam potius, quam motui aſsimilatur. Siquidem & in nobis alias ex alijs res colligentibus, uidelicet ſyllogiſmum, quietus ſtatus citius, quam motus apparere poteſt, idq;, ob proceſſum ſemper per terminos factum. Non enim in tranſitu, aut trãſcurſu intellectio ſit, ſed in quadam, unoquoque in termino mora facta conſiſtit.

*Atqui neque beatum, quod nõ facile, ſed uiolentum.* T.49

Manifeſta eſt utraque propoſitio. facilitas enim in eo Cõ.
quod ſecundum naturam eſt, conſiſtit, beatitudo autem in facili ſtat. Quare & in eo quod ſecundum naturam eſt, neque uero in uiolento ſtabit. Incorruptio enim eſt beatitudo ipſa. Nõ corrumpi autem in corruptibilibus etiam ipſis, quantiſper ſecundum naturam ſe habeant, ineſt. Incorruptibile igitur ſecundum naturam ſemper eſt. Præmiſſum autem id fuit, ob id, quod ſtatim infertur.

*Si autem motus ipſius eſt non ſubſtantia, præter naturam certe moueretur.*

Violentum enim eſt, quod præter naturam ipſam eſt, uiolentum autem non eſt beatum. Quod autem Cœli anima non ſecundum naturam ſit motus, prius quidem id in omni anima communi ratione demonſtrauit, demum etiam id in ipſa ſeorſum notauit. Si ergo mouetur, inquit ſecundum naturam moueretur, hoc enim probe clarum eſt. Verum quanam ratione, ſi quidem eius ſubſtantia non eſt motus. dixit. præter naturam certe moueretur? Neque enim cœli ſubſtantia, motus eſt, neque tamen pręter naturam mouetur. An ita quidem, quia, ut in tertio dicet, intellectus ex ſubſtantia ſua eſt actus, neq; ille tãtum, qui animis ipſis præſtãtior eſt. ſed & anima etiam noſtra, cum omnẽ ad extra actionem in ſe colligens, ſeparate uiuit, et quoad eius fieri poteſt, indiuiſibiliter, ac ideo quoq; actiones ſuas in ſubſtantiam propriam contrahit? Longe uero melius, ac non aliquando quidem, ſed ſemper, diuina uniuerſi anima, propria ex ſubſtãtia erit actio, ac ſi motus eius actio fuiſſet, ſubſtantia profecto ipſius motus fuiſſet, ſi igitur non hoc eſt, uel non mouebitur, uel ſi ſic, id tamen præter naturam faciet.

*Laborioſum autem eſt, mixtum eſſe corpori, ut non diſſolui poſsit, & adbuc cauendum. Si quidem melius eſt intellectui, haud cum corpore eſſe, quemadmodum ſolet dici, ac multis etiam uidetur.*

Cum per ea, quæ iam ſunt prædicta, intelligibilem animæ portionem, ideſt rationalem ipſam, nec corpus eſſe, nec magnitudinem demonſtrauit, ( nam & ea, quæ primo de uniuerſi anima demonſtrauit, animæ noſtræ ſecundo loco conueniunt ) nunc quamlibet rationalem animam a corporibus ſeparabilem eſſe repetit. Et id quidem, in primis ſermone de uniuerſi anima facto, agit; ad eam enim quoque abſurda illa tendunt, & referuntur. Rationalis itaque animæ ſeparabilem portionem, quam intellectum appellat, quadam ratione demõſtrat, quoniam, ſcilicet, ipſi melius eſt abſque corpore eſſe. Id quod non ipſe tantum Plato fatetur. ſed & compluribus ita eſſe uidetur. Nobilior ſi quidem philoſophiæ contemplatiua pars eſt, ipſa actiua parte. In contemplatiua autem, adhuc nobilior eſt, quæ circa ſeparabilia a naturalibus, uerſatur, tum etiam quæ nullo utitur corpore, ea nobilior exiſtit,

quæ quidem utitur. Quæq; in ſeipſa colligitur, ea, quæ ad extra fertur. Sed non ita quidem illi contingit, quæ a corporibus inſeparabilis eſt. Proprium enim bonum, eſt cuique bonum. Vitæ igitur a corporibus inſeparabili cū corpore eſſe, melius eſt. Quod ſi non cum corpore eſſe, eſt melius, ſeparabilis a corporibus eſt. Vita igitur, quæ corporea eſt, quam ipſe mixtionem appellat ut pote non ſecundum naturam principaliter ſeparabili animæ inexiſtens, laborioſa ac grauis eſt. Non enim ei ut ſeparabili adeſt, uerum potius ut a ſeipſa remotę, & retractæ. At uero laborioſa eſt, grauiſq; ab eo, quod ſibi propriū eſt, ab alienatio, quare nec præ alijs eligenda eſt. Sed in noſtris quidem uix atque uix tolerari poteſt, id quod tantillum cōceditur, eo quod diſſolui a corpore facillime poteſt anima. Ad aliquam nanq; temporis metam commixtio durat. In uniuerſi autem anima, non modo tolerabile nō eſſet, ſed & apprime etiam aufugiēdum, quoniam nulla uia poteſt diſſolui. Maxime igitur graue, laborioſumq; in uniuerſi anima id eſſet, ob perpetuitatem. Quare Platonicis uiſus eſt inſtare dictis, mixtioni, uidelicet, & compoſitioni. Videri enim forte poſſet transfretationem, & tranſmigrationem illam in corpus factam, atq; uſum eius quoq;, ut inſtrumenti, illi contribuere, atq; iſta quidem conditione bonum & melius in ſeparatione conſtaret. At nō ipſi Platonis dicta ſic percipiamus, nec multo magis res ipſas ſic conſideremus, ut ipſam mixtam eſſe trāsfretatione, trāſgreſſuq; in corpus uel quę ita ut inſtrumento ipſo utatur. Sed quia in ſeipſa manendo, in ſeipſam retorqueatur, corpus quæ ſibi aptum, & obſequens reddat, ſeiunctim prope ipſum mouens, ac tanquam appetibile ipſum antecellens, adeo ut inde aię noſtræ, ſeparabilis uitæ, quæ ſecundo loco, & aliquando ita eſt, pro exemplo habeamus id, quod ſemper ac primo ſeparabile exiſtit.

T.50 *Immanifeſta autem eſt cauſſa, quod cœlum circulariter moueatur. Neque enim animæ ſubſtantiæ eſt cauſſa, propter quam circulariter cœlum feratur: ſed ſecundum accñs ſic mouetur, nec corpus eſt cauſſa.*

Cō. Confutata ea poſitione, quæ poſuerat, quod quia circulariter mouetur anima, cauſſa eſt orbicularis cœli motus, reſtat modo huius immanifeſta cauſſa. Neque enim animæ ipſius ſubſtātia, cauſſa eſt, ꝙ orbiculariter moueatur. Veluti hi ſunt rati, qui motum ſubſtam eſſe arbitrati ſunt, quique ſua ex ſubſtantia circulariter ferri uoluere, atq; ita mouere. Nec enim circulariter, atque adeo ne moueri quidem animam eſt dicendum. Quod igitur moueatur, nulla erit cauſſa. Non enim per ſeipſam, ſed per accidēs mouetur, cum nec corpus cauſſa ſit, aut iuipſius per eam motus, uel animæ etiam ipſius per accidens,

*Sed anima potius, illi.*

Illi uidelicet corpori. Verbum autem, potius, ideo additū fuit, quoniam licet natura ſit motus principium, magis autē ipſa eſt anima. Nobilius enim eſt mouēs ipſum, principio eo, ſecundum quod mouetur. Natura uero ita principium eſt, ut ſecundum quod motus fit, at non ut a quo Nunquid autem id denotat, quod etiam Iamblicho uidetur, cœleſte ſcilicet corpus per ſe uiuere non autem acquiſitio modo, ut noſtra uiuunt corpora? Sed ſua in ſubſtantia inſitam habens uitam uiuit, & eam quidem motiuam, adeo ut a ſeipſo quidem ad motum excitetur, principaliter tamen longe ab anima ipſa. Quare aīa ipſa magis corpori eſt cauſſa, quam ipſum ſibi ipſi. Adde, quod particula illa, magis, ſuperaddita argumentum præſtat, quod principaliores adhuc adſint motus cauſſæ. Magis enim anima principium motus corpori, quam ipſum ſibimet, dat, ſed multo prius etiam intellectus, qui in anima eſt ipſa, quoque ipſa participat: maxime autem omnium ille, quo nulla participat anima. Hæc ergo recte ſe habent. Id autem, quomodo dicitur uere, quod ex Platonis etiam ſententia, immanifeſta cauſa ſit ut circulariter cœlum moueatur? Quoniam animā moueri circulariter, aut quouis alio modo cōfutatum fuit, corporeus enim, ac naturalis motus ab ipſa reiectus eſt, quem ne Plato quidem ipſe de anima dici cenſet. Quod ſi quidem ſecūdum Platonis ſententiam, animatum motum conſideraremus, cum uita ſit, quæ ab intellectu parumper, paulatimq; defluat, ipſumque indiuiſibilem terminum deperdiderit, at non tamen adhuc diuiſa ſit, nec a ſeipſa receſſerit, ſed in ſeipſam (ſecundo tamen modo, ac diminuto) ſe retorqueat, ac reflectat, quod quidem Plato Mathematice loquens per circularem innuit motum: manifeſta ſane circularis motus ipſius cœli eſt cauſſa. Cauſſa enim ipſa eſt proxima, cum cœleſtis motus continuus ac diuiſibilis ſit, ſemper autem in fine, ab eodemq; in idem, idemque ſemper fiat. Prædicta igitur uita ob defluxum, deriuationem que ab impartibili intellectu, diuiſionem quidem facit, at non eam patitur. At ob illam in ſe retortionem, conuerſionemque, in ſeipſa ſemper continua permanet, eundem que ab eodem in idem continue motum facit, ſed, quod ſæpe ſæpius diximus, Ariſto. accipiens nomina ex uulgata conſuetudine & confutat, & ea de cauſſa immanifeſtam eſſe inquit cauſſam.

*Atqui neq; quia melius dicitur. Ac certe oportuerat deum feciſſe, animam circulariter ferri, quoniam melius ei erat moueri, quam quieſcere, moueri autem uel ſic, uel alio modo.*

Cuicunq; rei principaliter, atq; per ſe exiſtenti, bonum ſemper adeſt. Etenim cum malū ipſum priuatio ſit, quaſi non principaliter eſt ens, ſic ſane etiam nec bonum. ac rurſus quemadmodum eſt, ſic etiam bonum ipſum eſt, eo quod ueſtigijs quibuſdam ipſius boni fere aſsiſtat. Recte igitur Ariſto. cenſet, quod qui Entia ipſa contemplatur, idem etiam contemplari debet proportionatum cuiq; rei bonum: ſed & alterius etiam confirmationem ex altero depromere. Si igitur motus animæ ipſi non conuenit, pariter nec proportionatum motui bonum conueniet ipſi. Ac qui conueniens animæ bonum nouit, idem ipſam ab eo motu ſeiunctam uidit. Rectiſsime autem boni ipſius cauſam in deum transfert, ipſumque ad id reſpicere cenſet, ꝙ quidem & in omnibus optimum, ac præſtantiſſimum ſit bonum. Per pulchre autem & id fidem Platoni facit, quod non dixerit, melius ipſius motus in anima, quam ipſe intelligit, eſſe. Cuius enim Plato & formam, & perfectionem diffinit, ſubſtantiam ipſi quoque, quę inter indiuiſibilem eſt, & eam quæ circa corpora eſt compartita, uniuerſaliſque huiuſmodi eſt, aſsignauit. Atque inde etiam conſtat, quod ſimplicitatem huius conſeruatricem, contentricemq;, in qua quidem illud bonum, & melius eſt, illi contribuit.

*Quoniam autem huiuſmodi conſideratio, altis ſermonibus conuenientior eſt, eam quidē nūc dimittamus.* T.51

Cō. Non conſideratio de motu, ut ſic nos ad naturalē auſcultationem nos remittat, ut Alexandri, & Plutarchi ſententia eſt, non enim principalis de motu erat ſermo, ſed num anima mouetur, ac nunquid id illi melius fuerat: præterea, quod oporteat deum propter bonum ipſum agere. Cōſiderationem igitur eam, quę de bono eſt, nunc poſtponit, ut pote, quæ alios ſermones expoſtulet, tranſnaturales, uidelicet. In quibus quidem bonum ipſum in ſimplicitate poſitum, a primo, ac principali bono deriuare eſt dictum.

*Illud autem abſurdum contingit, & huic ſermoni, & plurimis ex his, qui de anima dicti ſunt, colligunt*

enim

*enim, ac ponunt animam in corpus, nihil ulterius determinantes propter quam cauſſam, & quo pacto ſeſe habente corpore.* T.52 *Atqui uideretur id neceſſarium eſſe. propter ſocietatem enim id facit quidem, id autem patitur, ac id quidem mouetur, id autem mouet. Horum autem nullum mutuo quibuſcũq; ineſt.*

Cõ. Comprobato, concluſoque hoc, quod anima non eſt corpus, ea ratione, quia motus eſt propria corporis actio, anima uero ipſa non mouetur, id modo nunc cenſet cõſiderandum, quomodo in corpore eſt, ac non ſolum de ipſa conſiderat, ſed & quale etiam debeat eſſe ſubiectum animæ corpus, quod enim cum corpore ſit colligata probe manifeſtum, ac clarum eſt. Nunc igitur qui cum colligata ſit corpore inſpiciendum, quomodoque id ſe habeat. Nec enim cuicunque ineſt corpori. At deinde cum acceperit, ut notum, citraque ullam probationem, animam agere, corpus autem pati, atque eam quidem mouere, corpus autem moueri, merito ſane ipſam etiam utentem, corpus autem organum, quippe quo utatur, eſſe uult. Præterea nec quodcunque corpus animæ inſtrumentum eſſe, inquit, ſed id tantum quod ad ipſam uitam aptum, idoneumue ſit, diuerſumque diuerſarum quoque uitarum reſpectu. Non enim quæuis a quibuſuis patiuntur.

T.53 *Hi uero conantur dicere, quale quid eſt anima, de ſuſcipiente autem corpore, non ulterius determinant.*

Cõ. Vt, uerbi gratia, quod, uiuaciter eſt corporum motiua, atque adhuc, illa nutriendo moueat, præterea uero & hæc cognoſcendo, illa localiter mouendo, appetitiuoque impetu, ea uero rationaliter. De ſuſcipiente autem corpore nihil quicquam ulterius determinant. Neq; enim cuiuis, diuerſæ uitæ apta organa diſtinguunt.

*Quaſi contingat iuxta Pythagoricas fabellas, quancunq; animam in quoduis ingredi corpus.*

Recte ſane, & nouit, & ita loquitur philoſophus, Pythagoricos huiuſmodi fabuloſo uelamine uſos fuiſſe, uolẽtes rationalem animam, in irrationalia uehicula ingredi, quaſi præ oculis pingere uoluiſſent ipſius animæ uitã paſſionibus expoſitam, ac irrationalem.

*Videtur autem unumquodq; propriam habere formam, & ſpeciem. Similiter autem dicunt, quemadmodum ſiquis diceret fabrilem in tibias ingredi. Oportet enim artem uti inſtrumentis, animam autem, corpore ipſo.* T.54 *Atq; alia pręterea de anima opinio tradita eſt, ſuaſibilis quidem multis: nec minor una earum quæ dictę ſunt. Quæ tamen rationes, ut normas dedit, & rationibus etiam cõmuniter dictis. Armoniam enim quandam nonnulli ipſam eſſe dicunt.*

Cõ. Etenim iam uiuere corpus oportet, quod ab anima ipſa uiuaciter mouendum eſt, ac uiuere quidem, ſecundum determinatam mouentis uitæ formam. Atque id quidem eſt, quod in ijs aggreditur, diſcernere ſcilicet uitam, quæ in corpore ipſo eſt, ab anima, quæ ex parte utentis ſtet utentiſque officio fungatur, quæ corpus ipſum tanquam organum, ſiue inſtrumentum informat, atque efficit, ut uiuaciter moueatur: ac præterea, potentiam eam inſtrumenti effictricem, ipſi utenti parti, ſimillimam eſſe demonſtrare. Vt enim fabrilis ars tibijs non uteretur, ſic nec rationalis anima inſtrumentis uteretur, ab irrationali uita formatis, effictiſque: quoniam huiuſmodi uſus externus eſſet, non autem innatus, ac inſitus. Ac mihi quidem in præſenti Theoremate uidetur philoſophus cẽſere, inſtrumentum, ſiue organum determinare, per ſimilitudinem, quæ cum utente eſt uita, attamen ſimilitudinem declinantem, atque egredientem. Egreſsiue enim animatum animæ per ſimile eſt, non quidem ex mouente anima informatum, ſed ex ea quidem inde deueniente (eo quod hæc non adhuc motiua ſit, ſed motæ rei determinatiua exiſtat) per ſimilitudinẽ autem propinquiore, ac uiciniore facta, per quam etiam mota res mouenti aſsimilatur, ut pote patiens id, quod motu mouens agit, uerum mota res, ut mouetur, non oportet mouenti aſsimilari, ac maxime quidem ei, qui taliter mouet, ut ſenſitiuo motu, aut rationali. Conſequenter his ſane dictis, oſtendit, quod nec rei uiuaciter motæ informatrix anima, nec multo magis mouens ipſa, harmonia eſt partium corporis. Oportet nanque, corpus uitæ ſuſceptiuum, undequaque concinne apparatum eſſe, ac quaſi per concentum innaſcenti animæ congrue adaptari, ut ideo ad ipſius uitæ aſſumptionem percommodum ſit. oportet præterea omnino, quod ad aſſumptionem aptũ eſt, diſcriminari a re aſſumenda, quodque formæ, ut materiæ, ſubſternitur. Præterea etiam, quod ad formam intuetur, id eam ſpectabit, ut organi determinatricem, nũc autem, ut utentem intuebitur. ut huiuſmodi lignorum ſtructura, apta quidem eſt ad nauis formam non eadem tamen cum forma nauis eſt, nec multo magis cum gubernatrice ipſa arte. Non igitur quoque corporeorum elementorum ſtructura, nec qualitatum tẽperatura, uel mutua compoſitorum, mixtorumque ratio eſt animata uita uerum ut materia, uitæ organi determinatrici ſubſtrata eſt. Quare igitur opinio harmoniam ponens eſſe animam, ſuaſibilis multis eſſe uidetur? Quoniam proximæ materiei perfectam iam habenti aptitudinem, unita innata forma, collectimue, quaſi eadem cum ipſa ſit, opinio illa imaginatur. Sic igitur nauis figura nulla in re diſſere uidetur, ab hac lignorum harmonia. Quod & euenit etiam, quoniam multi illi, quibus perſuaſibilis uidetur illa opinio, non diſtinguunt uitam utentem inſtrumento, ab illa quæ organum, quatenus organum eſt, informat. Quandoquidem & ipſe Ariſto. expoſitor Alexander hoc idem peccauit. Qui cenſuit animã non ut inſtrumento uti. Nec enim quid uult conflari, ex utente, & inſtrumento. Quare nec motiuam poteſtatem ipſi traderet, cum ipſam motæ rei, ut motæ, formam eſſe ponat. Atq; ideo quoque ipſam corporis tantum actum interpretatur. cum præterea quoque Ariſto. particulam illam, inſtrumentarij, addiderit, ac ceu ipſa ſit utẽs ipſum, & moueat, comprobarit, atque ea quidem ratione naturam ipſam ſuperet. Quoniam natura principium eſt ipſius moueri, & pati, anima aũt motiua eſt prędita poteſtate. Qũo igitur unum eſt animal, ex anima, & corpore cõglobatum, ſi ex utente ipſo, & organo non poteſt unum fieri? An non hoc ſimpliciter uerum eſt, ſed aliqua potius indiget diſtinctione, aut determinatione? Cum enim informatiua, aut effictrix organi diſpoſitio ab utẽte portione ſeiuncta ſit, non tunc quidem unum fit, ut ipſis in artibus uidere eſt. Vbi uero utens ipſum cõtangat, organũq; ex ſui natura utens ipſum contangat, unum quid elaboratur, non ut quidem ex materia, & forma inſtrumentaria (iam enim inſtrumentum eſt ſubiectum) ſed ut ex organo & utente ob ſui ſubſtantialem congenerationem, & coaleſcentiam. Rationes proinde cõmuniter dictas, uocat pbs mediocriter, & a multis dictos ſermones. Latenter fortaſsis etiam innuens, eos, qui in Phædone ſunt. Forte autem fortuna, etiam illos intelligit ſermones, quos ipſe in Dialogo, qui Eudemus inſcribitur, ad confutandam harmoniam, concripſerat.

*Harmoniam nanque temperaturam, & ſtructu-*

*ram quandam contrariorum eſſe, & corpus ex contrariis componi.*

Non concedit tantum animalium corpus coaptatum eſſe, ſed & id ipſum etiam ratiocinans, ut manifeſtum accipit, corpus uiuens componi, ex contrarijſq; contemperari mediocri modo. Omne autem ex contrarijs moderate cōtemperatum, compoſitumque concinnari, inquit. Atque inde patet quod concluditur. Omne igitur uiuēs corpus concinnatum, riteque conglobatum, uerum eſt, at non ſtatim ſequitur cōcinnationē, harmoniamq; ipſius eſſe aīam: ut ipſe per ea, quæ ſtatim infert, oſtendit.

T.55 *Atqui harmonia, quædam eſt ratio, uel compoſitio mixtorum, animam autem horum nullum poſſibile eſt eſſe. Præterea nec mouere eſt harmoniæ. Animæ*
T.56 *uero hoc aſſignant omnes in primis, ut ita dicam. Congruit autem dicere de ſanitate magis harmoniam, atque omnino corporeis de uirtutibus, quam de anima.*

Cō. Quid quidem igitur ſit compoſitio, quidq; ratio paulo inferius ipſe declarabit. Tantummodo autem accipiēs nunc, q habitus quidem eſt compoſitio illa & mutua mixtorum ratio, demonſtrat animam eſſe ſubſtantiam, non autem habitum, aut reſpectum, idq; ex eo quod propoſitum eſt. Hoc enim ex ratione, non tantum uitam corpore ipſo, ut inſtrumento utentem, non eſſe harmoniam aſſertum eſt, ſed nec uitam etiam ipſius organi determinatricem. Omnis enim uita, ſubſtantia eſt, quandoquidem & omne animal, ac quoniam uita ipſa ſuſceptiua eſt contrariorum. Quod uero ſequitur, de utente uita fuit dictum. Ipſa enim mouens uita nō ſolum eſt ſubſtantia, ſed etiam principalis ſubſtantia, Harmonia autem, in reſpectu poſita, neque ſubſtantia eſt, neque multo magis principalis ſubſtantia. Dimittatur enim nūc temporis ea quæ ſecundum Pythagoricos, licet mathematica eſſet harmonia, ſubſtantia dicebatur. Philoſophus autem ſumpta, ex ſanitate, reliquiſq; omnino corporis bonis habitibus, comparatione, confutat arbitrantes animam eſſe corpoream harmoniam. Neque enim aut ſanitas, aut fortitudo, aut pulchritudo, uel earum aliqua, quas communius paulo corporeos uirtutes ipſe appellauit, ut pote corporeas perfectiones, nulla, inquam harum eſt harmonia. Sed in harmonia, congruentiq; ac moderatione quadam innatæ ſunt, hæc quidem in qualitatum moderatione, illa autem ſimilarium partium, iſta diſsimilarium. Neque ipſæ moderationes ſunt dicendæ, ſed perfectiones ita innatæ. Præterea hiſce magis conuenire uideretur harmoniæ nomē, quam animæ ipſi. Quoniam ſanitas quidem, & fortitudo, licet uiuentium ſint corporum, non tamen ex parte animæ ſtant, ſed corpoream ſequentes formam, illius etiam optimam oſtentant temperaturam. uita uero ipſa, uel maxime ultima, animam concomitantur.

*Manifeſtius autem, ſiquis aſſignare tentaret paſſiones, & opera animæ, harmonia quadam, difficile enim adaptare.*

Ratio hæc ex ipſis ſumitur actionibus. Quarum enim actiones diuerſæ, res etiam diuerſæ ſunt. Actiones enim animæ, quæ paſsiuæ dicuntur, quas ipſe appellauit paſſiones, quæcunque corpori ſunt communes, ut ira, manſuetudo, odium, cupiditas, ſenſus, imaginatio, quæque impaſsibiles dicuntur, quas ipſe appellat, opera, quales ſunt contemplatiuæ ſcientiæ, ſeparabiliumq; rerum intellectiones, difficile igitur inquam, atque adeo impoſsibile eſt, huiuſmodi actiones, qualiſcūq; corporea ſit harmonia, illi aſsignare. Vitalem enim portionem omnes oſtentant, quodq; animalis partibus informentur, at nō ex corporea compoſitura effingūtur, licet compoſiti ſint ipſius.

At uero uita ipſa alia, diuerſaque a corporibus eſt ſubſtantia. Harmonia autem ipſa particularum, aut qualitatum corporearum, eſt diſpoſitio corporea, licet uiuētium ſit corporum, at nequaquam, uita eſt.

*Adhuc autem ſi diceremus harmoniam, ad duo intuentes, maxime quidem principaliter magnitudinum,* T.57 *in habentibus motum, eorum compoſitionem, cum ita conueniant, ut nihil cognati aſſumant, inde quoque & commixtorum rationem, neutro igitur modo, conſentaneum.*

Poſitio enim ipſa, eſt mutua continuarum, & ſubſiſtentium partium conſtructio, & ſubordinatio. Cō. Qua quidem re, nec ipſius numeri partes, quia continuæ non ſunt, nec temporis, quia non perdurent, nec orationis ipſius, propter hæc utraq;, ſitum non habent. Compoſitio autē plurimarum rerum eſſe debet, quæ ad ſeinuicèm ſitum habent, nulla cognata re, eiuſdemue generis intercedente. Harmonia enim, ſimul & compoſitio ipſa plura expoſtulat adiacentia, eaq; ad inuicem colligat. Quare non colligari tantum, ſed & exacte etiam contangere ſeſe, quæ uere compoſita, dicenda ſunt, adeo ut non cognatum quippiam, uel utriſque, ſi quidem ſimilia ſunt, uel alterutro, ſi diſsimilia ſunt, intermedium poſsit intercedere. Vt ſi quidem ligna ſint, non lignum intercedat, ſi lapis, non intercurrat Lapis, ſi utrunque, nec lignum, nec lapis. Humidum enim quid, ut Aerem, & aquam non eſt mirandum intercedere. Hæc autem maxime proprie compoſitio eſſe dicitur, eo q in poſitione hoc etiam habet, quod coniuncta, ac ſimul unitur. In magnitudinibus enim, quæ motum, & poſitionem habent, compoſitionem potius, quam harmoniam, in earum complicatione, eſt intelligendum eſſe. Sed in his quidem, quæ motum, ac poſitionem habent, maxime proprie cōpoſitio quadrat. Magnitudines proinde naturaleis innuere uolens eas inquit, motum habere, & poſitionem. Mathematicæ magnitudines, poſitionem quidem habent, at non motum. Hinc ſane fit, ut commixtorum rationem, ex ea, quæ proprie compoſitio dicitur, pariter & commixtionem, & temperaturam per rationem factam, communiori, ut fit, uſu cōpoſitionem uocemus. Neque enim uinum cum uino, ſed uinum cum aqua commiſcetur, ita ut aliud ab alio alteretur, neutrumq; ſeorſim per ſe maneat purum. Non quidem ita, ut omnino peſſum eant, aut unum ab alio ſuperetur nimis, ut uini uaſculum in mare fundatur, uel utraque a quodam alio in alteram quampiam tranſmutentur naturam, ut ſi ab igne aqua & uinum in aerem reſoluerentur. Quare ad hoc quod mixtio fiat, ea fiet per moderationem, mediocritatēq; quandam, quæ mixtorum ipſorū unitio ſit mutua, ne forte alterum ſuperabundans, tranſmutet aliud in ſui naturam. Nulla enim eſſet tunc mixtio. Veluti ea in cōpoſitione, quę per appoſitionē fit, id.n. cū ſuperante quouis poteſt couenire: ea ratione quia, quæ ſic compoſita ſunt, ab inuicem nō patiuntur. Neutro igitur modo rōnabile eſt, aut harmoniam, quæ iuxta appoſitionem fit, nec eā, quę per commixtionē fit, eſſe harmoniam, inquam, animam ipſam. Quoniam neutra illarum partium, uitalem animæ præſefert portionem.

*Compoſitio autem partium corporis per abſolutiſſima eſt, multæ enim ſunt compoſitiones partium, & multipliciter.*

Ideſt, facillime confutabilis, eo quod abſurditatem per manifeſtam habeat. Commixtio enim, quæ fit in corporibus compoſitis, ex eiſdem, omnibus corporibus, fit elementis, licet non in omnibus ſecundum eandem rationē. Quæ uero per parteis fit, non ex ſubiectis fit eiſdem. Sed interdum quidem oſsium ad oſſa, uel carnes, aliquādo autē, neruorum, aut arteriarum, aut diſsimilium etiam par-

tium

tium ad alias diſsimiles parteis, ut manus, ad humerum, conſiſtit. Sed nec omnino eadem eſt compoſitio. Neque enim oſsis eadem eſt cum carne compoſitio, aut oſsis ad os, & carnis ad neruū. Multæ igitur quouis in animali erunt animæ, cum multæ ſint partes, eęq; diuerſę compoſitæ, ſiantq; multipliciter compoſitiones ipſæ.

*Cuius igitur, uel quomodo exiſtimare oportet, intellectum compoſitionem eſſe, an ut ſenſibile ipſum, uel appetibile.*

Duo inquit abſurda poſitionem illam ſequi. Alterum quidem quoniam rationabiliter nequimus referre, intellectum, uel aliam quandam animatam potentiam eſſe, uel horum, uel aliorum compoſitionem. Alterum aũt, quoniam aſſerit prorſus, omnē ex corporea compoſitione reſultantem modum, uitalem effingere ſubſtam, quod quidē particula illa, quomodo, denotat.

T.58 *Similiter abſurdum eſt, & rationem mixtionis, eſſe animam. Non enim tandem habet rationem, iuxta quam caro, & iuxta quam os. Continget igitur multas & animas habere, & iuxta corpus omne. Si quidem omnia ex elemētis ſint mixtis. Mixtioni autem ratio, harmonia eſt, & anima.*

Cō. Similiter abſurdum eſt, inquantum tũ plures ſunt mixtionum rationes, tũ & ideo plures ſint animæ in unoquoque. Quod autem omnia ex eiſdem ſint elementis, non ſic ſimiliter. Illic enim, quia ex non eiſdem ſint partibus, abſurdum accidit. Continget igitur multas animas habere, & ſecundum totum corpus. In quauis enim inſtrumētalium partium ſunt, uenæ, arteriæ, nerui, oſſa, carnes, pellicuiæ, membranæue, quę quidem omnia diuerſis ſunt commixta rationibus, adeo ut multas quoque dicãt eſſe animas. Nec tantum in ſolo ipſo toto multitudinem aīarũ adeſſe, ſed & in quauis etiam diſsimilium partium.

T.59 *Peteret autem id ab Empedocle aliquis. Vnumquodque enim eorum in ratione aliqua dicit eſſe. Vtrum igitur ratio anima eſt, an aliud quid membris innaſcitur? Præterea uero utrum amicitia cuiuſq; occurrens cauſſa eſt mixtionis, aut eius, quæ ſecundum mixtionem? & hęc utrum ratio eſt, aut præter rationem alterum quid? Hæc quidem igitur habent huiuſmodi dubitationes.*

T.60 *Sin autem eſt alterum anima a mixtione, quid ſane unquam cum ipſo carnis eſſe deſtruitur, & id aliis animalis particulis. Præterea uero, ſiquidem haud unaquæque particularum animam habet, ſi non eſt anima ratio mixtionis, quidnam eſt, quod corrumpitur, anima deficiente?*

T.61 *Quod quidem igitur neq; harmoniam poſsibile ſit eſſe animam, neq; circulariter circumferri, patet ex iis, quæ dicta ſunt. Secundum accidens autem moueri, quemadmodum diximus, licet etiam mouere ſeipſam. Vt moueri quidem in quo eſt, id autem moueri ab anima. Alia autem ratione nequaquam fieri poteſt, ipſam ſecundum locum moueri.*

Cō. Empedoclem quoque ipſum notat philoſophus, ut pote, qui non manifeſte diſtinxerit innatam uitæ formam, a ratione illa commixtionis elementorum ipſi ſubſtrata: neque de ipſa amicitia commode diſſeruerit, utrum ſolius ſit mixtionis, quæ per rationem fit, cauſſa, an cuiuſque etiam occurrentis. Licet enim quæuis mixtio per rationem quandam fiat, tamen plurimum ei ineſt, quod pręter naturam eſt, at quod ſecundum naturam eſt in latitudine eſt collocatum, quamuis ipſam mixtionis rationem, poſuerit eſſe amicitiæ ſubſtantiam, uel ipſius rationis cauſſam, aliam tamen præter ipſam ponit. Poſtea dubitationem philoſophus infert, negantibus animam eſſe harmoniam: & una quidem hæc eſt. Cur una mixtione corrupta, ea uidelicet, per quam caruncula hæc gignitur, & naſcitur, aliarum quoque commixtiones particularum corrumpuntur ex quibus partes ſuum habēt eſſe, ut pote animalis portiones, adeo ut anima ex neceſsitate abſcedat, ſuſceptiuo ipſo corpore inepto facto. Huiuſmodi igitur dubium in eos tendit, qui non unam exiſtimabant eſſe mixtionis rationem, ſed iuxta unamquanque plures: remittitque nos, ut ſimul plures rationes ponamus, ſecundum unamquanque ſimilarium partium differenteis, atq; unã eſſe totius animalis rationem ex omnibus elaboratam, adeo ut principalioribus ipſius partibus corruptis, totum etiam corrumpatur. Quod uero deinceps ſequitur, hoc idem probare contendit, animam ſcilicet mixtionis eſſe rationem, eo quod quæuis pars animam habeat, & quia deficiente anima, corrumpuntur organa, quia rationes ſecum deperduntur. Habet igitur quæuis pars animam ipſam, unam autem, eandemque omnes, cum cuiq; adſit. Ac commixtionis quidem ratio ad animæ præſentiam confert. Oportet enim naturam ſuſcipientem aptam, idoneamque eſſe, uerum hæc ratio haud anima ipſa eſt. Quoniam autem ab anima, at in materia eſt aptitudo illa, eo quod illius ſit repræſentatio, per quam mixtionis ratio exiſtit, iure ſane deficiente anima, & repræſentatio, & mixtionis ratio corrumpitur. Quæ igitur rationes probabant ipſam immobilem eſſe, hæ præſeferebant innuebantq; ipſam incorpoream, atq; adeo indiuiſibilem eſſe. Quæ uero harmoniam excludunt, non permittũt, ut eo quia incorporea eſt, iccirco eam unum ex accidentibus imaginemur, ſed ut ſubſtantiam, & eam quidem, ut principalem. Etenim motiuam poteſtatem ipſam habere ponunt, atque ut unam per totum corpus diſperſam, & diſſeminatam obſeruant, & ut corporis comprehenſiuam, illiuſque aptitudinis ad uitam cauſſam exiſtentem.

*Rationabilius autē dubitaret aliquis de ipſa, ut mota, in huiuſmodi intuens. dicimus enim animam triſtari, gaudere, confidere, timere, adhuc autem iraſci, & ſentire, & diſcurrere, hæc autem omnia motus eſſe uidentur. Vnde exiſtimaret fortaſsis aliquis ipſam moueri. Hoc autem non eſt neceſſe.* T.62

Quoniam tum incorporea eſt anima, tum ut ſubſtantia, incorporea exiſtit, per præſentia uerba diſtinguit eſſormatricem uiuentis corporis animam, per quam uiuis, uiuaciterque mouetur, eamque quæ mouet, uiuenteque corpore, ut inſtrumento utitur. Et eam quidem duplicem conſpicari poſſumus. Altera quidem parte, qua ſolum corpora ipſa mouet, in iiſque mouendis eſſentiam habet ſuam, alteram partem agendi non habens præter corporum uſum. Secundam autem conſiderare poſſumus, cum per ſe tantum agit, ac tunc quidem ab omni ſeiunctam corpore. Quæ igitur dubitatio de ipſa, ut quæ moueatur, rationalis eſt, ad animam uiuentis corporis determinatricem reſpicit. Ipſa.n. ut corporis uiuaciter moti actus exiſtēs, uidereť forſitã & corporis a ſe determinati paſsiones ſuſcipere. Reuocãdũ aũt denuo nobis in memoriã eſt, ꝙ alius eſt mot⁹ ut corporis naturaliter moti, ut aſcēſus ipſius ignis ad ſuperiora, alius aũt eſt mot⁹, ut ani-

mati ipſius, ueluti augmentum, ambulatio, & uolatus, ac quia uterq; diuiſibilis eſt, icciro diuiſibilis eſt ſubſtantiæ. Talis autem exiſtit, quæ forma eſt prædita, non aūt ipſa formalis. Quare quemadmodum in ſexto metaphiſicæ ſacultatis naturalem formam demonſtrat eſſe immobilem licet motæ rei ſu determinatiua, ſic hoc in loco efficītricem corporis uiuaciter moti, animam demōſtrat. At uero cum duplices ſint uiuentis actiones, & aliæ quidem corporeum quid magis oſtēdent, aliæ aūt uitale magis, ut augmentum, & ambulatio corporeum quid prænunciant, ſenſus autē & uoluptates conſimiliaq; alia uitale ipſum, priores quidem uno omnium ore motus ſunt, poſteriores aūt etiam eſſe uidentur. Oportet.n.aliqua in re organum pati cum corpus ſit, motus uero, corporis eſt paſsio. Verum qm̄ eſt corpus uiuens, nō ſimpliciter patitur. Sed mediante uitali actione. Quod uero uitale magis oſtēdit, id actio magis eſt, quā motus, quare etiam moueri inquit, & rurſus, ex poſitione loquens inquit.

*Si enim & quam maxime, triſtari gaudere, aut diſcurrere motus ſunt, & unumquodq; horum moueri.*

Quoniam humanum animal rōnale eſt, et anima etiam inſtrumenti determinatrix diſcurſiua erit, at uero non ſola motiua uita, nec gaudere, aut triſtari ſola, ſed & diſcurrere ipſum erit motus, uel moueri, utraq;.n. de ipſis dicta ſunt. Alterum quidem, ſi ipſam cum paſsione factā actionem, ipſum gaudere, aut diſcurrere intelligeremus, alterum autem ſi copulationem illam in actione factam comprahendamus. Vt.n. ab albedine, dealbatū eſſe differt, ſic a motu moueri, ab actioneq; agere diſtinguuntur.

*Moueri autem ab anima eſt.*

Quæ ſuperius dicta ſunt, efformatricem organi, quatenus organi, quod quidem eſt ipſum uiuens corpus, oſtētabant aīam, ſiue uitam, idq; per proprias, & conuenientes ſibi actiones, corporeis motibus cōplicatas, atque ideo quidam uidebantur eſſe motus, erantq; quodammodo. Hinc proinde ad animam organo utentem tranſit, eo qđ quoduis motum ab aliquo moueatur, moueri autem iracunde, aut per cogitationem, ab anima dependet, non ab ea quidem iuxta quam mouetur, ſed ab ea, a qua: cum & ipſa ab actione ſua determinetur. Ipſum.n. mouere illius eſt proprium, at non cum ipſo moueri complicatum eſt, ſed ut actiua aſsidens cauſa conſiſtit. Huiuſmodi autē uita a priori diſtincta eſt, quatenus a quo, & ſecundum quod, & quemadmodum pure, ſincereq; agens diſcriminatur ab eo, quod cū corporis motibus complicate agit. Quæ quidem deinceps comparans adinuicem, manifeſte differentiam animæ, ſecundum quam motus fiūt, & eius, a qua, conſtituit.

*Vt iraſci, uel timere, eo quod ita moueatur. Cogitare autem, uel quid tale, fortaſsis autem alterum quid. Horum autem contingunt, hæc quidem ſecundum localem motionem, quibuſdam motis, alia autem per alterationem, qualia autem & quomodo, alius eſt ſermo.*

Hæc enim animalis ipſius ſunt, eo q uitales ipſæ actiones cum corporeo fiunt motu, uel locali motu, uel alteratione, ut in ira ipſa reſilitio cordis, refrigeratio aūt in timore denotaſ. In ipſo aūt cogitare, quędā ariditas notaſ.

T.65 *Dicere autem animam iraſci, ſimile eſt, ac ſiquis diceret animam texere, uel ædificare, melius enim eſt, fortaſsis, non dicere, animam miſereri, uel diſcere, aut co-*
Cō. *gitare, ſed hominem per animam.*

Qm̄ iraſci, diſcere, & cogitare, quatenus ad aīal refertur, eſt quodammodo moueri, non certe animæ ſunt motus, ſed ipſius animalis, quēadmodum nec texere uel ambulare, etenim & hæc utriuſq; ſunt: licet etiam portendāt magis quid corporeum, quam iraſci. Sed hoīem per animam: uidelicet organi determinatricem, ut pote ſecūdum ipſam iraſcentem, cogitantem, atq; oīno uiuaciter motū: per aiam autem motiuam, ut qui ab ea moueatur. Videtur autem dixiſſe, per animam, non eam, quæ organi eſt determinatrix, ſed eam, quæ mouendi habet partes, quā etiam magis aiam appellat. Alteram enim, uel aīæ Idolum, & ſimulachrum uocat, aut non ſine anima denotant autem id & ea, quæ infert.

*Id autem, haud tanquam in illa motu exiſtente, ſed aliquando quidem uſque ad eam, aliquando autem ab ea ut ſenſus quidē ab his, reminiſcētia autem ab illa ad motus, qui in ſenſoriis, aut manſiones. Intellectus aūt uidetur adeſſe cum ſubā quędam ſit & non corrumpi.*

Manifeſtius adhuc ex his motiuam animam, a uita inſtrumenti efformatrice diſtinguit. Licet enim ipſa nō moueatur nihilominus motus quodammodo in ipſa eſt, cū per ipſam motum corpus determinetur, & abſoluatur. Non ſic autem in mouente ipſa, ut pote cum in impartibili ſecundum actiones conſiſtat conditione, at non diuiſibili, ſiue ipſum moueatur organū, ſiue moto extrinſecus aīali ipſo, iudicatricem mouentis promat actionem, iuxta ipſius formam conſiſtens. Aliqñ enim. inquit, uſq; ad eā tendit motus. Non ita tñ, quod & in illa ſit motus. Hoc enim iam negauit, ſed ita quidem, qm̄ motus a ſenſibili in ſenſorio factus, in ipſius puram iudicatricē terminat actionem. Reminiſcentia uero ab illa ueniens, terminat in motus, aut permanſiones, quæ in ſenſorijs ipſis ſunt, quādo, quæ a ſeipſa mouet, per reminiſcentiam excitata mouet, uel quieſcere facit aīal, quod quidē ſenſorium ipſe appellauit. At ſi quidem aliud eſt, a quo, & ad quod, diuerſa quoq;, & altera anima erit, in quam ſenſus terminat, & a qua reminiſcentia exordium ſumit. propter corpus uiuēs. Neq;.n. ſenſus ſimplr eſt corporis, ſed ut uiuentis, pariter nec ſimpliciter corporis eſt ille motus ſenſorii, aut manſio. At cum corpore quidem ipſo uiuente cōpræhenſa etiam eſt efficītrix ipſius uita, ſed nec a uiuente ipſo proceſſus ad hanc fit, nec ab hac in animal. Neque enim hēt peculiarē, propriamq; ultra corpora actionē, nec iudicatiuam purā, nec incepriuam, cum ipſa ſit incipientis rei determinatrix, & iudicatricem partem rōne corporis paſsibilem habeat. Oportet aūt & ſenſum ipſum in pura cōſiſtere actione, & iuxta terminum, qui ſenſibilis obiecti formam ſequatur. Ea quidem igitur uita mouentis aīæ efficītrix, animæ reſpectu, illius, quod moueſ, ut uiuaciter mouetur, non hominibus ipſis tm̄ ſed & alijs etiam omnibus aialibus conuenit. Hominis aūt anima, quam intellm nuncupat, ipſarum actionū motum excitat. Ipſam igitur, in corpore uidelicet innaſci inquit adeſſeq; ita tñ, ut aliqñ ſeparari poſſit, quam alibi ingredi, & quandam eſſe ſubam aſſerit: nō quia aliæ aīæ non ſint ſubſtantiæ (omnis enim uita ſubſtantia eſt) ſed q non ſit materia obducta, materialiſq; ac per ſe ſubſiſtat. Particula aūt illa, quædam, ideo oppoſita fuit, ut eius denotaret diminutionem reſpectu earum aiarum, quæ ſemper in ſeipſis permanent. Sic.n. per ſe incorporea, immaterialiſq; eſt, ut aliquando corpori innata, & ad materiam accidens non corrumpatur.

*Maxime enim corrumperetur ab hebetudine, quæ in ſenectute. Nunc autem, quemadmodum in ſenſoriis, euenit. Si enim acciperet ſenex oculum talem, uideret, ueluti iuuenis. Quare ſenectus, non in eo q; anima paſſa ſit aliquid, ſed in quo. Veluti in ebrietatibus, &*
*egritudinibus. Et ipſum ſane intelligere, & ipſum ſpe* T.66
*culari tabeſcit, alio quodam intus corrupto; ipſum autē impaſsibile eſt.*

Quod

Quod corruptio ipſa per priuationem fiat, ipſe in primo naturalis auſcultationis nos docuit. Priuationis autem nec forma, cuius eſt priuatio, ſuſceptiua eſt (nihil enim oppoſitum ſuum recipit) nec quod ſui ex natura formã habet. Vt nec ignis ipſe frigiditatem, eo quod ſui ex natura frigiditati contrarium in ſe habeat. Adeo ut id, quod corrumpitur, ea rõne ſic fit, ꝙ ſubiectum dum aliena, contrariaque patitur, corrumpatur. Id enim eſt contrariorum eſſe ſuſceptibile. Quæcunq; igitur aĩa, per ſe ſubſiſtit, quæq; ſuũ habet eſſe ita ut nõ acquiſititio aliquo modo uiuat, undequaq; incorruptibilis eſt. Atq; adeo inde Ariſto ſeparabili animæ parti innixus, rationalem quoque ipſius portionem incorruptibilem eſſe affirmat, tum in tertio, tum hoc in loco. Vita igitur inſtrumẽti efficitrix, quæq; in eo, ꝙ organo utatur, ſuam habet eſſentiam, ſubſtãtiamq; nõ profecto abſq; ipſo ſubſiſteret organo. Adeo ut ſi organũ corruptibile ſit, hanc etiam uitam corruptibilem eſſe dicẽdum ſit. Niſi forte uita efficitrix, aut motrix, alicuius eſſet incorruptibilis uehiculi. Quæ uero uita ſeparabiles habet actiones quam appellare intellectum, ſiue mẽtem Ariſto. conſueuit, quẽadmodum nauis nauta, nõ quatenus nauta, ſed quatenus homo a naui ſeparatur, ſic & ipſa ab organo ſeparata ſubſiſtet. Rationalis uero aĩæ ſeparabiles partes eæ ſunt, quæ in ſeipſas retorquentur, quæq; nobiliora contemplari poſſunt, quæue ipſius ueri proprij perceptiuæ ſunt, ut quæ omnem formam cognoſcũt, quæq; multas proprietates in unum quid contrahunt indiuiſibile. Ariſto. autem ſeparabilem aĩæ rationalis partem ex eo conijcit, eo ꝙ ipſa uigeat oppoſito ſeſe corpore habente. Viget aũt tunc, cum corpus ipſum uiuens cõſeneſcat, imbelleq; fiat, ut in ſenectute accidit. Hebefacto n. corpore uitalibuſq; potentijs corpore ipſo utentibus, debilius operantibus, ob organi imbecillitatem, ut ſenſitiuis, & appetitiuis præualentior adhuc fit ipſa rationalis uita, utpote, non ſimul connata nec ſimul cum corpore corrumpẽda. Cum enim uigeret corpus, ipſa non uigebat ſimul cũ eo, nec conſeneſcit, una cum ſeneſcente corpore. Qđ igitur connaſcitur, ſimulq; corrumpitur, neceſſum eſt, ſimul tum creſcere, tum deperire, & commori. Quare, e cõtra, quod non ſimul augetur, & commoritur, non idem connaſcitur, & inſimul corrumpitur. Non ſic autem ex oppoſito. Si quid actiones habeat una cum organo uigentes, & corruptas, iam & idem connaſcitur, & cum corpore corrumpitur omnino. Nonnunquam enim, non qđ aliquid patiatur, ſed quia actio per organũ facta, ob eius inſtabilitatem, ualentior, aut debilior fit. Quod & ipſe uolens indicat Quod ſi ſpeculari ipſum in morbis, aut etiam ebrietatibus contabeſcat, iam neceſſe eſt, & intellectum ipſum pati, nec enim actualis ipſe ſenſus imbellis fit ita ut ſenſitiua anima quid patiatur, ſed quia ſubiectum organum patiatur. Si igitur ſenex oculum ſuſciperet, uideret utiq;, ut iuuenis ipſe. Sic igitur & intelligere ipſum in diſpoſitionibus, quæ præter naturam ſunt, impeditur, alio quodã intus corrupto, ipſum autem eſt impaſsibile, uidelicet intelligens ipſum. Qua igitur de ratione in ſenectute ſenſus ſuis in actionibus impeditur, at non ſic etiam intellectio ipſa? Quoniam, ut ipſe in proceſſu dicet, ſenſus quidem utitur corpore, ut inſtrumento (inde fit, ut a potentioribus ſenſibilibus obtuſus, debilius minora compræhendat) rationalis autem contemplatio non utitur, licet propter ſtructuram cum ipſo exiſtentem, & coordinationem, id ſibi ſubſequens habeat, quodammoq; ita diſpoſitum, ut corpus in lumine umbram comitantem habet. Hæc igitur ex contemplatione maiorum rerum, ad ſpeculationem minorum roboratur. Cæterum ſi non utitur corpore, qua omnino fit rõne, ut aliquo intus corrupto, uel ſpiritu, uel temperatura contabeſcat ipſum intelligere? Ob ſane eã, quam cum ipſo habet, coordinationem, & reſpectum, & quia aliquibus utitur, licet non in ſpeculatiuis partibus. Quemadmodum & gubernator nauis a uentis, & procellis impeditur, adeo ut non tantum ad ipſius gubernationem nauis impediatur, ſed & ad actiones etiam, quæ a nauiſunt ſeparabiles, quas præ terrore non poteſt exercere. Sic ſane eſſet, ubi quis a manu acum abiungeret, cum manus ad ſuendum utatur ipſa, at non ad fingendum, cũ nullo ad hoc inſtrumento indigeat. Quod ſi naturalem acus magnitudinem, propriamq; grauitatẽ habuerit, nulla in re aut ad huius uſum, aut ad fingendum manus impediri poterit. Vbi uero maximam aſſumpſerit grauitatem, nõ ad ſutoriam tantum artem, ſed ad fingendum etiam impeditur. Sic ſane etiam rationalis anima, in practicis quidẽ cognitionibus, utens corpore, at non in contẽplatiuis, in graueſcente ipſo, & præter naturam diſpoſito, perturbata impeditur, donec ita quidem cũ eo coordinetur, & omnino ad extra declinet, non autem in ſenectute, quoniam non extenuatur in naturalibus corporis detrimentis, & damnis.

*Ipſum autem cogitare, amare, aut odiſſe non ſunt illius paſsiones, ſed huius habentis illud, quatenus illud habet. Quare & hoc corrupto, nec meminit, nec amat, nec enim illius erat, ſed communis, quod deperditum eſt. Intellectus autem forte diuinius quid, & impaſsibile eſt.*

Quoniam cogitationẽ, quæ rõnalis eſt cognitio in paſſionibus poſuit cõiuncti, impræſentiarum aũt intellectum ponit impaſsibilem, rationalis aũt cognitio eſt quoq; ipſe intellſ, determinat ꝙ per cogitationem intelligit uitã rationalis aĩali efficitricem, cogitare aũt eſſe rationalis animalis operationem, cuiuſdem etiam eſt, ipſum amare, aut odiſſe. Intellm aũt appellat rationalem ipſam aĩam, uel ut organo utentem cõpoſito ipſo, ut actiuus ipſe intellſ, uel ut eam, quæ per ſeipſam agit, ueluti contẽplatiua pars. Hæc aũt utrũq; agens, ut impaſsibilis, aliquidq; diuini in ſe habens, maximis honoribus celebratur: eo quod in corpore principatum habeat, & quod in ſeipſam conuertibilis ſit, eoq; quod ad nullam partem aliquando declinet, & quia cum præſtantioribus ſeſe coniungat, uniatq;.

*Quod igitur haud fieri poſsit, ut moueatur anima ex his manifeſtum eſt. Si autem non omnino mouetur, manifeſtum, quod nec a ſeipſa mouetur.*

Quoniam eos motus tantum cenſuit eſſe appellandos, qui diuiſibiles, continuiq; ſunt, & ut breuibus dicã eos tãtum, a quibus rõnalis anima libera, ſeiunctaq; eſt.

*Multo autem irrationabilius his eſt quæ ſunt dicta,* T. 67 *dicere animam eſſe numerum ſeipſum mouentem, adſunt enim eis impoſsibilia.*

Quod quidem Xenocratis diffinitionem de anima datam examinet, & reijciat, ne ſecundum nominum cõſuetum uſum propoſitum intelligamus, conſtat. At realis, & ſeria eius eſt intentio, oſtendere animæ ſubãm oẽm excedere, & ſuperare diuiſionem, non eam tm̃, quæ per continuitatem fit, iam enim id oſtẽdit, immunem ipſam a corporeis motibus demonſtrans, & per terminos ſemper tẽdentem, non autem partes, uel totum per parteis cognoſcentem. Propter ea non ſolum nõ habere corpus, ſed nec ullam quoq; magnitudinem habere demonſtrat. At quia numerus ex conſueto uſu ſic dictus, tũ qui ex unitatibus, ut Mathematicus ipſe, reſultat, tum qui ex indiuiſibilibus corporibus, aut actu tantum, aut potentia, & actu, ut Democriti ſectatores ponebant, aut oĩno poſitione ab inuicẽ diſcretus, diuiſibilis eſt, tum quia ipſum in diuiſione contemplemur, tũ quia ea, quæ illum abſoluunt, particularia, deanguſtaq; habeat, per ea quæ Xenocrati opponit, demonſtrat aĩam non ita diuiſibilem eſſe, aut ut numerus; aut unitates, & puncta, ex quibus, utpote indiuiſibilibus numerus conſiſtit. Numerus enim ex aliquibus corporibus conflatus conſenſu omnium ipſi animæ nõ conuenit, Cõ.

nullam ſiquidem habet magnitudinem. Xenocrates igit & ipſe formas ipſas per numeros nominans, oẽmq; formam indiuiſibilem eſſe uidens, rem uero motam diuiſibilem, oĩno etiam poſt formas ipſas, ex utriſq; extremis animæ medietatem ſignificat, cum numerum motum ipſum eſſe dicat, ut quæ non ſimpliciter forma ſit ſecundum ipſum, ſed hoc totum, ſcilicet, forma, quæ in diuiſionem deſcenderit quodammodo, licet neq; uere diuiſibilis ſit, aut in diuiſionem tãdem cadat, ſed nec etiam forma pura maneat, eo qđ receſſerit, ſeſeq; ab unione illa indiuiſibili exſoluerit, ſed media remanſerit. Propterea ſane nec numerum illum ſimpliciter moueri dixit, ſed ſeipſum mouẽtem numerum. Inde adeo, ut ipſius medietatis notam, propriumue notaret, ut quæ ab indiuiſibili unione receſſerit, quod ipſe motus indicat, non ita tamen, ut ab eo numero abiuncta fuerit. Ariſt. autem, numerum ipſum, partibilem eſſe multitudinem intelligens, motũq; cum tantum qui per continuationem ſit, neceſſario utrũq; ab anima ſeparat, ut quæ ob illam ſuam medietatem omnem antecellat diuiſionem.

*Prima quidem, quæ ex ipſo moueri contingunt, propria uero ex eo quod dicat ipſam eſſe numerum.*

Duplici modo inſtantiam facit, cum quia animam numerum eſſe dicat, tum quia motus quadrare nõ poſsit, numero ex unitatibus, aut punctis reſultante.

*Quomodo enim oportet cognoſcere unitatem motã, & a quo, & quomodo, cum indiuiſibilis, indifferenſque ſit? Si enim motiua eſt, & mobilis differre oportet.*

Partibile ſiquidem eſt, quod partibiliter agit. Vnitas uero impartibilis eſt. Et a quo. & quomodo. Neq; enim
11 a ſeipſa mouetur unitas. Quoniam diuerſa eſt motiua proprietas ab ea, quæ eſt motæ rei. Mathematica aũt unitas, nec unam harum præſefert, nec etiam utraſq; ſimul. Haberet enim diſcrimen, differentiamq; in ſeipſam, ut quę ſimul motiua eſſet, & mobilis. Reſtricte autem, anguſteq; omnis unitas eſt ſimplex. Nec ab altera mouetur unitate, uel enim intus moueretur, & animata erit, nulla aũt unitas uiuaciter agit. uel extrinſecus, aut impulſione, aut attractione, impartibile autem neutrum pati poſsibile eſt. Illud autem ſecundum, quomodo, quod ſtatim particulam illam, a quo, ſequitur, innuit, quod nec ut animate, nec ut aliunde motum ſuſcipiat.

T.68 *Præterea uero, quoniam inquiunt, motam lineam facere ſuperficiem, punctum autem facere lineam, utique unitates motæ lineæ erunt. Punctum enim unitas eſt poſitionem habens, numerus autem animæ, iam alicubi eſt, poſitionemq; habet.*

Cō. Argumentum hoc eo tendit, ut refellat motũ quadrare, & conuenire numero ex unitatibus reſultante. Sed ſi tamen detur conuenire, magis certe illi conueniet numero, qui ex punctis componitur, iuxta eorum ſententiam loquẽdo, qui lineam deſcribebant eſſe puncti fluxũ. Quoniam aũt nonnulli diffiniunt punctum eſſe unitatem, poſitionem, & ſitum habentem, moueretur utiq; numerus ex unitatibus reſultans, quę poſitionem, ſitumue acceperint. Aſſumunt aũt poſitionem in illę animæ cum corpore cõiunctione, ſi talis quidem numerus eſt aĩa. Iam.n.alicubi eſt, ſitumq; in animato corpore habet. Verum his etiã conceſsis abſurdum eſt, lineam eſſe animæ motum. Linea enim eſt puncti fluxus.

*Adhuc autem a numero ſiquis auferat unitatem, uel numerum, relinquitur alius numerus. Plantæ autem et animantium multa diuiſa uiuunt, uidenturq; eandẽ habere animam cum ſpecie.*

Hoc idem per ſe arguit animam eſſe numerum, at neq; ut numerum motum. Numerus enim & diuiditur in numeros ſpẽ differentes, diminuiturq; in illa diuiſione. Anima autẽ, uel & in animati ipſius inciſione, indiuiſibilis manet, quamuis numero nonnunquam multipliciter, ſecundum formam aũt inuariabilis permaneat, & immutabilis: ut in plantis ipſis eſt uidere. In quibus de truncati rami eandem obtinent animam, non quidem unam numero diuerſis præſentem, nec etiam toti plantæ, cum multæ inſint uniformes animæ, alia quidem in alia, atq; alia particula. Vnum enim ab una quoq; anima animatũ ſit. Vnde igitur anima, quæ in ramo eſt, proficiſcitur? Extrinſecus, inquam, unde etiam animatis ipſis omnino aduenit, ſiue tunc fiat, ſiue etiam præextiterit, & cum primum inciſus fuerit ramus, illi innata fuerit, ut qui iam perfectam habuerit ad aſſumendum illam promptam aptitudinẽ. Propter naturalis nanque uitæ imbecillitatem, debilitatẽque, non multa naturæ indiget opera, ad præparandam ſubiecti aptitudinem. Sic enim & nonnulla animalia ex putredine ortum habent, contenta ſola compoſitione ex totis ipſis facta. ſic perfectiora, cauſis etiam efficientibus magis particularibus indigent, uerum qua ſane ſit ratione ut nõnullis diuiſis animalibus utrũque ſectum uiuit? Alterum enim uiuere, in quo principalia ſunt membra, non eſt mirandum, eadem in ipſo manente anima. Reliquum autem quomodo uiuet? Neq; enim a priori abiunctum ſemel, neq; ab alia anima factum animatum uiuet, cum nõn aſſumpſerit proprias particulas, quibus aĩam ſuſcipere poſſit. Quare nec ſane multum durat, ſed quodammodo, et ad quoddam tempus manet uiuens. Neque n poſsibile eſt, uitæ illius apparentiam & ſimilitudinem cauſſam eſſe dicere. Qm̃ ad ipſum moueri, & ſentire perfecta opus eſt motiuæ, iudicatricíſque animæ præſentia. Nunquid igitur nihil etiam impedit eandẽ in ſeparatis illis ſectis adeſſe animam, donec utraque eandem contineant aptitudinem ad eam indiuiſibilem animæ uitam?

*Videri autem poſſet, nihil differre, unitates dicere,* T.69 *& uel parua corpuſcula. Ex Democriticis nanq; ſphærulis, ſi fiant puncta, ſolum autem remaneat quantũ, erit aliquid in ea. Hoc quidem mouens, hoc autem motares: quemadmodum in magnitudine. Neque enim quia magnitudine differat, accidit hoc dictum, ſed quia q̃tũ.*

Inconueniens iſtud, quod in eos, qui animam numerũ Cō. eſſe ex unitatibus compoſitum ſtatuebant, tale eſt, quod ſcilicet dicant unitates aliquas motiuas eſſe, aliquas autem motas. Quoniam ſi quæuis per ſe ſeipſam mouet, quid opus eſt multitudine, at uero nõ quæuis unitas anima eſt. Si uero numerus eſt, aliquæ motiuæ erunt, aliquæ motæ. Sed ita quidem unitates abinuicem ſecũdum formam differentes erunt, punctumque a puncto differens erit. Vnitates enim ſitum, poſitionemque in corpore habentes, puncta fiunt. Verum cum id inconueniens cõmune etiã fecerit cum Democriti de anima opinione, ut quia illi etiã opinioni contingat, in primis differentiam opinionum, ipſius ſcilicet Democriti, & Xenocratis, quo ad id, q; ipſam multitudinem quandam eſſe dixerint, in memoriam reuocat. ut inde adeo, ut dictum eſt, utriſque etiam abſurdum ex æquo contingere pateat. Licet enim Democritus ex quibuſdam corpuſculis numerum compoſuerit, eum tamen ex indiuiſibilibus ob denſitatem, atque adeo ſecundum formam, & ſubiectam naturam indifferentibus conflabat. Anima igitur ex utriuſque ſententia numerus eſt, ex indiuiſibilibus, & indifferentibus conflatus. Neque enim, quo ad hoc, quod numerus ſit quicquam referet,

quod

quod ea corpuſcula tumorem habeant, quod quidem ipſe magnitudinem uocauit, unitates autem indiuiſibiles eſſe, quas iccirco paruas dixit. Sufficit enim ſecundũ multitudinem, quantum utrunq; dicere, ad hoc, ut ex neceſsitate fateantur aliqua motiua eſſe, aliqua uero mota. Cum igitur philoſophus inquit, ſolum autem remanet quantũ, & rurſus cum inquit, ſed quia quantum, determinatum quantum intelligit.

*Quare neceſſum eſt aliquod mouẽs unitates adeſſe. Sin autem in animali ipſum mouens eſt anima, & in numero. Quare non mouens eſt anima, & in numero. Quare non eſt mouens, & motum anima ſed mouẽs tan-*
T.70 *tum. Contingit autem quodammodo unitatem hanc eſſe. Oportet enim adeſſe differentiam, quę cum aliis eſt. Puncti autem, quod ex unitate uenit, quænam eſſe poſſet differentia, præter ſitum?*

Cõ. Diuerſum utique, ab his quæ mouentur, aliud quid adeſſe oportet, quoniam & quæuis unitas, ſphærulaq; Democritica quæuis, erit anima. Inquit autem ipſe, non contingere unitatem eſſe mouentem. Differentiam enim aliquam cum his quæ mouentur haberet. Nulla uero prorſus unitati cum unitate eſt differentia. Sic nec Democriticis ſphærulis, ex quibus animam, ipſe componit, nulla erit ſecundum ſubſtantiam ad inuicem differentia, præter ipſam poſitionem. At unitates illas ex quibus anima numerus fiebat, nunc temporis puncta uocat, ut quæ iam poſitionem aſſumpſerint, propter eius præſentiam in corpore. Sic puncta ipſa nõ forma, ſed ſola poſitione, eo qđ hic, atque hic collocata ſint, diſcriminantur.

*Si igitur diuerſæ ſunt, quæ in corpore ſunt unitates, aut puncta, in eodem erunt unitates, ſeruabit enim puncti locum. At uero quid prohibebit in eodem eſſe, ſi duas, & infinitas? Quorum enim locus indiuiſibilis, & ipſa.*

T.71 *Quod ſi puncta, quæ ſunt in corpore, numerus animę ſunt, uel ſi numerus, qui ex punctis, quæ in corpore ſunt, anima eſt, propter quid non omnia animam habent corpora? Puncta nanq; in omnibus uidentur eſſe & infinita. Præterea uero quonam modo poſſibile eſt animas a corporibus ſeparari & diſſolui? Etenim lineæ non diuiduntur in puncta.*

Cõ. Quoniam omnis magnitudo uidetur habere puncta, quod ſi non actu, ſaltem potentia, & ea ratione etiã corpus ipſa in ſe contineat, ſciſcitatur, utrum ſint diuerſæ unitates animæ, quæ poſitionem aſſumpſerint, ab ipſis corporeis punctis, an eædem? Si quidem igitur diuerſæ, punctum animæ ſeruabit locum puncti corporis. Indiuiſibilis enim cum ſit, in indiuiſibili collocabitur loco. Ac primo quidem corpus non ſecundum ſuipſius magnitudinem, neq; ſecundum ſui continuitatem animatum erit, ſed ſecundum ſola ſigna. Neque enim cõtinuum ex punctis componitur. Verum enim uero cum hoc abſurdum nunc ipſe non ponat, eo ꝙ principalis ipſius intentio non ſit inſtare contra poſitionem diuerſitatis punctorum animæ, & corporis, ſed in eam tantum, quæ ponebat animã omnino numerum ex punctis conflatum eſſe, alterum infert. Quid impedimento eſſe poteſt, ſi duo in eodẽ ſunt puncta, multo etiam plura non adeſſe? Adeo ut omnia animæ puncta, in uno ſint corporeo: quod paulo communius appellauit locum, ut pote eorum pũctorum ſuſceptiuum. Sic autem eueniet corporeum tantum punctum animatum eſſe. Sin autem non diuerſæ, ſed eadem ſunt animæ puncta, cum corporeis, adeo ut puncta, quæ ſunt in corpore, ſint numerus animæ, uel ut melius dicamus, quod numerus ex corporeis reſultans punctis ſit anima, omnia corpora animata erunt, ſiquidem puncta in omnibus ſunt. Quod autem ſubdidit uerbum illud, & infinita, id aliud huiuſcemodi poſitioni contingens inconueniens, denotat, neque enim actu, ſed potentia in corpore adſunt, ſi certe adſunt puncta. Infinita autem ſunt, quæ in potentia ſunt puncta. Quare nec multitudo ex ipſis reſultans numerus eſt, omnis enim numerus finitus eſt. Cũ etiam illud ſequatur, ut animam faciant potentia tantum, non actu in animatis eſſe. Subdit præterea & aliud abſurdum inſeparabilem ſic fore a corpore animam, quod nec etiam his, qui hæc dicunt, perplacet. Niſi diuiduntur lineæ in puncta. Hac enim uia ſepararentur animæ, ſi quidem in ſuperficies, ſuperficies in lineas, lineæ in puncta diuiderentur. Neque enim amplius cum continuitate erũt. Hæ uero diuiſiones impoſsibiles ſunt, quoniam puncta non partes linearum ſunt, ſed termini, lineæ aũt ſuperficierum, ſuperficies corporum.

*Accidit autem, quemadmodum dicebamus, partim* T.72
*quidem idem dicere, cum his, qui corpus tenue ipſam ponunt, partim uero quemadmodum Democritus moueri inquit ab anima, proprium abſurdum. Si quidem enim anima in omni ſentiente eſt, neceſſarium in ipſo eſſe duo corpora, ſi corpus aliquod, anima. Iis uero, qui numerum dicunt in uno puncto, multa puncta, aut omne corpus animam habere. Niſi differens numerus adſit, & alius aliquis exiſtentibus in corpore punctis.*

*Contingetque moueri animal, a numero. Quem-* T.73
*admodum & Democritum dicebamus id mouere. Quid enim refert ſphæras dicere paruas, aut unitates magnas, aut omnino unitates, quæ ferantur? Vtroque enim modo neceſſarium mouere ipſum animal, quia ipſę moueantur. Connectentibus ſane in idem, mo-* T.74
*tum & numerum, tum hæc contingunt, tum & alia conſimilia. Non enim ſolum diffinitionem animæ impoſsibile huiuſmodi eſſe, uerum & accidens. Patet autem ſiquis niteretur ex hac ratione, paſsiones, atque opera animæ aſsignare, ut rationationes, ſenſus, uoluptates, dolores, quæque alia huiuſmodi. Quemadmodum enim diximus, ne uaticinari quidem facile ex his.*

Adhuc proſequitur dicere, quoniam impoſsibilia ac- Cõ.
cidũt his qui animam dixerint eſſe numerum ſeipſum mouentem. Et primo quidem ea abſurda, quæ contingunt, ex eo quod moueri eam dixerint. propria uero, eo quod dixerint, ipſam eſſe numerum. Cæterum quoniam hi ſoli iure eam moueri dicerent, exiſtimarentq; qui eam corpus eſſe ponunt, communitatem iſtorum in iſtis inconuenientibus, & eorum, qui illam ponebant numerum eſſe ſeipſum mouentem aſsignat, præ oculiſque ponit: at non ſecundum ipſum moueri, hoc enim iam dictum fuit. Sed per alias obiectiones. Qui enim illam dicunt animam eſſe corpus unum continuum, aut ignem, aut aerem, uel

quid aliud tenuiſsimarum, hoc illis contingit abſurdum, ut duo corpora in eodem uelint eſſe. Mouens ſcilicet, & mota res, per totum enim uiuēs peragrat anima. Qui uero ipſam numerum eſſe ex unitatibus reſultātem faciunt, illis id abſurdi ſequitur, ut duo puncta, uel plura etiam in eodem ponant. Et omnia quidem quæ ſunt animæ puncta, in uno corporeo puncto erunt. Diuerſa enim ſunt animæ puncta, a corporis punctis: ne inde fateri cogamur, quoduis corpus animatum eſſe. Hi autem, qui numerum ex unitatibus reſultantem ipſam eſſe dicunt, cōueniunt, & in eo abſurdo, quod his accidit, qui corporum multitudinem ipſam eſſe faciunt, communicant. Dictum autem iam eſt, quod nam his eueniat abſurdi, ut ſcilicet dicant aliquas animatas particulas mouentes eſſe, alias autem moueri, cum indifferentes ſint. Conſequi autem inquit & alia abſurda, euenireque his, qui numerū, & motum coniungunt. Quæ etiam ſtatim infert, ꝙ ſcilicet impoſsibile ſit, atque adeo fieri nequit, ut animæ ſubſtantia talis ſit, ſed nec etiam poſsibile eſt hæc, quæ dicuntur, contingere, ideſt numerum. Neque enim quē admodum dicebamus motum ineſſe animæ, & paſsionibus ſecundum accidens, eo quod corpus moueatur, ſic etiam & numerum ineſſe dicemus. Qualem enim obſecro quis numerum ratiocinijs, alijſque animæ actionibus, aut paſsionibus traderet? Quauis enim ratione adaptare difficile eſt, quemadmodum etiam in ratione harmoniæ dixerat, ſi uidelicet numerum intelligeremus ex unitatibus. Quoniam huiuſmodi paſsiones per ſe medietati animæ, quam Xenocrates per numerum ſeipſum mouentem notare uolebat, tum cum ad generationem tendit, inſunt.

T.75 *Tribus autem aſsignatis modis, ſecundum quos diffiniunt animam, alii quidem maxime motiuum enuntiarunt eo quod ſeipſum moueat, alii corpus tenuiſsimarū partium, uel quod magis eſt incorporeum aliis. Hęc autem quas dubitationes, & contrarietates habeant fere percurrimus.*

Cō. Non idem eſt conſiderare aliquam ſubſtantiam, uel actionem, aut quamuis omnino proprietatem, & conſiderare modum, quo illa ſit. Quod igitur anima motiua ſit, atque his omnibus corporibus, quæ apparent ſit magis incorporea, atque ea quæ animalium eſt, cognoſcitiua ſit, hæc quidem ſenſibilium ſolorum, hæc autem intelligibilium, ab his, qui hæc faſsi ſunt, accipit quidem, at non ſic traditis modis ipſorum acquieſcit. Non enim iccirco quia moueat ſeipſam, mouere, nec quia tenuiſsimum ſit corpus, iccirco incorpoream magis ipſam dicendum eſt, nec quia ex elementis ſit, iccirco res cognoſcit, cum undequaque immobilis ſit, pureq; incorporea, ac non per materiale, ſed ſecundum formale principium cōſiſtat. Materialia autem ſunt elementa ipſa. Quod igitur corporeo quouis motu non moueatur, & quod ultra organi, quatenus organi effictrix incorporea ſit, magiſque etiam quæ organo utitur, ipſumque mouet, ac multo etiam magis intellectiua ipſa, iam determinauit, idque per rationes oppoſitum confutantes. In reliquis modo confutat eos, qui illam ex elementis conſtituebant, qđ ea ratione faciebant, ut Elementorum omnium, & ab ipſis compoſitorum, ob ſimilitudinem cognitionem haberet. Neque enim Ariſtote. ea ratione uult animam cognoſcere. Sed quandam quidem cognationem, & conuenientiam uult inter cognoſcens & cognoſcibile adeſſe: ſi quidem cognitio, quæ actu eſt, iuxta cognoſcitiuum ipſum conſiſtit, ea uero formalis eſt, non autem materialis. Quandoquidem, & cum cognoſcibile ipſum, perinde, ac ipſum ſenſibile compoſitum ſit, cognitio non conſiſtit ſecundum materiam, aut materiam, & formam ſimul, ſed iuxta eius tantum ſtat formam, ut pote quia cognitio actio eſt, non autem paſsio. Verum ea, quæ utitur organo tanquam coadiutore, non abſque paſsione fit, cum ipſa paſsio non in ipſa conſiſtat cognitione, ſed in corpore. Ac tunc quidem iudicium in ipſam terminans formam, impaſsibilis eſt actio, præterea ex propria cognoſcentis actione facta. Eſt enim quædam forma, quæ alicui extrinſecus ſecūdum actum aduenit. Veluti lumen aeri aduenit, non ex aliqua ipſius tranſmutatione factum: ut eius indicat præſentia, & abſentia, nullum ſecum attrahens tempus. Quare etiam dicitur actus diaphani, ſiue tranſparentis. Et ita quidem innaſcitur, ut uita corpori, atque ut ſummatim dicam, forma materiæ innaſcitur, ſed extrinſecus deuenit. Cognitiua autem actio, intus immoratur. Et ea quidem non eſt compoſiti ipſius, ut calefactiua potentia ipſius ignis. Actio enim in formam terminans, quæque indiuiſibilis eſt, & tota in uno conſiſtit inſtanti, ea non eſt diuiſibilis, ſed indiuiſibilis ſubſtantiæ. Vnde principale eſt, purum quodcunque, ut pote quod ex formalis actiuis ſtet parte. Quod uero ex parte rationalis aut intellectiuæ ſtat, multo magis principale eſt, actum quidem maxime, cum corpore, ut non organo utitur. Quænam igitur eſt cognatio inter cognoſcentem, & cognoſcibile? Formalis, ut dictum ſuit, tum ipſa uitalis, tum iudicatiua eſt: formalis autem omnium indicat, atque ſignificat cum omnibus coniunctionem. Ac unitæ etiam ſunt ultimæ formæ, tum quæ ipſius moueri principia ſunt, tum quæ rerum motarum determinatrices ſunt. Quæ uero cognoſciuuæ ſunt formæ, cognoſciuuo modo ab inuicem perficiuntur. Sed ea quidem, quæ uere indiuiſibilis eſt unitio, formis ipſis debetur. Rationalibus autem ſubſtātijs ineſt communicatio, unitioque per rationes facta. Nec enim rationes etiam ipſæ ab inuicem diſiunctæ ſunt, quoniam earum eſſentia in diuiſione non eſt collocata, ſed quadam in communione, remiſſa, & proxima ſaltem coniunctioni illi indiuiſibili. Diuerſæ autem, atque adeo uariæ ſunt remiſsionis menſuræ. Aliæ enim cognoſcentes per rationes intellectiuis formis proximas, uicinaſque, modicam habent remiſsionem, condecentemque communionem. Aliæ autem contra, longius diſtant. Ac eæ quidem primarum formarum contemplationem exercent, ut pote per ſui ſubſtantiam illis coniunctæ, neque omnino ad exteriora tendunt, ſed & in ſeipſas, & in præſtantiora quæuis deferuntur. Extremæ autem totæ ad exteriora delatæ, nec præſtantiora, nec ſeipſas, ſed res tantum extrinſecus poſitas percipiunt. Quibus & ipſis media ipſa cognata ſunt, non quia ceu eadem ſint, ſed quia inter ultima ſint media. Vt e contra, cum media priores contemplentur formas, cognatio ea, ac conuenientia eſt, ut ſecundis adeſt cum primis. Non igitur mutuam cognoſcentis & cognoſcibilis cognationem, e medio ſubducit Ariſtote. ſed non ex neceſsitate cognationem in identitate ponit eſſe, aut ſimilitudine. Neque enim animam pari modo uult comparari cum illis ſeparatis cauſsis, ut amicitiæ, & diſcordiæ, nec ſubiectis his quatuor elementis. Quomodo igitur hæc, cum materialia ſint, cognoſcet? quoniam & hæc per phyſicas determinantur diffinitiones, quibuſdam cognata eſt animæ ipſius diffinitio, & ratio. Si autem quodcunque ſuſceptiuum cognate ſeſe habere debet cum innaſcente ſibi forma, & forma cum receptaculo ipſo, utique & materia etiam ipſa cognationem cum formis, & rationibus habebit, obſcura, & latenti quadam ſignificatione, & formæ ipſæ cum materia, ſed per præſtantiam diffinitiuam, determinatiuamque, ac per comprehenſiuum, ſimul & unitiuum principium. Propria autem eſt unitis rebus unitio, & comprehenſis comprehenſio. Non igitur res ipſæ, quæ cognoſcuntur, in anima ſunt ſubſtantia, ſed cantum formales proprietates cognatæ cum illis, magis autem formales in intellectu ſunt, rationales autem in anima ipſa: diuerſæ præterea in diuerſis. In ipſo enim intel-

lectu, ſecundum formas, quæ inſunt ei, ſecundorum ad eſt cognitio: In anima uero ipſa per rationes, quæ in ipſa ſunt iuxta cognoſcibile quodq; proprie prolatas. Hæc autem una cum ipſius philoſophi uerbis procedentes contemplabimur.

*Reſtat modo inquirere, quomodo hoc dicitur, ip-*
T.76 *ſam ex elementis eſſe, inquiunt enim, ut tum ſentiat entia ipſa, & unumquodque cognoſcat. Neceſſarium autem eſt, ut multa, eaque impoſsibilia contingant huic ſermoni. Ponunt enim ſimile a ſimili cognoſci, tanquam ſi animam res poſuiſſent. Non ſunt autem ſolæ hæ, multæ immo, & diuerſæ. Magis autem fortaſsis infinitæ numero, quæ ex his. Ex qui-*
T.77 *bus quidem igitur eſt unaquæque harum, cognoſcere animam, atque ſentire. Sed uniuerſum quonam cognoſcet, aut ſentiet, ut quid Deus, aut homo, aut caro, aut os.*

Cō. Nam cum Ariſtote. nolit res ipſas animæ ineſſe, poſitionis inconuenientiam, præcipue in corporibus demonſtrat, quod ſcilicet haud neceſſum ſit in ipſa ponere quatuor elementa ſola, ſed & multa etiam alia, uidelicet, omnia compoſita. Non enim ex elementis ſolis, ſed etiam ſecundum compoſitionis modum, & rationem cognoſcitur. Oportet igitur & cuiuſque elementi rationem ei ineſſe, ad hoc ut uniuerſum hoc, ideſt compoſitum ipſum cognoſcat. Inquit autem deum ipſum ex elementis compoſitum ex Empedoclis eſſe ſententia, et ipſum etiam ſphærum. Terra uero iucunda, amabiliſque fuit dicta, hoc eſt concinna, tanquam cubus ex Pythagorica traditione, aut inſtitutione. Quoniam enim cubus duodecim habet latera, octo angulos, ſex ſuperficies, facitq; harmonicam proportionem, iecirco ipſum harmoniam appellabant. Vaſcula autem a Græcis choana appellata, a poeta ea dicuntur, in quibus fit mixtorum temperatura. Pone in choanis, inquit uiginti, omneſque impleas. Quæ quidem uaſcula, uocauit ampla, ut pote lata, propter ſpacioſum capiendi locum. Ad generationem uero oſsium, quatuor ignis commiſcet parteis, propter ſiccum fortaſsis, albumque colorem, cum plurimum ignis ipſa in ſe continere diceret, duas uero terræ commiſcebat parteis, atque unam aeris, aquæ ſimiliter unam. Quas ſane ambas nuncupat fluentem ſplendorem, atque ideo quidem fluentem nominat, ob humiditatem, a fluendo, & labendo, ſplendorem aūt, ut pote perſpicuum.

*Similiter autem & bonum, & non bonum. Eodēq; modo & in aliis.*

Abſurdum quidem eſt, quæuis omnino corpuſcula in anima eſſe dicere, longe autem abſurdius ea infinita eſſe dicere: eo quod compoſita etiam ipſa ſecundum formam, humanæ intellectioni incompræhenſibilia ſint, ac multo magis ponere priuationes in formali, uel rationali ſubſtantia. Priuatio enim ei ineſt, quod acquiſitio modo rationes ſuſcipere poteſt. At non illa in re, quæ ſui ex natura ipſas habet, at nec multo magis in ſubſtantia a rationibus ipſis perfecta ſubſiſtet. Neque enim formæ generabilium rerum determinatrices ſunt priuatio, ſed priuationem efficiunt. Hæ quidem, ut ſubſiſtentes, cognoſcitiuæ aūt cognoſcendo, eo quod bonum ipſum in primis gnoſcant. Quando autem generabile eſt bonum, tum norunt ipſum, ut pote nonnunquam remiſſum, tum & ipſæ ex remiſsione cognitionis boni ipſius, cognoſcunt malum. Veluti uiſus uidet tenebras, non per occurſum talem, qualem lumen ipſum obijcit ſenſui, ſed ideo quia non contemplatur lumen. ſi uero quouis cognoſcibilia modo in anima quis poneret, non in ipſa tantum bonum erit, ſed etiam & non bonum. Simili etiam modo & in alijs. Etenim & aliarum quoque formarum priuationes inerunt.

*Præterea cum multipliciter dicatur ipſum ens. (Si-* T.78
*gnificat enim id quidem hoc aliquid. Illud uero quantum, aut quale, aut & aliquod aliud ex diuiſis generibus) utrum ex omnibus erit anima, aut non? Sed non uidentur communia omnium eſſe elementa. Nunquid igitur quæuis ſubſtantia ex his ſolis? Quomodo igitur & aliorum unumquodque cognoſcit? An dicent uniuſcuiuſque generis eſſe elementa, & principia propriæ, ex quibus conſtet? Erit itaque & quantum, & quale, & ſubſtantia. At impoſsibile ex quanti elementis ſubſtantiam eſſe, & non quantum. His inter alios ſic dicentibus, hæc, huiuſmodique alia contingunt.*

Elementa cuiuſque generis appellat ea, quæ communi- Cō.
ter omnibus his, quæ ſub illo ſunt genere, inſunt, nequaquam uero alicui alteri, ut ſubſtantię ipſius eſt proprium, eſſe fundamentum & ſedes, & non in ſubiecto eſſe, & qđ ſit ſuiipſius ſedes, & ſubiectum, minimeque ad ſui eſſentiam indigeat accidentibus. Quare eadem, & una numero contrariorum eſt ſuſceptiua. Quanti autem menſura eſt & tantum, æqualitatiſque, & inæqualitatis ſuſceptiuum, quodque ad finem, aut infinitum attingit, quanti eſt. Ipſius autem, qualis, eſt efformatiuum ipſum, tale, ſimile, diſsimileque. Communia autem decem generum ſunt quæcunque ſunt entium elementa, ſed nō uniuoce de omnibus dicta. Quare nunc temporis, inquit, non uidentur eſſe communia, ſed ut, quæ ab uno ueniant, & ad unum referuntur. Quapropter ſi ipſa cognoſcibilia cognoſcenti inſunt, multipliciter oportet communia ipſa ineſſe, decemque modis, quot etiam communia. Quod ſi per rationum cognationem cum ipſis inerunt, ſufficit una identitatis ratio, ut idem ipſum ubique loci inde dignoſcat. Neque enim unius ſolius uniuoce dicti una eſt ſcientia, ſed & eius, quod ab uno uenit, & ad unum refertur. Quemadmodum ſane clarius hæc in Metaphyſicis libris diſcuſſa ſunt. Veluti etiam ipſius ſalubris, medicinalis ſcientia eſt, licet ſalubre multipliciter dicatur. Si quis rurſus ipſa cognoſcibilium elementa, diceret animæ ineſſe, anima ipſa erit non tantū, ſubſtantia ſed & quale, & quantum, cæteraq; etiam genera. Rationalis autem ad omnia, uniuerſaq; proprietas, nil impeditur, ut ſubſtantialis ſit.

*Abſurdum autem eſt dicere quidem ſimile impaſsi-* T.79
*bile eſſe a ſimili, ſimile autem ſentire ſimile, ſimileq; a ſimili cognoſci.*

In alijs quoq; fuit determinatum, quod id quod actu, Cō.
& omnino ſimile eſt, non patitur a ſimili, ut calidum a calido, & ſimiliter ſiccum a ſicco. Sic ſane, quod cognoſcitiuum eſt, a cognoſcibili patitur, ſed non a cognoſcitiuo, licet nonnunquam etiam ab ipſo. Etenim cognoſcitiuum eſt cognoſcibile, ſicut cognoſcibile cognoſcitiuum exiſtit, & nonnūquā, ut cognoſcitiuum cognoſcit. Quapropter non ſimpliciter per ſimilitudinem cognitio ſit illa.

*Ipſum autem ſentire, pati quoddam, & moueri ponunt.*

Cum pati ipſum nō tantū in corporis affectione cōſtet,

ſed etiam in ipſo iudicio, & in affectione etiam forſan formæ ſenſibilis, quæ ratione a ſenſitiua portione differt, iccirco fit, atque abſoluitur per ſenſitiuam actionē, cum ſit quoddam facere, atq; operari.

*Similiter autem & ipſum intelligere, & cognoſcere. Verum cum multas dubitationes, atq; difficultates habeat dicere quemadmodum* Empedocles, *quod corporeis elementis quælibet cognoſcuntur, & ratione ſimilis, confirmat, quod nunc fuit dictum. Quæcunq;.n. inſunt in animalium corporibus ſimpliciter ex terra, ut oſſa, nerui, capilli, nihil ſentire uidentur. Quare ne-*
T.80 *que ſimilia. Atqui conueniens id erat.* Præterea *uero unicuique principiorum ignorantia potius, quam ſcientia inerit.* Cognoſcet *quidem enim unumquodq;.* Mul*ta autem ignorabit, omnia nanq; alia.* Contingit *præterea* Empedocli *& imperitiſſimum eſſe* Deum. So*lus nanque ex elementis unum non cognoſcit, diſcordiam, mortalia autem omnia, ex omnibus enim unumquodque conſtat.*

Cō. Per uerbum, cognoſcere, intelligit illud cognoſcere, ex quo ipſa ſcientia pari, acquirique poſsit. Atq; ipſa quidem facere, & pati quoddam ſunt. Entia enim per ipſum cognoſcendi actum cognoſcere, facere quoddam eſſet, pati autem eſſet ob perfectionem eam, quæ ab intelligibili uel ſcibili deuenit. Verum immaterialia quidem in quibus in idem ſubiecto concurrunt, & cognoſcere, & cognoſci, contingit ſimul & in ſeipſa facere, & a ſeipſis pati: non ea quidem ratione, qua ſimilia ſibi ipſis ſunt, ſed qua quodammodo ratione ſunt diſsimilia, quoniam tum ſeipſa cognoſcere ualēt, tū ſibi ipſis cognoſcibilia ſunt. In his uero, quæ materialia ſunt, non in idem cognoſcibile & cognoſcitiuum concurrunt, ut poſt in tertio dicet. Sed & ſubiecto, & ratione ſeparata, ſeiunctaque ſunt. Non igitur ignis ab igne cognoſcitur, cognoſcibilis enim eſt ignis, ſed non qui cognoſcēdi poteſtatem habeat. Quod autem non in idem concurrant ambo, teſtantur ea etiam quæ manifeſte apparent. Si enim terra cognouiſſet, terreſtriores utique & ipſæ partes cognoſcitiuam habuiſſent potentiam, cum tamen ex terreſtrioribus corporibus nullum ſentiat. Ea uera in particula, confirmat autem, quod
„ nunc dictum eſt, id ita intelligēdum eſt pro eo quod eſt, quod nunc dicendum eſt. Quemadmodum optime notat coniunctio, enim, ubique rationis notam inferens. Neruos præterea, in his quæ ſenſu carēt, collocat, ut qui uoluerit ſpiritum in tactu ipſo ſenſorium eſſe. Cætera quæ ſequuntur argumenta, clara ſunt. Quod enim uere principium eſt ſeipſum cognoſcere poteſt, ac quia hoc idem eſt, principium exiſtit, ac per ſeipſum quidem cætera omnia, quæ a ſe principium ducunt, per cauſſalem omnium rerū cōpræhenſionē, cognoſcere poteſt. His aūt qui principia ita diuidunt, hiſq;, qui per ſimilitudinē ipſam cognitionem inducunt fieri, ꝯtingit, unius ſolius cognitionē cuius aſsignare principio, reliquorum aūt oīum ignorantiam. Principiatæ uero rei, eique quod ex ipſis componitur, contingit aſsignare omnium rerum cognitionem, præterquam ſphæri. Quem Empedocles deum eſſe celebrat. Ipſe enim ſolus inter compoſita non cognoſcet diſcordiam, quoniam ex ipſa non componitur.

*Omnino autem quam ob cauſſam non omnia* Entia
T.81 *habent animam? Quoniam omne uel elementum, uel quod ex uno elemento, uel ex pluribus, uel omnibus. Neceſſarium enim eſt unum quid cognoſcere, uel aliqua uel omnia.*

Quoniam intellectus, & anima cognoſcitiuam habent potentiam, cognoſcitiuamque etiam potentiam habent elementa, quæque ex ipſis componuntur, oppoſitum quoque uerum erit, quod ſcilicet omne elementum, uel quod ex elementis eſt, anima uel intellectus ſit. An igitur hæc quatenus cognoſcitiua ſunt, habent? Quandoquidem non alia ratione, quam per cognoſcitiuam portionem determinata ſunt: cognoſcitiuam autem portionem elementis, inquiunt, per ſe ineſſe. Cō.

*Dubitare autem quiſpiam poſſet, quidnam ſit id,* T.82
*quod ipſa uniat, materia enim elementa uidentur.* Ma*xime enim proprium id, quod continet, quod cūque ſit.*

Corpus omne, licet ſimplex, uel compoſitum ſit, ueluti non per ſeipſum, aut a ſeipſo ſuum habet eſſe, ſed per alterum quid formale, uel ab alia aut actiua, aut perfectiua, finalique cauſſa, ſic etiam ipſum unum, quatenus formale habet in ſe, a ſubiectiua etiam conſiſtit cauſſa. Vnde & quod compoſita ipſa unit, forma eſt, ut ſecundum quod, effectiua uero cauſſa, ut a quo. Principalior autem, maximeque propria eſt cauſſa ipſius eſſe, & coniungere, his, quæ perficiuntur, copulanturque. Elementa autem perficiuntur, & copulantur, uniunturque. Quod quidem denotat in ipſis animalibus ipſum contineri ab anima. Principalius ergo elementis principium eſt anima ipſa. Elementa enim ut materia ſunt. Anima autem forma, & ut efficiens: ita quidem, ut quæ eſt uiuentis corporis effictrix anima, ut formæ ſit, quæ uero organo, ſiue inſtrumento utitur, dicatur efficiens. Cō.

*Anima uero eſſe aliquid melius, & principalius, impoſſibile. Adbuc autem impoſſibilius, intellectu.* Ma*xime enim rationabile eſt, hunc antiquiſſimum eſſe, & priorem ſecundum naturam.* Elementa *uero inquiunt, prima* Entium *eſſe.*

Intelligendum, de anima rationali, ipſa enim ea eſt, quæ ineſt, antiquiorque eſt, ob rationis ipſius conſequelam. Id quod denotat illud, maxime rationabile: eo quod innaſcatur, adſuque, nec corrumpatur, ueluti prius eſt dictum: & propria ſecundum naturam eſt. Maxime enim propria eſt cauſſa, quæ eſt tum ipſius fieri, tum etiam eſſe ſeiunctim, ſeparatimque cauſſa. Non ſane igitur bene quidam corporea colunt elementa ut prima entium principia. Per quæ etiam demonſtrauit quomodo anima cognoſcit, quoniam ut forma cognoſcitiua eſt. Quare etiam ipſius cum cognoſcibilibus conuenientia non materialis eſt, ſed formalis intelligenda eſt affinitas, ſiue cognatio.

*Omnes autem & qui quia cognoſcit, atq; ſentit ani-* T.83
*ma entia, ex elementis ipſam dicentes eſſe, quiq; ipſam eſſe maxime mobilem, non de omni dicunt anima.* Ne*que enim ſentientia quæuis motiua ſunt.* Apparent *enim quędam ſtabilia animalia eſſe ſecundum locum.* Attamen *uidetur hoc ſolo ex motibus mouere anima ipſum animal.*

Intentio præſentium uerborum in his eſt oſtēdere, qđ aliquid quidem eſt, quod cōmuniter omni ineſt aīæ, non uniuoce tamen, inquam, ſed ut ea, quæ ab uno, uocantur. Quemadmodum, ens, bonum, ſalubre, uel motus. Huiuſmodi enim quid adeſſe oportet, quod omni inſit Cō.

animæ

animæ: per quod & inuicem communicent, colligenturq; & ab alijs ſeparentur. Intentioq; eſt oſtendere, q͂d huiuſcemodi commune ab antiquis non ſit traditum. Neque cognoſcendi poteſtas, nec ſentiendi, nec per locū mouendi cuius ineſt animæ. Per id uero, quod cognoſcendi poteſtatem dixit, uidetur intelligere, cognoſcitiuam facultatem, quæ cum ratione coniungitur. Quare paulo poſt inſerius hanc potentiam, intellectum uocat. At licet mouendi uis per locum, tamen motiua ſimpliciter uis uidebitur omni ineſſe. Etenim uegetatiuæ ut in plantis auctiua ineſt uirtus cui mouendi ſecundum quātum uis adeſt. Verum inquit, uidetur anima mouere animal locali ſolo motu, quoniam nulla exteriori re utens, illud ita mouet. Veluti auctiua potentia utitur cibis, qui externi ſunt. Nunqd autem ſic dixit, quoniam facultas uegetans, ut in plantis, non plane manifeſte habet terminum a quo, ſed magis declinet ad eum, qui eſt ſecundum quem: atq; ideo quidem eſt natura? Etenim natura eſt principium ipſius moueri, & pati, adeo ut in his, quæ nutriuntur, id quod per ſeipſum mouet, ipſum ſubſiſtens ſit. Veluti in his etiam, quæ ſecundum naturam mouentur, perſpicuus eſt, manifeſtiuſq; motus ille exiſtit, qui ab anima uenit, eo quod per impetum fiat.

*Similiter autem & quicunque mentem, & ſenſitiuam potentiam ex elementis faciunt. Videntur nanq; plantę uiuere, cum non habeant lationem, aut ſenſum, animantiumq; multa cogitationem non habere.*

Eadem enim ratione neque hi de omni loquebant͂ anima, neq; enim irrationalia animalia cogitationem, diſcurſumue in ſe habent (cogitationem autem, intellectum nūc temporis uocat, idemq; intelligit: ut inde rationalem indicaret uitam) nec plantæ ſenſum aut localem motum, atq; ideo inde aſſeruit, quod qui motiuam per locum potentiam ipſi aſsignauerunt, hi non de omni intelligebant, & dicebant.

T.84 *Si autem aliquis & hæc concederet, poneret intellectum eſſe aliquam animæ partem, eodēq; modo & ſenſitiuam portionem, nec etiam ſic dicerent uniuerſaliter de omni anima, nec tota, nec de una. Hoc autem paſſus eſt & in orphicis uerſibus ſermo. Inquit enim animam ex toto ingredi, ſpirantibus delatam a uentis. Non poſsibile ſane eſt plantis hoc contingere, nec animalium non-*

T.85 *nullis, ſiquidem non omnia reſpirant. Hoc autem latuit eos, qui ſic opinati ſunt.*

Cō. Quoniam fabuloſius paulo, ut ipſe dixit, Pythagorici, uel ipſa etiam irrationalia, uidebātur rationalibus etiā animis animata facere, nonnulli etiam ipſas plantas, ut Empedocles, ſic ſane & localis, quæq; per locum ſit motiua poteſtas, & ſenſitiua. præterea etiam intellectiua omnibus, adaptari potuiſſet, hac ſane ratione inquit, ſiquis & hæc, quæ certe abſurda ſunt, concederet, ut cuiuſuis animæ portio eſſet, ſenſitiua & intellectiua potentia, neque tamen ſic uniuerſaliter de omni loquerentur anima, cum autem quadam ratione dixit, de omni, iccirco ſeipſum exponens, ſubiunxit. nec de tota, nec de una utpote quia quæuis anima pluresi habeat potentias, de quibus nullam profecto fecere mentionem. Conſtat etiam quod qui animam dixerant ab animalibus per reſpirationē trahi, nec ipſi de omni loquebantur anima. Neque enim quoduis animal, nec planta ulla reſpirat. Orpheus autem uſus eſt corporum aptitudinem ad uitam, reſpirationem appellare. Totales autē uniuerſaleſque motiuas cauſſas, uentos appellare uidetur, ſine quibus neutiquā particulares cauſſæ apta corpora, animata facere poſſent. Hoc autem inquit eos latuit, non omnia ſcilicet reſpirare, cum re uera exiſtimaſſent quæuis uiuentia per reſpirationem animata fieri.

*Siquidem oportet animam ex elementis facere, nihil oportet ex omnibus. Sufficit enim altera pars contrarietatis, ad ſeipſum iudicādum, & oppoſitum. Etenim per rectum, & ipſum, & curuum cognoſcimus. Iudex enim utriuſq; eſt regula. Curuū uero nec ſuipſius, nec recti.*

Cognationem eam animæ cum cognoſcibilibus, per quam cognoſcit, non ex elementis eſſe. ſed formalem, & principalem inter materialia, ipſiſque ſuperioremque eſſe, uniformemque, ut pote indiuiſibilem (unde & elemēta ea, quæ inſunt animalis, inuicem copulat, & unit) iam eſt explicatum. Nunc autem addit, quoniam quamuis oportuerat ex elementis ipſam facere, ut inde ſeruaretur cognatio cum cognoſcibilibus, non ex omnibus tamen oportuiſſet. Contrariorum enim alterum ſufficit, tum ad iudicandum ſeipſum, tum ad iudicādum oppoſitum. Hoc autem non ſimpliciter, ut ego puto, uerum eſt: ſed cum alterius priuatio ſit. Per formam enim priuatio cognoſcitur, ut per ſanitatem morbus. Quandoquidem quæuis priuatio eſt in imperfecta formæ ſignificatione, cuius priuatio eſt: atque abſentia eſt poſita in ſignificatione perfectionis ipſius formæ. Per rationem igitur ipſius formæ, ſignificationem ipſius, cognoſcam, & abſentiam. Vbi uero utræq; formæ ſint contrariæ, qua ratione per alteram alteram cognoſcam, cum & ipſa proprietatis cauſſam inducat, ac non per alteram quandam, ſed per ſe cognitionem præſtet, atque cognoſcatur? Verum cum Ariſto. conſueuerit appellare frigidum eſſe calidi priuationem, ſi quis hæc poneret elementa, cogitur dicere, ſufficere calidum in anima eſſe, ad cognoſcendum etiam ſuum contrarium. Id autem exemplis utens manifeſtius declarat, accipiens rectum pro forma, curuum autem pro priuatione Quare nec curuum ſeipſum cognoſcere inquit, nec etiam rectum. Rectū uero ipſum utraq;. Si igitur & curuum ipſum ut forma aſſumatur, ut ipſum circulare, haud per rectam regulam, ut circulare cognoſcetur, ſed tantum, quoniam non eſt rectum. Sic per circularem menſuram ei congruentem, noſcemus etiam circulare ipſum per ſe, & rectum, tanquam non circulare, uult autem per hæc etiam notare, cognitionem, formalem actionem eſſe.

*At uero nonnulli in toto ipſam cōmixtā inquiunt.* T.86

Quamuis in primis principalis eius fuiſſet a principio Cō. ſuæ enarrationis intentio de mortalium animalium anima tractare, nihilominus de cœleſti etiam iam fecit uerba, ut quæ nulla cum magnitudine, atq; intellectiua ſit, utque ſeiunctim, ſeparabilique modo corpori adſit, at non ut Plato cenſet, corpori commixta. Ac nunc quemadmodum animæ, quæ & ipſæ uiuificant, totis adſint elemētis, demonſtrat. Quoniam adſunt, non quia miſceantur, ueluti ipſæ noſtræ animæ delatæ & defluētes in corpora, eorum fiunt, euaduntque animæ. Et quia non adſunt hiſce apparentibus ipſorum elementorum corporibus materialibus, non inquam, adſunt primo, & principaliter, ueluti nec noſtræ capillis, aut oſsibus. Ideo fit, ut nec aer ipſe, animal per ſe dicendus ſit, attamen uiuit, cum inſit anima. Per quæ ſimul imperfectionem harum animarum, reſpectu cœleſtis demonſtrat, ut quæ uſque ad elementa generabilia, & corruptibilia deueniant, quæ in omnibus, ac per omnes parteis, ſui ipſorum ſunt portiones. Simul & ut denotaret, quodnam ipſarum momentum aut portio, reſpectu noſtrarum præſtaret, antecelleretque. Quoniam ſui cum illic ſint iuris, uel ipſa etiam elementa uiuificant, Quod autem ad corpora declinent

deueniantq; aīæ, commixtio declarat. Qua quidē rōne, inquit in toto eſſe, ut quia in partibus cōmixtio adſit.

*Vnde fortaſſis & Thales opinatus eſt omnia deis plena eſſe.*

Quod quidem omnia ſint plena deo, ut creatore, bene factore, & omnia continente, nullus profecto dubitaret. Neque enim id intelligit. Neq; illud uerbum, forſan, hac de ratione dixit, ſed eius cauſſa quod dixerat mixtā eſſe. Fortaſsis enim Thales iccirco dixit, opinatuſq; eſt omnia diis referta eſſe, eo ꝙ commixti ſint, id quod abſurdum & inconueniens eſt.

*Id autem habet aliquas dubitationes. quam nam.n. ob cauſſam cum in aere, uel in igne ſit anima, non facit animal? In mixtis uero, & propter hæc præſtantior in his eſſe uidetur.*

Propoſitarum rerum ueritatē, quemadmodum cōſueuit, pbs præ oculis ponit per dubitationes. Quarum una ea eſt, cur cum corpus noſtrum, cōpoſitum cum ſit, per aīæ preſentiam aīal ſit, nō ſic aūt ignis ipſe uidetur animatus fieri ab anima, quæ præſtantior reuera vr̄. Noſtrum ſiquidem corpus, totum corruptibile, ignis uero corpus corruptibile tm̄ per parteis eſt: perinde, ac alterum eorū particulare ſit, alterum uero uniuerſum & totum eſſet. Si igitur totū melius eſt particulari, ſummatimq; id qd' per totum perpetuum exiſtit, melius nobiliuſq; eſt eo, quod undequaq; corruptibile exiſtit, cognateq;, & appropriate aīæ corporibus innaſcuntur, ut iam eſt determinatum, planum quod & quæ aīa ignem uiuum, animatūq; facit, melior, nobiliorq; eſt aīa noſtra. Qūo igitur non aīal eſt? An ideo, quia præſtantior eſt anima? In primis enim ex Platonis ſententia etiam, non eo in loco cōpoſitio fit ex anima, & corpore, ſed aīa in ſeipſa manente, corpus ipſius aīæ efficitur. Animal uero per cōpoſitionem fit. Secūdo quoq; quia non hic, qui apparet ignis, principaliter illius aīæ uehiculum eſt, uerum præſtātior quidam, qui & ipſe ex cœleſti conſiſtit compoſitione, quāuis in ſecunda perfectione. Si quis aūt hoc idem, & in nobis eſſe diceret, is norit, quod et in nobis uehiculum illud præſtantius una cum aīa ipſa in mortale corpus præparatum eſt ut ex omnibus conficiatur. In illis aūtē, quod apparet, id depēdet a nobiliori, & præſtantiori, ac mediante illo id quoque animatum fit. Non ſic tn̄ ambo ad unius compoſitionē cōcurrunt. Non igitur, quod per ſe aīal apparet, ex oībus conficitur, qm̄ non ſua ex perfectione, ſed quia a præſtantiori dependeat, uiuit, & quia omnino ut pars eſt: licet qs concederet unum ex omnibus fieri.

*Inquireret enim aliquis, & quā nam ob cauſſam quæ eſt in aere anima iis, quæ in animalibus ſunt, nobilior ſit, & magis immortalis.*

Non inquirit an ſit præſtantior, ſed quam nā ob cām ſit præſtantior. Etenim dictum eſt, qd' uidetur nobilior. At nec præterea dubitationem fecit, cur ita uideatur, ſed cur ita eſt: ut quia ita quidem ſit, ſed eā debeat in cōmuni inueſtigari: at potius quodāmodo iam ab ipſo dicta fuerit, tum, cum contra illos, qui ipſam mixtam eſſe aīam aſſeruerant arguebat, uel etiam, quia ignē non appellandū cenſet aīal. Conſtat.n. atq; adeo manifeſtum eſt, quod qa propter ſeparabilem eius præſentiam nō commiſcet cum corpore, neq; compoſitum ullum cum eo perficit, præſtātior ea eſt, quæ commiſcetur, cōponitq; aliquid unū cum corpore. Atq; ea eſt illius præſtantioris cauſſa, quæ abſtracte citraq; ullam declinationem ad inferiora, uilioraq; corpora, depēdentia corpora uiuificat. Magis aūt immortalis eſt, nō ut ea mortali quæ in aīalibus eſt, immortalius enim eſſe, ut albius albo albius. Sed quia ſit uniuerſarum rerum, & totarum anima, cū immortalitatis menſura longe præſtantiori. Vnde & Plato ipſe animas noſtras æquiuoce cum immortalibus appellare cōſueuit, ac multo magis ipſam uitæ formam, & deum etiam ipſum immortale eſſe inquit.

*Contingit autem utroque modo abſurdum, & inconueniens.* T.87

Cõ. Dicere enim ignem, aut aerem aīal eſſe, abſurdiſsimum profecto eſt, eo qm̄ animal cōponatur ex corpore, & aīa, cum ipſo.ſ. commixta & ad ipſum declinante, & a ſeipſa quodammodo recedente. Incōueniens igitur, abſurdūq; eſt, non quia totus ignis, aut aer non uiuat, ſed quia totarū rerum animas perinde ac noſtras diſtenſas, dilatataſq; faciunt, nec ut noſtras, diſſolubiles unquā, ſed priuatim hæc patientes. Quod abſurdum eſt. Ac manifeſte quidem id de cœleſti anima fuit dictum, ut pote contingens illis, qui ipſam cum corpore complicant.

*Etenim dicere animal ignem, aut aerē ua'de abſurdum eſt, & non dicere aīalia, cum inſit anima.*

Omnino.n. animal eſt, quod ex corpore, & anima reſultat uexiſtente. Manifeſtum enim eſt, ꝙ non adhuc ſeparabilis permanet, ſi quidem corpori ineſt, cūq; ipſo et uiuit, & operatur. Quare obſeruandum eſt, ut eam ineſſe dicamus, hac tn̄ cum appendice, ut ſeparabiliter adſit. Atque ea quidem tota uiuere ponendum eſt, non ita tn̄ ut animalia ſint ob iam prædictas cauſſas.

*Abſurdum exiſtimare autem uiſi ſunt, aīam eſſe in his, quoniam totum cum partibus eſt uniforme.* T.88

Cõ. Oſtendit cauſſam erroris multorum, qua ſane dicāt tota ipſa ſic uiuere, nempe quia anima ipſis ineſt ſed non ut quæ ſeparabiliter ipſa uiuificet. Quoniam enim intuebantur aerem, qui in nobis eſt, ſimilarium eſſe cum toto aere partium, pariter exiſtimarunt, hunc, atq; illū a ſimili ſemper anima fieri animatum huic igitur, & illi dicebant aīam ineſſe. Deinde ſubdit ſtatim, quod iis cōtingit, abſurdum.

*Quare neceſſum eſt illis, etiam dicere, animam cum particulis uniformem eſſe.*

Etenim ſi quia toti aeri ineſt anima, uiuificat ipſum, utique & ipſa habebit particulas, quæ partium, ideſt particularium ſunt corporum. Ipſius enim erunt portiones, ut quæ facultas corpore, ut inſtrumento utitur, nec ea tantum quæ ſeparabilis eſt ſed & ſenſitiua ipſa etiam, & imaginatiua, quin & ipſa etiam ira, & cupiditas. His nanq; facultatibus animæ non ſeparabiliter uiuificanti, ſed corporibus inexiſtenti opus eſt. Erit igitur tum totius aeris, tū particulæ uniformis anima.

*Si quia recipiant aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiunt. Sin autem aer diſsipatus, uniformis. Anima uero diſsimilium partium. Quod aliquid quidem eius inerit, patet, aliud autem non inerit. Neceſſarium igitur ipſam, aut ſimilium eſſe partium, aut non ineſſe in quauis particula uniuerſi. Manifeſtum itaq; ex his, quæ dicta ſunt, quemadmodum neq; ipſum cognoſcere ineſt animæ, quia ex elementis ſit, neq; moueri ipſam pulchre, neque uere dicitur.*

Si aliqua animæ particula ipſius ambientis accepta, tanquam oēm uitæ obtinens proprietatem, quam & ipſa habebat, atq; adeo diuidatur, ut in particularius adhuc corpus reducatur, ueluti & ipſius aeris oēm proprietatē, quā & totus obtinet aer, particula continens, ſuperatur tantum eo, quod particularis ſit: ſi igitur ſic ſe habet, & quæ in aīalibus eſt anima cum ea, quæ in elementis eſt, utiq; cū ipſa uniformis eſſet. Qm̄ igitur hæc non intellectiua tantum eſt, ſed et paſsiua etiam, illa quoq; ſimiliter ſe haberet. Quod ſi hæc abſurda ſunt, qm̄ totorum ipſorum animas

facile

facile pati ponamus, & non aliquando diſſolubiles, animiſque illis particularibus ad deteriora delatis ſimiles facimus, ac propterea in ſola illę poſitæ ſint intellectione, manifeſtum quod non ſimiliter anima totius aeris ſeſe habebit cum anima particulari, quemadmodum aer ipſe cum proprijs partibus, hic enim cum partibus uniformis eſt. Anima uero ipſius totius, diſsimilis eſt cum partibus formæ. Quod ſi hoc uerum eſt, id quidem ipſis inerit, hoc aūt non inerit. At quia non oīno totius anima cū ea, quę partium eſt, æquiuoce fiat, aliquid certe commune habebit, licet ipſum cōmune ſit, ut ea, quæ ab uno deueniunt. Verum quia particularum anima magis exuberat paſsionibus, hoc quidem ipſius aīæ ineſt in totis, id aūt non ineſt. Intellectiua enim ſola adeſt facultas. Verum licet ea, quæ in totis eſt, eadem ſit, neque tamen fieri pōt,
» quin & ipſa patiendi inſit uirtus. Quare pulchre ſane con
» cludit, inquiens, aut ſimilium eſſe partium. Ea enim, quę
» totius eſt. & quæ partium eadem habebit. Aut non ineſ
» ſe in quauis particula uniuerſi, per uerbum aūt uniuerſi,
» non intelligit, uniuerſum aerem, ſed mundum ipſum, utpote quia, quæ anima in compoſitis ineſt, ea etiam in animalibus indita eſt, ob contactum cum corpore factum, tum cum ordine, tum etiam declinatione, atq; irruptione conſtantē. Quæ uero in cœlo reperitur, atq; in ipſis totis, quæ ſane uniuerſi appellauit parteis, non eis ineſt, uerum ipſa ſeparabiliter uiuificat. Sic quidē mihi uiſum eſt Ariſtotelicum erigere contextum, quam ꝙ uoluerit, & tenue ſic elementa uita carere.

T.19 *Quoniam autem cognoſcere, animæ eſt, & ipſum ſentire, & opinari, adhuc autem ipſum cupere, cogitare, & omnino appetitiones. Fit etiam motus animalibus ab anima ſecundum locum. Præterea uero augmentum, uigor, & corruptio, utrum toti animæ horum quoduis ineſt?*

Cō. Quæſitum ipſum eſt tale. Utrum ſit quouis in animali una anima, uel plures: quandoquidem & ipſius actiones cum plures ſunt, tum etiam multiformes. Ac ſi una quidem eſt, utrum compoſita eſt ex pluribus ſubſtantijs, uel ſimplex quidem ſit, multas uero in ſe contineat potētias, atq; adeo multitudo actionum inde reſultet. Neque enim multæ ſubſtantiæ diſiunctæ erunt & quæ nō unius animæ ſunt complementa. Quandoquidem, ueluti unum eſt corpus, & ipſum aīal unum, neceſſum eſt & animam eſſe unam. Præterea id minime unum eſſet, quod exempli gratia dicat, ego intellexi, ego ſenſi, iratus ſum, atque concupiui, niſi una ſit quodam modo anima ipſa. Quod quidem igitur una ſit, planum eſt. Verum nunquid iuxta ſui ſubſtantiam ſimplex eſt, potentijs autem multiplex facta, an & ex ſui etiam ſubſtantia multiplex? Fortaſsis.n. ſi ſimplex ſit, & potentia, & actio ſimplex eſt (quemadmodum rationalis ipſius, rationalis potentia, et actio) aut in ſubſtantia etiam multiplex. Quod ſi hoc eſt, utrum intellectiua portio cum paſsiua, et nutritiua connata eſt, aut in illa ad corpus coniunctione & declinatione hæc tum acquirit, atque ex pluribus ſit potentijs uitalibus facta una, quemadmodum etiam ex aīa unum ſit animal, quamuis non ita ſemper nos congeniti, & comproducti ſimus, ſed tm̄ aliquando. Quod ſi ita eſt, igitur præexiſtentibus quidem diuerſis uiris con generatio & euniunctio aliquando ſit, uel quibuſdam etiam tandem factis. Quod ſi ſic ſemper ſint, utrum & reliquæ potentiæ ſeparantur a corpore ob ipſum intellectum, an intellectus ob reliquas potentias inſeparabiles eſt? Confert deinde præſens caput ad cognoſcendum, quomodo corpora ipſa aīata fiant. An a tota quidem anima, an ab aliqua ipſius potētia. Ac ſi quidem a tota, an ſecundum aliquā particulam, alij adeſt parti, atque alij, an tota ubi uis. Aut tota ſecundum omnes parteis, aut tota quidem adſit, nō tamen per omneis parteis, & potētias ineſt, neq;.n. per eas, quæ ſeparabiles ſunt, ineſſe uerum eſt. Manifeſte igitur Plato rationali uitę, quā immortalem appellat, ſubtexi inquit eā, quæ paſsiua eſt, ab ipſo mortalem uitæ ſpēm nominatam. Nec quidē aliter Ariſto. ut ego cēſeo, ſenſit. Qui ſeparabilem quidem aīæ portionem nouit, eamq; corpore non uti ut inſtrumēto, neq; comprahēdentem aliquam corporis particulam, ceſſantemq; nonnunquam ab illa irruptione ad exteriora facta, inq; ſui ipſius ſubſtantiam actiones ſuas contrahentem, ſeparatamq; hanc ſolam eam eſſe, quæ uere ſit, reliquam uero quamuis aīam, inſeparabilē eſſe dixit, unaque cum corpore ſemper agere. Non.n. ipſius animæ, ſed cōpoſiti ſunt, tum paſsiones, tum opera: ut ſenſus, imaginationes, iræ, quæq; reliquæ rationis cōpotes, corpore utuntur coadiuuante, quas diſcurſiuas appellare cōſueuit: quæ perinde, ac quæ ſeparabiles ſunt, cum ſcientiæ cōparatione, & acquiſitione contemplantur, & intelligunt. Nō igitur in perfecta ſeparatione ulla ex utriſq; conſiſtit. Neque enim amplius omnino ſeparata eſſe poteſt, quandoquidem et manifeſte etiam fuit dictum de intellectu ipſo, uidelicet ſeparata autem eſt eius tātum portio ea, quæ uere eſt, ac uere eſſe dicitur, inde adeo, ut intellectiua eius pars tantum remaneat. cum uero intellis ad ea, quæ extrinſecus ſunt poſita, defertur, tum temporis etiam in uita, quæ foras tendit, connaſcitur eius coniunctio, atq; unitio cum alijs potentijs. Sed ea quidem coniunctio nō ſecūm continuationem ſit, qualis eſt continuatio corporearum partium, ſed quæ incorporea eſt, & quæ conueniat, cum inuicem indiuiſibiliter uniantur, & una quædam tota indiuiſibilis conficiatur, ut albi & nigri aſpectus, uiſuſq; unus eſt, ſecūdum duas quidem ſimul agens rationes, totus autem iuxta utraſque, atq; unus, utpote indiuiſibilis duo in indiuiſibili tempore, & ſpatio cōprahendens. Si uero anima ita cum corpore copulatur. coniungiturq;, ut unū ex ambobus aīal fiat, multo magis condonandū erit, id per coniunctionē uitæ ex diuerſis formis fieri. Quāuis illæ quidē inſeparabiles ſint, hæc aūt ſeparabilis, eo uero quia a ſeipſa ſeſe abalienet, recedatq;, ad exteriora aūt deferatur, inſeparabilis quodammodo euadit: & cum alijs uitis unitur, & coaptatur. Atq; actiones quidem cōes per ſeipſam totam agit, eas uero, quæ ſunt ſeparabiles, per ſeparabilem tantum partem agit. ac per illam, quæ a reliquis ſeiuncta eſt. Nunc igitur Ariſto. perſequamur cōtextum. Diſtinguēs aūt cognoſcitiuas aīæ actiones ab appetitiuis, oſtendēſque utraſq; uarias eſſe, illas quidem, ut opinatiuas, & intellectiuas, atq; ſenſitiuas, has uero ſecundum qđ rationis & paſſionis ſunt participes, paſsiuus nanq; appetitus. concupiſcentia eſt, uoluntas uero rationalis eſt: cūq; addiderit aīæ ſecundum locum actiones motiuas, atq; productrices, inquirit utrum toti aīæ horum quoduis inſit, toti, inquā animæ, ſecundum quam & intelligimus, & ſentimus, mouemurq;, atq; aliud quoduis facimus, & patimur, an aliquæ aliquibus adſint particulis. Qm̄ autem intelligere aliquid, proprium eſt intellectiuę aīæ (maxime uero permanens illud) quæ in ſubſtātiam, ſuam contrahit actionem, uel & ipſum etiam, quod intelligit quadam cum præſtantia, prominentiaq; quod quidem non utitur corpore, ut inſtrumento, nec imaginationem ſecum aſſumit, quamuis ipſam ſibi perinde ac umbram ſubſequā habeat, quaſiq; pediſſequam, id autem intelligere, quod paſsibile appellat, quia cum phantaſia coniungitur, nunc de eo interrogationem faciens diſtinguit Ariſtote. a priori intelligendi modo, eo quod nos ipſos eſſe dicat, qui intelligamus, ſicque inquit.

*Et cum omni intelligimus, & ſentimus, & aliorū unumquodq; facimus, atq; patimur, aut particulis diuerſis diuerſa. Et ipſum præterea uiuere, utrum in aliquo horum eſt, aut & in pluribus, aut in omnibus, aut & aliqua alia cauſſa?*

Nos enim, qui cõpoſiti ſumus, intelligimuſq;, & ſenti-
mus, non id iuxta primum intelligendi modum agimus.
Id enim ſeparabili animæ peculiare ac proprium eſt. Quo
niam igitur compoſitum etiam ipſum intelligit, qua ſane
intellectione intelligit, etiam ſentit, cæteraq; ſimul & facit,
& patitur (ob uitalem nanq; actionem unumquodq; cõ
tingit facere, ob corporeum uero motum, pati) planum
quod toti animæ ex omnibus uitis reſultanti, horũ quod
uis inerit. Ea enim eſt, quæ compoſitum totum ſibi circũ
ſcribit. Id autem totum etiam eſt, quod ſentit, quod intel
ligit, quodq; appetit: quandoquidem & unũ omnia ope
ratur. Inde adeo ut eorum ſimilitudinem, idemptitatem
que, & differentiam dignoſcat. Toti igitur animæ horum
quoduis inerit, nonnunquam iuxta aliam atq; aliam uitã
agenti. Neque enim eadem, ac per eandem uitam & nu-
tritur, & ſentit, nec ſecundum eandem potentiam ſentit, et
intelligit. Viuere autem, & quoduis aliud huiuſcemodi,
iuxta quamuis ſibi deſeruiẽtem, ut iuxta ſenſitiuam, intel-
lectiuam, ac nutritiuam potentiam. Quandoquidem nõ
ſimpliciter unũquodque eſt uiuere, ſed quadam alia adie-
cta, appoſitaque differentia. Quare unũquodque ſic ſim-
pliciter aliud eſt, ut aĩal ipſum ſimpliciter, a rõnali differt
animali. Atque quod a ſeipſo ita excitatur, ac quaſi feruet
in quouis ſimul eſt, & in omnibus.

T.90 *Dicunt autem aliqui diuiſibilem ipſam eſſe, & ali*
*quidem parte intelligere, alia autem appetere. Quid*
*igitur ſane continet animam, ſi diuiſibilis eſt nata? Ne*
*que enim ſane corpus. Videtur enim contrarium po-*
T.91 *tius animam corpus continere. Egreſſa nãque ipſa eua-*
*neſcit, ac putreſit, ſi igitur alterum quippiam unam ip-*
*ſam facit, illud in primis eſſet anima. Oportebit autem*
*rurſus & illud inquirere, utrum unum, aut multas ha-*
*bens parteis. Si quidem enim unum, propter quam cauſ*
*ſam, non confeſtim & anima unum eſt. Sin aũt diuiſibi*
*le, iterum ratio inueſtigabit, quid ſit continens illud, atq;*
*ita quidem progreditur in infinitum.*

Cõ. Atqui & ipſi uolunt ipſam totam, intelligere, & appe-
tere, uerum alia, atque alia parte. At uero non innuit, qđ
tota alia, atque alia parte intelligat, ſed quod tanquam di-
uiſibilis, atque ut per parteis id faciat: cum citius dicere
oportuiſſet, id tanquam indiuiſibilem agere, & per diuer-
ſas uitas indiuiſibiliter inuicem counitas. Vnde & ratio-
nabiliter quidem ſciſcitatur, quod nam ſit continens ip-
ſam. Diuiſibile enim quoduis indiget continente. Quod
ſi anima diuiſibilis eſſet, nec ſeipſam, nec quiduis aliud cõ
tinebit, ſic quidem neque corpus ipſum, atqui anima po
tius corpus continet. Cum igitur euolauit anima, corpus
euaneſcit. Indiuiſibilis eſt ergo. Quoniam ſi ipſa continẽ
te indiget, aut prope ipſum indiuiſibile ſtabimus, idq; erit
anima ipſa, uel in infinitum tendemus.

T.92 *Dubitare autem aliquis poſſet, & de particulis eius,*
*quam nam poteſtatem habet unaquæque in corpore, Si*
*enim tota anima totum corpus continet, par eſt, & par*
*ticularum unamquamq; continere aliquid corporis, id*
*autem ſimile eſt impoſſibile. Qualem nanque particu-*
*lam, aut quo pacto intellectus continebit, difficile uel*
*fingere.*

Cõ. Tota quidem anima tum ſecundum Ariſto. tum ſecun
dum eos, qui diuiſibilem ipſam eſſe ponunt, continet cor
pus. Verum ſicuti tota anima ſecũdum ſui ſenſitiuam po
tentiam ſentit, eo quia quæuis potentia indiuiſibiliter cũ
tota anima uniatur, neque quadam cum diſtantia aliud
quid ſit, ut opinatiua ipſa potentia, ſic & tota quidem cõ-
tinet, attamen per inſeparabileis ipſius uitas, quia & ipſæ
cum tota indiuiſibiliter coniunguntur, id facit, nequaquã
autem per intellectiuas potentias. Quodquidem nõ con
tingit his, qui ipſam diuiſibilem eſſe ſunt arbitrati. Cæte-
rum ſi quis etiam condonaret animam diuiſibilem eſſe, cõ
cederetque totam coextenſam, dilatatamque totum con-
tinere, & compræhendere corpus, erunt & partes ani-
mæ cum corporis partibus ita diſpoſitæ, ut quæque pars
quadrantem ſibi partem contineat, adeo ut quæuis ani-
mæ particula corpoream particulam compræhendat, &
occupet. Quare ipſe quoque intellectus particulam ali-
quam continebit. Hoc autem difficile eſt, uel fingere. Qđ
enim proxime ac immediate aliquid continet, a re conten
ta inſeparabile eſt. Separabilis autem eſt intellectus. At-
que hoc illius quidem eſt, quod idipſum illud contineat,
hoc autem ſuppſius eſt, quod & ſeipſum intelligit, & in
ſeipſum conuerſionem facit. Præterea quoque licet qđ
partibilia continet, indiuiſibile ſit, nihilominus circa ipſa
compartitum eſt. Et id quidem non ſolum in ſeipſum nõ
conuertitur, ſed nec etiam ad præſtantiora, cum ſe iam ad
continendum contentam rem expoſuerit. Intellectus au-
tem tum præſtantiora illa intelligit, ac cum illis complica-
tur. Quomodo igitur ipſum intelligere impeditur a cor-
pore? Quoniam corpus cum tota anima implicitum eſt,
coaptatumque eſt ſecundum inſeparabilis uitas. Iſtius ue-
ro connexionis ratione non iis tantum, quæ ipſo nõ utũ-
tur, ſed & iis etiam, quæ ipſo utuntur, impedimentum in-
fert, ueluti iam ſuit de acu dictum.

*Videntur autem & plantæ, cum diuiduntur uiuere* T.93
*& ex animalibus quædam inſectis, ceu eandem habeant*
*animam ſpecie, licet non numero. Vtraq; igitur par-*
*ticularum, ſenſum habet, & mouetur ſecundum locũ,*
*ad aliquod tempus. Sin autem non perficiunt, nihil ab-* T.94
*ſurdum. Inſtrumenta enim non habent, ita, ut ſeruent*
*naturam. At nihilominus in utraque particularũ cun-*
*ctæ inſunt particulæ animæ. Et eiuſdem ſunt ſpeciei*
*inter ſe, & cum tota. Inter ſe quidem, quippe quæ nõ*
*ſeparabiles ſint, cum tota autem anima, tanquam diuiſi*
*bili exiſtente.*

Id quoque ad id tendit ut plurium ſubſtantiarum im- Cõ.
partibilem copulationem, atque uitalium potentiarum
contactum unicuique inexiſtentium demonſtret. Partes
nanque eius, quod tanquam diuiſibile eſt, licet quodam
modo unitæ ſint, nihilominus quæuis conuenientem, ac
proprium ſibi ſeruat ſitum, ut oculus, & naſus. Vitæ
autem adeo ſunt inter ſe unitæ, ut & nonnunquam cui-
uis corporis particulæ omnes ſimul adſint, cum apta, ido
neaque ſit & parata ad omnem ſuſceptionem, acquiſitio-
nemque. Etenim & plantæ ramulus totam habet uege-
tantem animam, quæ nutritiua, augmẽtatiuaque, & pro
ductrix eſt. Nec deſunt præterea animalia quædam inſe-
cti generis, quæ in duas diuiſa parteis, utriſque mouẽtur,
& ſentiunt ſectis, idque uſque ad quoddam tempus, &
manifeſtum quidẽ quod nutriuntur etiam. Neque enim
ſine nutritiua reliquæ conſiſtunt. Patetque quod cum in
diuiſibilis tota uita indiuiſibiliter tum ſpecie, tum nume-
ro, ut iam diximus, in quouis præſto ſit, particulis ad in-
diuiduam illam uitam paratis, & aptis, quamuis cõtinuæ,
& proximæ inter ſe ſint, quamuiſque diſtinctæ, diſiun-
ctæue, in diſiunctis tamen, cum in utriſque ſectis non ad
ſint ſalutis, & incolumitatis organa, principalia membra
appellata

appellata, non ſinunt ideo eandem numero animam in utriſque degere, commorarique ſectis, idque in longum tempus. Etenim in plantis ipſis radices numero ſunt diuerſæ. Si autem poſtremæ uitæ indiuiſibiliter inuicem cohæreſcũt, multo magis præſtãtiores uitæ uniformes ſunt, ut ipſæ ſunt inuicem animæ, ac cum ipſa tota. Animas autem eas nominat, non eas, quæ in pluribus ſunt animalibus, ſed diuerſas in quouis animali uitas, ut uegetantem uitam, ſenſitiuam, rationalemque. Has autem inquit & inuicem uniformes eſſe, & cum tota. Quod non ita eſt intelligendum, ut dicamus, uegetantẽ uitam & ſenſitiuam eaſdem in forma eſſe, ſed ideo dicitur, ob inſeparabilem ab inuicem coniunctionem, ut pote quia quæuis uitæ ſpecies cum alijs ſit unita, & ideo unaquæque quodam modo omnes ſit. Quoniam & uegetatiua noſtra organum nutritiuum eſt, & productiuum ſenſitiuæ, & rationalis potentiæ. Senſitiua autem & ipſa fundamentum, & quaſi organũ eſt rationalis ipſius. Viſus igitur & auditus, & tactus arte perficitur. Redoletque imaginatio rationẽ, ſed & quodammodo nutritiuam in ſe continet facultatẽ. Quod quidem indicat appetitio, & nutrimenti fruitio atque oblectatio, cum utraq; ſenſitiuam uirtutem in ſe cõtineat, & rationalis etiam ipſa, quaſi de ambobus participans. Ob uitam nanque illam, quæ cum mortali parte complicata eſt, ſocietatem, & colligantiam quandam cũ ipſis componit. Quare nec intellectio hæc immunis, experſque phantaſiæ eſt. Hac igitur ratione uniformes inuicem ſunt, eo quia indiuiſibiliter uniantur ad totius animalis ſtructuram. Toti uero animæ uniformes ſunt, ut quæ per accidens, inquit diuiſibilis ſit, ut ipſe Alexander interpretatur, quia diuiditur, cum corpus diuidatur, adeo ut in utraque particula tota appareat. Verum cum id quidẽ ad id tendat, ut commonſtret particulares uitas cum tota anima uniformes eſſe, non ita tamen modum oſtendit, quomodo uniformes ſint. Quod quidem particula illa, tanquam, notat. Magis quidem igitur ſic eſſe intelligendum eſt, quoniam non tanquam ſimplex ſit, ſed quod ex illis conglobetur. Atque adeo ita conglobetur, ut diuidi quoq; poſsit, cum uno omnium conſenſu, intellectus ab alijs ſeiungatur, fortaſsis autem & ſenſitiua ipſa à uegetatiua. Si modo primam ſuam ſubſtantiam non habeat in corpore nutritione, & alimento indigente, ſed in præſtantiori quopiam. Illud autem probe notum, dilucidumque eſt, quod huiuſcemodi uegetatiua, quæ in nobis eſt, talis eſt, ut cum ſenſu, & ratione ipſa coniungatur, ſenſitiua autem cum ratione. Quare nec quæ uegetatiuæ, aut ſenſitiuæ in nobis ſunt, eæ ſimiles, oĩno ſunt uegetatiuæ plantarum: aut uegetatiuæ, ſenſitiuæque, quę in animalibus irrationalibus reperitur. Quæ enim in nobis ſunt, quodammodo ratione participant. Illæ autem quæ in plantis ſunt, nequeunt deuenire ad rationis participationem. Ea uero dictionis ſeries, inter ſe quidẽ, quippe quæ non ſeparabiles ſunt, cum tota autem anima tanquam diuiſibili exiſtente: incompoſite prolata fuit. Quoniam ab anima ad particulas tranſlata fuit. Ea enim particula, inter ſe, quæ poſita eſt in textu gręco in genitiuo caſu, ponenda erat in illo cõtextu gręco in datiuo.

*Videtur prȩterea & in plantis principium quoddam animam eſſe, ſola nanque hac participant & animalia, & plantæ, & hæc quidem ſeparatur a ſenſitiuo principio. Senſum autem nihil ſine hac habet.* T.98

Cum appellauit animas, quæ diuerſæ ſunt in nobis, uitas, de rationali quidem, & ſenſitiua, cum manifeſte principatum obtineant, & ex parte formæ ſtent, atque iccirco bene animas appellatas eſſe uideamus, nihil ſubdidit. Cõ. De uegetatiua uero, ꝙ anima ſit, nonnihil meminiſſe cẽſuit. Primum quidem ipſum principium quoddam eſſe prænuntians, id deinde demonſtrat, eo quod plantæ, & animalia ſola communicent, & quod ipſa uegetatiua a ſenſitiuo ſeparetur principio, ſenſus autem ipſe nihil abſque illa habeat, ſenſus, inquam, paſsiuus, quique ex ſenſorij commotione excitatur. Ex quibus quidem comprobat ſatis nutritiuam principatum obtinere, & ex parte formæ ſtare. Si enim omnium conſenſu cum formalibus & principalibus uitis congignitur, ſenſitiua.ſ. & rationali, utique & ipſa & formalis & principalis eſſe debet. Qđ ſi etiam & per ſeipſam, uel ſine illis prioribus plantas effingit, utique & ipſa animatum quoddam principium, perfectumq; eſſe debebit.

Finis primi libri.

# SIMPLICII COMMENTARIA

## *IN SECVNDVM DE ANIMA*

### *Librum Ariſtotelis.*

*Euangeliſta lungo Aſulano interpræte.*

ENarratis ab Ariſtotele opinionibus antiquorũ in prima huius libri lectione, ijſq; accurate admodum examinatis, ex eaq; examinatione ſibi cõparauerit, ꝙ aĩa ſuba, atq; incorporea eſt, quodq; quędã eius pars eſt uiuẽtis, motiq; corporis determinatrix, quędã uero tanquam mouẽs, tum pręterea quod rationalis aĩa aliquas habet actiones, quæ corpore, non ut inſtrumento utũtur, deinde ꝙ ipſa maxime ſit principalis, & ꝙ cognoſcit, non quidem ſecundum elementarem cognationem, aut affinitatẽ cum cognoſcibilibus, ſed tantum ſecundum formalem, cũ que demonſtrarit diſcrimen animariæ facultatis, quæ in totis eſſe elementis, & eorum partibus, ſubdideritq; unam in quouis eſſe animam, ipſe modo per ſeipſum, non ex aliorum opinione loquens, huius ſecundi contemplationem exorditur, uolenſque præſentem tractationem de omni, quæ in mortalibus eſt animalibus, anima agere, pręomnibus, ac præcipue id inquirit, quid nam commune omnibus inſit, per quod mortalium animalium, ut dictum eſt, animæ, & ſunt omnes, & dicuntur animæ. Sed qm̃ nec uniformes inuicem ſunt, nec huiuſcemodi commune uniuoce ineſt ipſis, at nec omnino etiam æquiuoce (quandoquidem & animatæ uitę conſideratio una quodammodo eſt, ea uidelicet, quæ intus mouet, ſed non plures, ueluti in ipſis æquiuocis, ſeorſumq;, atq; ſingillatim in quouis conſtantes. Alia enim conſideratio eſt terreſtris canis, ab ea quæ marini canis, & ab ea quæ cœleſtis eſt, pariter & ab ea, quæ conuulſionem ſignificat: prætera quoque & ea quæ una eſt animæ conſideratio, & quæ commune quoddam habet, ſecundum unamquamque uariatur ſpeciem, ut quia ſecundum profunditatem multa fiat diuerſitas, quemadmodum ea ſeſe habent, quæ ab uno, & ad unum dicuntur) neceſſaria iccirco conſideratio non tantum ea eſt, quæ ſecundum ipſum commune eſt, nec ea ſolum, quæ ſecundum illud uariatum exiſtit, ſed etiam ea contemplatio, quæ ſecundum utrunque fit. Vt inde quẽadmodum ſeſe res habent, eas ſic cognoſcamus. Ita uero ſeſe habent, ut nec commune unquam ſine prædicta diuerſitate, nec illud uariatum ſine communi, uel eſſe, uel conſiderari queant. Verum enim uero quoniam cognitio noſtra diuiſibilis eſt, ideoque non ſtatim a principio poteſt utrunque ſimul compræhendere, niſi prius ſeorſim utrunque norit, merito ſane philoſophus, quid nam commune illud ſit, primo conſiderat, cum ita ſit commune, ut ea quæ multipliciter dicuntur. Veluti non horum tantum, quæ uniuoca ſunt, ſed & eorum etiam, quę ita ſunt communia, una eſt ſcientia, ut ipſe probe nos docuit in Metaphyſicis commentarijs. Quo in loco unam affert ipſius uerbi gratia, unius, rationem, licet multipliciter dicatur Sic ſane in naturalibus libris unam attulit motus diffinitionem. nec id quidem repræhendendum eſt, unam ſcilicet eorum. quæ multipliciter dicuntur, afferre diffinitionem, quod quidem & omnino facere neceſſum eſt. Verum id maxime reprahenſionem deſideraret, ſi ſolo communi contentus eſſes, nec addas, quod ſecundum quoduis proprium eſt, ut ſic & ſecundum commune ſimul, & proprium exactam cuiuſque rei cognitionem habeamus. Rurſus uero in memoriam reuocandum eſt, quod principalis eius eſt intentio, et ſcopus, de anima, quę in mortalibus eſt animalibus: agere, inter quas etiam rationalis noſtra anima connumeranda eſt.

*Quoniam uero quæ de anima ſunt ab alijs tradita, inquantum unuſquiſque protulit, prius fuere dicta, nunc rurſus tanquam a principio incipiamus, tentantes diffinire, quid eſt anima, & quę ſit ratio communitatis eius.* Te.1

Quod dixit ipſe, fuere dicta, non tantum ſignificat, ea enarrata fuiſſe, ſed etiam ꝙ ad unguem examinata ſint: cum ea ex examinatione apparuerit, omnem animam incorpoream eſſe, atque ſubſtantialem, principalem maxime, cum ex formæ ſtet parte, indiuiſibiliterq; unitam eſſe. Promitit autem determinare, & animæ communiſsimam afferre diffinitionem. Vt inde, quæ omni de qua eſt mentio, animæ inſunt communiter contempletur, ut ſic poſtea cuiuſque propria aſsignare poſsit. Cō.

*Dicimus ſane unum quoddam eſſe genus entium, ſubſtantiam, huius aũt, id quidem tanquam materiam.* Te.2

Cum de anima illa ſit ſermo, quæ mortalibus ineſt animalibus, nec omnis anima quauis cum alia uniformis ſit, nec ſecundum tantum ordinem diſtinguantur, ſed & plurima ipſis inſit ſecundum profunditatem differentia, inueſtigat, ut dictum fuit, quodnam communiter ipſis inſit, licet non id uniuoce ineſſe dicatur, ſed quod ſecundũ quãuis formam diuerſificatur, adeo ut nec inuariabile illud commune maneat, non ſecundum eas ſolas differentias, quæ ſe ordine eodem diuiſe contra reſpiciunt, ſed quod ſecundum etiam ipſam profunditatem uariatur. Quoniam & cõmune ipſum per ſe diuerſificatur, uel melius, uel remiſsius factum, ita, quo modo eſt: nec ita quidem uariatur, quemadmodum in ijs, quæ ordine eodem ſunt, contra oppoſita diuiſio fit, & reperitur, non inquam, per hoc ipſum uariatur, ſed per ipſas id fit differentias. Neq; enim magis, aut primo, principaliuſue in albo ipſo color eſt, quam in nigro. Quod uero maxime proprie eſt ens atque adeo uerisſime ens eſt, id in ſubſtantia prius conſiſtit, quam aliorum generum ullo. Quin & bonum ipſum principalius in diuina eſt cauſſa, quam in cauſſatis, rurſus in his, principalius quidem in ijs, que perpetua ſunt, quã Cō.

in cor.

in corruptibilibus. Diuerſificatur enim & in homine ipſo, & equo, animal ipſum, ſed id quidem fit, diuiſiuis ipſius differentijs, non autem compoſitiuis. Quare nō quatenus aīal diuerſificantur. Coeleſte uero, & terreſtre aīal diuerſificantur etiam quatenus animal. Corruptibile nanq; & incorruptibile diuiſiuæ quidē entis ſunt differētiæ, aīalis uero cōſtitutiuæ. Eſſe uero ſui ex natura ſedem, et fundamentum aliorum aut non eſſe, ſunt entis differentię. Simpliciter autem, & quadantenus appetere, ſunt boni ipſius conſtitutiua. Hoc ſane commune in animis ipſis pariter adinuenire eſt intentio. Accepto igitur hoc, quod omnis anima ſubſtantia ſit, quoniam uita eſt anima, anima autem ſubſtantia, quoniam & animal ipſum ſubſtantia eſt, atque ſic quidem eſt, quia ante animal uita ſubſtantia eſt, per quam quidem, & qua uita, animal ipſum eſt determinatum (tanquam enim animal ſubſtantia eſt, utque animal contrarium eſt ſuſceptiuum, & corpus ipſius animalis a uita ipſa continetur) accepto igitur hoc ex his, quod anima ſubſtantia ſit, at nō quod materialis ſit, quoniam materialis ſubſtantia imperfecta eſt, ob quandam obſcurā formæ terminationem aliarum formarum ſuſceptricem ſubſiſtens. Oportet enim & id, quod eſt formarum ſuſceptiuum, aliquam cum illis habere cognationem, non eas tamen eſſe. Ac uitalis quoque materia obſcuram habet cum uita cognationem & familiaritatem, utpote quia ſuſceptiua ſit. Quare uiuere ipſum potentia ipſi uitali ineſt materię, animæ uero actu ineſt, non ergo anima materialis eſt ſubſtantia animalium, ſed nec eorum compoſita ſubſtantia. Nec enim primo, ſed ſecundo, atque per participationem uitæ animal perficitur. Atque omne compoſitum ob formam & eſt, & hoc aliquid exiſtit. Adeo ut forma, & quod hoc aliquid eſt, primo ſit. Ergo & uita ante animal & ſubſtantia eſt, & uitalis ſubſtantia, non quæ ob alius participationem ſit uita, ſed hoc ipſum ſit uita. Hoc autem ipſum eſt animalium forma. Non igitur ſecundum materiam, neque ob animatum ipſum anima ſubſtantia exiſtens tanquam forma erit ſubſtantia, ſubſtantiæ igitur ipſius, hoc eſſe, ut materiam inquit.

*Quod ſecundum ſe quidem nō eſt, hoc aliquid. Alterum uero formam, ac ſpeciem, ſecundum quam iam dicitur hoc aliquid, & tertium, quod ex his.*

Verbum illud, hoc aliquid, denotat alicuius determinatam exiſtentiam, nam per illius particulæ, aliquis, adiectionem, indicat id quod eſt in quadam circumſcriptione, & delineatione, & termino ac quaſi ſub ſenſum cadēs & demonſtrationem collocatum, atque ut ſummatim dicam, ipſum particulare, denotat. Particulare autem eſt quoduis compoſitum. Ac non quidem ita particulare eſt, ueluti hæc forma particularis exiſtit, hæc autem eorum, quæ unius ſunt ſpeciei communiter determinatrix eſt, ueluti in alijs eſt determinatum. Non igitur materia, hoc aliquid eſt, utpote adhuc indefinita, ob imperfectam eius ſubſtantiam, quæ potentia tantum eſt, & termini ſuſceptiua quidem, non adhuc tamen terminata eſt. Nec etiam forma ipſa, hoc aliquid eſt, ipſa enim eſt terminus, & perfectio, primaque, ac per ſcipſam ſubſtantia, at non determinata res, & perfecta, elaborataque exiſtit, ſed ea ſubſtantia, quæ ex utraque, forma ſcilicet, & materia reſultat, huiuſmodi eſt, ut de ea, hoc aliquid, dicamus. Quæ quidem a forma hoc habet, ut & ſubſtantia ſit, & talis ſit ſubſtantia. Ex materiæ uero parte hoc habet, quod adhuc aliquo modo indefinita ſit, & ad aliam acquirendam formam in potentia. Omne enim quod ex materia eſt, generabile, atque corruptibile exiſtit, atque etiam iccirco, uel etiam cum eſt, aliquomodo non eſt, ut quia cum nunc ſit, ſuum habeat eſſe perfectum, & prius quidem non eſſe habeat, ut generabile, poſterius autem eſſe, ut corruptibile, & ex utroque, non eſſendi potentiam: ex ipſa uero forma hoc haurit, ut determinate compoſitum ſuum habeat eſſe, atq; perfecte, & ut tale, quale eſt, ſit.

*Eſt autem materia, potentia, forma uero actus.*

Non quidem crediderîs materiam poteſtate eſſe, ſed ſubſtantiam poteſtate. Non quod aliquando actu futura ſit, manet enim ſemper id quod eſt. Sed quia qua parte ſuſceptiua eſt, perficitur, ſuumque habet eſſe in obſcura, atque imperfecta ſubſtantia. forma uero, actus: ut quæ perfectio ſit, & imperfectione ſuum habeat eſſe, quæque ipſum etiam compoſitum in perfectione continet.

*Et hęc, dupliciter, hoc quidem, ut ſcientia, hoc autem ut contemplari.*

Conſtituturus animam eſſe aliquam formam, noſcenſque formam omnem, quæ pura ac prima eſt forma, indiuiſibilem eſſe, ac ea quidem ratione nec a ſubſtantia actionem ſuam ſeparantem, ſed ſua ex ſubſtantia actum exiſtentem, noſcenſque animam quaſi primo, ab indiuiſibili forma deriuatam, actionemque ſuam a ſubſtantia diſtinctam habere, atque adeo, ut neque ſemper præſto ſit, ubi ad corpus declinet, ideo dupliciter, inquit, formam adeſſe. Non intelligens formam immaterialem, nec immaterialium rerum circumſcriptricem, ſed formā animatorum generabilium, quorum animæ non ſemper agunt eandem actionem. Et formæ omnes aliæ, atq; aliæ ſunt rerum omnium circumſcriptrices, et determinatrices. Manifeſte igitur mortalium animantium anima non in agendo ſuam habet eſſentiam, perficiturque ut quæ aliquando ſit, at non operetur, aut agat, uel non ſimiliter agat. Quare ſecundum habitum eſt actus, non autē hic actus ab habitu ſit. In ijs, enim quæ a materia ſunt immunia, eadem eſt cum actione ipſa ſubſtantia. Id quod in ipſa quoq; eſt anima, ut de ea parte, quæ omnino inſeparabilis eſt, quam licet imperfectiori modo, & ob coniunctionem, contactumq; quem cum intellectu habet, anima in actionem contrahit.

*Subſtantię autem maxime uidentur eſſe corpora, atque horum maxime naturalia, hęc enim ſunt aliorum principia.* Te. 1

Cum tradiderit ſubſtantiam tripliciter eſſe, atque unam Cō.
poſuerit tanquam imperfectam eſſe, ac nondum terminatam, ut quæ indefinita quidem ſit, non tamen termino ipſi repugnans, ſed quæ termini ſit ſuſceptiua, & ipſum appetat. Aliam autem terminatam, non quidem per ſeipſam, ſed per aliam, uidelicet formam, quæ & ipſa ſecunda ſubſtantia quodammodo ipſius indefinitæ participationem habet, de ea loquēdo, quæ ex materia eſt cum forma: aliam uero eſſe, quæ tanquam primus eſt terminus, ac perfectio, per hāc etenim ipſum eſt compoſitum, ac forma ipſa eſt actus, cum inquam hæc tradiderit, inueſtigat in quonam horum anima ſit collocanda: primum quidem ipſam eſſe ſubſtantiam innuens ex his, quæ ab ipſa & determinantur, & circumſcribuntur. Quæ enim noſtri reſpectu ſunt priora, ea naturæ reſpectu ſunt poſteriora. Animata uero, & uiuentia quæque, ab anima determinantur, & circumſcribuntur. Quod uero hæc ipſa, ſubſtantiæ ſint, ex eo confirmat, quod & omnia naturalia corpora ſubſtantiæ ſint. Hæc uero ſubſtantias eſſe, ſatis, ſuperque eſt notum: ut quæ in ſubiecto non ſint, quæque contrariorum ſint ſuſceptiua, ac quia etiam ſint ſenſui perbelle nota. Videntur quidem igitur & nonnullis Mathematica ipſa ſubſtātias eſſe, ut ipſis Pythagoricis, pariter & artificiata, et ab arte facta, ut cōpluribus

mulis, ueluti lectulus, nauigium, uidebatur, idq; ob ſubiacentia ipſis ligna. Sed quod uerũ eſt, ſola ex his ſubſtãtiæ ſunt naturalia corpora, quæ & ita uidẽtur, & re uera ſunt, hæc enim ſunt cæterorum principia, ac principia quidem eorum, quæ uidentur eſſe ſubſtantiæ, non tamen ſunt, ut Mathematicarum rerum, ut quæ ſint per abſtractionem a naturalibus depromptæ. Eorum uero, quæ ab arte ſunt condita, principia ſunt, ut quæ in naturalibus ſuũ habeant eſſe.

Ex *naturalibus uero, quædam habent uitam, quædam non habent. Vitam autem dicimus per ſeipſum & nutritionem, & augmentum, & diminutionẽ. Quare omne corpus naturale participans uita, profecto ſubſtantia erit, ſubſtantia autem ita, ut compoſita.*

*Quoniam autem eſt corpus tale, uitam nanque ha-*
Te.4 *bens, non profecto erit corpus anima.* Neque *enim eorum eſt, quæ de ſubiecto, corpus.*

Vitam enim non habent, quæ ab elementis ſunt diſiuncta, quæque obierint. Quæ uero habent uitam, ea
Cõ. agunt, non quidem uitam perinde, ac quoddam accidens in ſe continentia, ueluti lignum habet lectuli figuram. Viuentia enim ſubſtantiæ ſunt, quare & uita ipſa ſubſtantia eſt, præterea quoque corporea ſubſtantia nobilior eſt ac præſtantior. Etenim & per ſeipſa animalium corpora inſtrumentaria continentur, licet contrariorum ſint ſuſceptiua. Præterea quoque uiuens corpus inanimato melius eſt ſubſtãtia, eà ratione quia uiuentia a ſeipſis ad actiones moueantur, ſubſtantiaſque congignant. Viuentia igitur & ſubſtantiæ ſunt, ac inanimatis melius ſunt ſubſtantiæ. Vnde & uita, ſecundum quam uiuentia uiuunt, ſubſtantia & prima, & per ſeipſam ſubſtantia exiſtit, ac multo magis ea uita, a qua uiuificantur uiuentia, hac præſtantior eſt ſubſtantia, ſecundum quam uiuentia uiuunt. Anima autem ea eſt, ſecundum quam, & ea maxime, a qua uitã uiuentia trahunt. Ea enim, ſecũdum quam uiuunt, animæ membrum eſt, uel animæ ſimulachrum. Quæ uero proprie anima eſt, ipſum eſt mouens. Vitam autem appellat internam, ac a ſemet factam nutritionem, augmentum, & diminutionem, non ita quidem, quia in his ſolis ipſum uiuere conſiſtat. Etenim & appetitus, & ſenſus, & intellectus ſunt uitæ: nec etiam quia omne uiuens his omnibus participet, ſed ſola mortalia uiuentia. Quoniam nec nutriuntur cœleſtia corpora, nec augentur, aut diminuuntur. Verum quoniam interne moueri, animatis proprium eſſe uult, ueluti & Plato, poſtremam hoc in loco aſſumpſit uitam, oſtendens, hanc quoque aliquẽ moliri, ac præſeferre motum. Nutritio enim, augmẽtum, & diminutio, mutationes ſecundum qualitates, & quantitates ſunt. Prima quidem replens, quod deficit, quantum fieri poteſt, uires attendẽs & quantitatem iniungẽs. Secunda uero magis confirmans & incrementum dans. Tertia utroque modo demens. Fit quidem igitur etiam ipſis in inanimatis additio, & detractio, ſed quod modo per ſe fiat, id animatis eſt proprium. Ignis, enim qui conbuſtiuus eſt, & ita durat, & augeſcit, eo quod depaſcatur, interdum modo quidem fit alius, atque alius ignis, modo aliam atque ſubminiſtratam ſibi cõbuſtibilem materiam aliam abſumens. Quare hic motus nec nutritio, nec augmentum eſt. Nec enim ignis, qui a principio aderat, remanet, ſed generatio quidem atque corruptio eſt ignis, ut cum alius corrumpitur, & alius generetur, iſq; qui conſequẽter ſemper gignitur, ab alio, qui prior erat, ſit. Siquid uero ceręę pilæ uel paruum addiderimus, idq; eius in ſuperficie, augebimus certe priorem globum, non tamen cera ullum ad augmentum motum agit, ſed tantum patitur, idque fit quia per ſeipſam totam non accipiat augmentum, & a ſeipſa non roboretur. Ac nec, ſi aqua ſit, tanta quidem, quanta erat, permanens, maior que fiat iccirco quoniam adiacentia, ut ſegmenta quætis, aut ſurculi putreſcant, & in aquam permutentur, non in quam, aut nutritur, aut augetur. neq; enim quod prius erat aquæ adauctum eſt, ſed interim accidit alterius rei in ipſa generatio. In plantis uero ipſis, ac omnino in his, quæ nutriuntur, facultas nutrimenti attractrix interinſecus eſt, tum etiam ea quæ ipſum alterat quæque præexiſtentibus iam membris aſsimilat illud, & ea tota per tota ſeipſa roborat. Hæc igitur uiuunt, quia mouens in ſeſe habent, id quod notat particula illa, per ſeipſum. In ultima enim, ac poſtrema uita non ſolum adeſt, quod uiuaciter mouetur, ideſt nutritum ipſum, adauctum, diminutumque, ſed & mouens etiam ipſum, ac potentiã, ſubſtantiaque, que hæc & operatur, & perficit. Corpus igitur uiuens ſubſtantia eſt, tanquam compoſita ſubſtantia ex corpore & uita. Anima uero ſecundum ipſam uitam eſt ſubſtantia, non autem ſecundum corpus. Neque enim animatum eſt corpus, uita priuatum, nondum autẽ animam dico ipſam.

*Magis autem tanquam ſubiectum & materia.* Ne*ceſſarinm igitur eſt animam ſubſtantiam eſſe.*

Non enim eo modo, quo ſubſtantia accidentibus ſubſiſtit, ſic & corpus animæ. Sed ita quidem ſubijcitur, ut materia ſolet formis ſubijci, terminata, & ab ipſis actu perfecta, & elaborata. Vnde inquiens, tanquam ſubiectum, ut denotaret, quomodo ſubiectum, ſubiunxit, & materia. Haud ſane ſecundum ipſum compoſitum exiſtit anima, quandoquidem per ſeipſam, non autem ipſa eſt animatum.

T*anquam formam corporis naturalis, potentia uitam habentis.*

Quoniam quidem, quod omni quæ in animalibus eſt mortalibus, commune ineſt animæ, inueſtigat, non ipſi formam ſeparabilem, quæq; per ſe forma ſit, & ex iure ſuo, aſsignat, ſed formam corporis determinatricem, hæc enim omni animæ communis eſt. At Anima poſt formas eſt ipſas. Siquidem formalis ſubſtantia indiuiſibilis eſt. Ea uero quæ eſt animæ ſubſtantia, eſt reuoluta, atq; implicata uita. Id quod, denotat rationalis actio, quæ quodammodo a propria recedit ſubſtantia, retorquens ſe in ſeipſam tanquam in alteram, atque cum ipſis cognoſcibilibus per quandam abſtractionem a ſeipſa coniuncta. Anima igitur poſt ipſas eſt formas, nihilominus ad formalem cauſſam reducitur, ueluti & omnes naturales rationes. Determinat enim & ipſa anima, & per ſeipſam perficit, atque abſoluit ea, quæ animata ſunt unde & actus eſt. Sunt igitur & formæ quædam, poſt illas ſcilicet, atque illis exceptis, quæ primæ, quæque omnino ſui ſunt iuris formæ, aliorum determinatrices, ut phyſicæ omnes ſunt formæ, & ipſarum animarum, ut intellectus, quo anima participat. Cæterum naturalis forma, licet non omnis ſit uitalis, differt ab anima etiam in ipſa impartibilitate, omnis enim forma impartibilis eſt. Anima uero ratio eſt quædam circa uitalem diſtincta formam, & diſperſa, inuoluens illam multitudinem, aceruatim prius in forma deſumptam. Quod uero ſeparabilis animæ circumpſcriptiuum, & determinatiuum eſt, id quidem & ipſum non omnino ſui eſt iuris, ſed alterius portio euadit, uidelicet animæ, at non corporis, ſed animæ. Quæ uero anima alterius eſt, ea omnino eſt actus corporis, & perfectio, atque huius quidem non omnis, ſed naturalis: quoniam ſubſtantiæ cauſſa eſt, Mathematicum enim corpus non eſt ſubſtantia. Nec naturalis quidem ſimplr, ſed eius qđ in potentia uitam habet, uita.n. ob aĩam fit, ac qđ uita participat, debet eſſe uitæ ſuſceptiuũ. Nec ſimplr etiam quæuis naturalia corpora, ſed uiuẽtia tñ ab anima

perficiuntur. Ac etiam anima actus, & perfectio eſt corporis potẽtia uiuẽtis. Etenim mortale corpus iam uiuens, potentia uiuit, ut quod ipſi corpori non connatam, ſed ex inſeparabili animæ præſentia tum temporis ſuſcipiat uitam, aptumque fiat ſecundum talem temperaturam, & inſtrumentorum conſtructionem. Determinatiua igitur eſt & cœleſtis anima perpetui corporis, neque tamẽ ad ipſum corpus uergit, & declinat, nec ipſo perinde, ac inſtrumento utitur. Fortaſsis autem & cœleſte corpus neq; potentia uitam habet. Non enim ſolum aliunde eam ſibi deuenientem habet, ſed etiam cum ſui ipſius connatam ſubſtantia uitam habet. Quare altero modo illud animatum eſt, ut quod iam actu uiuat, quodque quodammodo ex proprio motu, atque a ſeipſo ad animã ſeſe applicet, animæq; ipſius uehiculum euadat, & ipſi ſubiectum, nõ anima corpori, uerum ipſa illud ſibi ſubagitat, uendicatque. Mortalium uero animalium anima naturalis corporis actus eſt, & perfectio, non quæ forma ſit, ſed ratio. At rationes quidem formales ſunt cauſſæ, licet ſecundo modo. Rationalis igitur actus eſt ipſa anima, nec ſuiipſius eſt, neque in ſe tota manet. Vel ipſius tota eſſentia ita conſtituta eſt, ut corporum ſit determinatrix, & circumſcriptrix, nec in ſeipſam conuertibilis ſit: aut quia duas habet uitas, iuxta illam, quam ad corpus facit, declinationem, atq; iuxta eam, quam ad exteriora facit, uergentiam, uel quidem ut corpus uiuificantem, uel ut uiuente utentem. Etenim ipſa eſt actus naturalis corporis potentia uitã habentis, quẽadmodum nauis gubernator: ut quæ moueat, & utatur uiuente corpore: quod iccirco inſtrumentum, ſiue organum dicitur, ut quod utenti animæ pareat. Sed ut quædam ſunt inter naturalia corpora, quædam inquam inanimata, ſic & ipſa quidem ſunt formata, non autem ut inſtrumentaria, ſiue organica, quoniam nec mouẽs ipſum, nec utens intus habent, hoc enim animatis ipſis propriũ, ac peculiare exiſtit, ut quia anima ab aliis naturalibus formis diſcriminetur, ea ratione, quia duobus modis actus ſit, determinatio ſcilicet, & mouendo organum. Apparet autem poſt ipſam determinatiuam portionem prius aſsignatam philoſophum aſsignaſſe deinde motiuam, ut potè perfectiorem, quoniam organicum affectum corpori omni, mortali modo uiuenti attribuit. Omnino igitur illud inſtrumentarium concurrit cum eo, quod uitam potentia habeat, non tamen ratione ſunt eadem, neq; cum eadem uita comparatum inſtrumentarium ipſum indiſcriminatim dicitur, ſed ita quidem uitam habet, ut uitali forma affectum, & iuxta quam informatur uitam. Euadit uero organum illius uitæ, a qua etiã uiuificatur, ut inde & interne ipſa utatur, & ſola motum inceptet. Diſcriminatur autem id a quo mouetur, ab eo ſecundum quod, ut uariari ſolet efficiens cauſſa ab ipſa formali. Vna igitur tota eſt animalis anima, ſed ea eſt, quæ ſeiunctam & mouentem, & utentem habet partem, alteram uero partem extenſam & dilatatam, & illius exiſtentem, ut quæ ipſum determinet.

Te 5 *Subſtantia uero actus.* T*alis igitur corporis actus.*

Cõ. Vbi dixit, & poſuit animam eſſe ſubſtantiam, ut formam, addit pro maiori propoſitione, ſubſtantiam eſſe actum, ſubſtantiam, inquam, ut formam, quoniam & ſæpius formam appellat eſſe ſubſtantiam. Quoniam igitur anima eſt formalis ſubſtantia, profecto actus erit talis corporis, potentia uitam habentis. Dictum autem eſt animam actum eſſe corporis, ut potè iam uiuentis, quod uero dicatur potentia uiuere: quoniam nec per ſe, nec ueluti corpus incorruptibile uiuit.

Hic *autem dicitur dupliciter, hic quidem ut ſcientia, hic autem, ut contemplari.* M*anifeſtum igitur, quod ut ſcientia.* I*n eo enim quod ineſt anima, ſomnus & uigilia eſt.* P*roportionalis autem eſt uigilia, ipſi contemplari.* S*omnus uero, ipſi habere, & nõ operari.*

Cum omnis mortalium animantium animæ commune indicet, non id ipſi quod ſeparabile eſt, aut quod in ſubſtantiam ſuam contrahit actionẽ, aſsignat: hoc enim proprium eſt intelligentis animæ, atq; huius quidem ubi ſeparata fuerit. Quoniam & rationalis noſtra anima ob illam ad corpus delationem diuiſam, ex ſubſtantia ſuam habet actionem, neque uero ſemper perfectam, neq; totam ſemper præſentem. Sẽſitiua igitur actio in ſomnis deficit. Fortaſsis autem & in Caris morbis concidit ipſa imaginatiua actio. Nequaquam uero omnis cognitio, quæ ab anima ob ſuiipſius talem ſtructuram recedit, obque ſui delationem ad exteriora factam, a uehæmentibus organorum, præternaturalibuſque diſpoſitionibus offenditur, & impeditur. Verum de hoc rurſus etiam inueſtigationem faciemus. Si autem anima per cõtinuationem animato aderit, uiuaciter in ipſum agens, profecto per continuitatem agit uitam ſubiecti ſibi corporis uiuaciter determinatricẽ, minime uero cognoſcitiuam ipſam. In ſomno igitur ſenſitiuam deſerit, in Caris autem ex ſoporibus imaginatiuam actionem. Quare neque ſui ex ſubſtantia cognoſcitiuus actus, anima eſt neque penitus cognoſcitiuam actionem habet ſuam ſubſtantiam comitantem, quando cum corpore communicat. Siquidem & nonnunquam præſens non operatur, nec agit. Proportionalis igitur eſt ſubſtantia habitui ſcientiam comparandi, contemplationi autem actus ille qui cognoſcitiuus eſt: huiuſ enim, qui ſibi ſcientiam compararunt, & poſsident, habitus profecto ſecundum continuationem adeſt, quantiſper ſciant. Non ſemper uero contemplatio ſecundum ipſam ſcilicet ſcientiam reperitur. Sed contingit, ut qui ſciat, is non aliquando agat. Ariſto. autẽ pro cognoſcitiua actione uigiliam ſumpſit, pro feriatione uero, ac ceſſatione ſomnum: uitalis enim actio eſt uel ipſe ſomnus, cum ſit ſenſuum quies & feriatio: non quidem ob aliquam extenuationem, aut debilitatem, ſed ob potentiam, & uirtutem. Valida itaque exiſtente natura, ipſa ſcilicet uitali portione dormire contingit: ſed hæc quidẽ actio haud cognoſcitiua eſt, ſed potius cognitionem reprimens. Igitur quamuis anima non ſemper cognoſcitiuo modo agat, nihilominus aliqd agit. Qua igitur ratione primus eſt actus, non autem is eſt, qui in ipſo eſt agere? Contemplatiua etenim non erit, ſimpliciter tamen ſecundum naturam agere poterit, & ita agere, ne fruſtra ſit, id enim fruſtra eſt, quod nihil agit. Nullũ uero aut naturæ, aut multo etiã magis ipſius dei opus poſsibile eſt, eſſe fruſtra. An iccirco quidem, quia primum actum non ſecundum quãuis actionem uocari cenſuimus, ſed ſecundum ſolam contemplatiuam actionem, ut quam non quotieſcunq; ſit, ſemper agat anima? fortaſsis autẽ & illud dictu melius fuerit, ex his ſane demonſtrari mortalium animalium animã diuiſam habere a ſubſtantia actionem, ut inde quæ ſecundum ſubſtantiam, & uirtutẽ ſiue mauis potentiam actionis productricem ſuũ habet eſſe, eadem habeat alteram perfectionem, cũ agat, atque per illam ab intellectu differat & diſcriminetur, qui ſui ex ſubſtantia actus exiſtit, & ab anima diſtinguatur, quæ in unum atq; idem concurrens, in intellectum deſinit reducta: & utraque copulat & coniungit, inque ſubſtantiam actionem dirigat. Mortalium uero animalium anima om̃ uidetur a ſubſtantia actionem ſegregare, & ſeiungere. Licet.n. actionem aliquam præſentem habeat, ut uiuificatricem, qualicunq; tamen propria priuetur actione, non profecto uere, ac pure indiuiſibilis eſſet, ante omnem enim diuiſionẽ, ſiue ſeparationem, uel localẽ, uel temporaneã, atq; eam, quæ in diuerſarum qualitatum eſt ſtructura, iuxta quam multa ſubſiſtunt uniformia indiuidua, & ante reſolutionem in accidentia factam, prior inſurgit actionis a ſubſtantia ſeiunctio. Manifeſtum autem eſt, quemadmodum actionis ſeiunctio in mortalium animantium anima ſit collocata. Siquidem non ſemper, nec qualeſcunque reddit actiones, quas nata erat produce-

re, ita etiam ſe habens, ut ſe nunc habet, ubi corporis utitur commertio, & communicatione.

Te.6 *Prior autem generatione in eodem ſcientis. Quare animę eſt actus primus.*

Cō. Proceſſus etenim omnis generationis fit ab imperfecto ad perfectum, prioraq; ſunt poſterioribus imperfectiora, ſcientialis aũt habitus, quicq; comparat ſcientiam, qui ſine actione eſt, minus eo perfectus eſt, qui cũ actione exiſtit. Perfectum igitur imperfecto eſt prius & natura, & ſubſtãtia, & tanquam cauſſa. In ipſo autẽ fieri, imperfectum eſt prius perfecto, tempore, licet tunc temporis in uno atque eodem utraq;, perfectum ſcilicet, & imperfectum conſiderentur. Qm̃ in ipſa etiam generatione aliud quid perfectum præexiſtere oportet, ex quo imperfectum in altera re proficiſcitur, ut ſperma ex aĩali iam perfecto, ipſum ſemen generante proficiſcitur. Sed in eadem re imperfectum eſt prius. ſemen. n. eſt prius, deinde Embryum, poſtea aĩal. Verum ſi anima eſt ingenita, quo modo fit, ut ſuam habens in imperfectiori, actu ſcilicet primo, ſubſtantiam, tandem perfectius, ſecundum. ſ. actum, adipiſcatur, cum uidelicet agit? Manifeſte nanq; & ipſe Ariſto. quod hoc modo eſt prius, id generationi aſsignauit, atq; iccirco animæ primum actum quadrare, conuenireq;, at qui non omnino perfectus ſit. at nequaquam, ut Plato, generationis nomine in anima utitur Ariſto. ob primam ad diuiſionem appropinquationem, ſed nec quod unquam ipſam generationi et interitui obnoxiam demonſtrarit, ipſam in quam, animam noſtram, non dico autem adhuc præſtantiorem illam, quam ἀρίστην, hoc eſt optimam, præſtantiſſimamq; ipſorum generabilium appellat. Verum Ariſt. in his, quæ aliquando ſunt, hoc, geniti, nomine utiť. Nũ quid aũt reſpondebimus, quod licet non ſecundum ſubſtantiam attamen ſecundum actionem, & perfectionem, generabile & corruptibile in humana aĩa perſpicue reperitur, quæ & in deterius eſt prolapſa, & quaſi uincta, ligataque nonnunquam? Si autem ut Iamblicho uidetur, nulla progreditur ex impaſsibili, & perfecta ſubſtantia, diſtorta imperfecta quæ actio, utiq; ſane etiam ſecũdum ſubſtãm paſsibilis eſſet: adeo ut ea rõne ſit dicenda media, non tantum inter ipſa diuiſibilia & indiuiſibilia, & inter præſentia, & præterita, nec tm̃ inter intelligentia, & irrationalia ſed inter ea etiam, quæ generabilia ſunt, & ingenerabilia. Ex parte quidem illius ſtabilis, præſtantiſq; portionis, & intelligentis, indiuiſibiliſq; ingenita exiſtẽs, ex parte uero, egreſſus ſui, atq; illius diuiſibilis partis, & con ſocietatis cũ irrationali. gignitur: nec exacte quidem ac ſincere hoc habet, ut ingenita ſit, ut intelligens ipſa portio. Quandoquidem non ipſum indiuiſibile, neq; ipſum permanens, neq; ipſum genitũ ſimile ijs eſt extremis, quæ omnino aliqñ nõ ſunt. Sed id quidẽ eſt quaſi a ſeipſo quodãmodo recedere aliquando, in illa participatione ad generationem facta uicina. atq; adeo non ſimpliciter adhuc manere, ſed utrunq; quidem fieri, tum manere quod quidem eſt, tum fieri. Illud uero nunquam ab ingenito ipſo deſeritur, ſed ſibi ipſi ſemper annixum eſt, habetq; intrinſecus ipſum permanere, & quaſi influens, & reficiens, quod receſſerat. Verum ipſius quidem animæ genitum & proceſſus nunquam fit ſine permanenti illo & ingenito. Ingenitum uero ipſius aliquando ſeiungetur a ſocietate illa, quam cũ generatione habet, inſuita ſcilicet a corporibus ſeparabili. Vnde & Immortalis eſt anima. & permanẽs, ſemper quidem immortalitatem & permanentiam intelligentis uitę, attamen remiſſam habẽs, at noſtra quidem ſui ipſius reſpectu diuerſa ſit. Quæ purum quidem, quatenus ipſi conuenit, immortale ipſum & permanens & indiuiſibile aſſumit, id que in ſeparabili & intelligenti uita. Separata nanq;, ut dicet poſtea, eſt quod eſt. In eo uero ad exteriora incurſu, non omnino quidem ſeipſam ſinit manere. Id qd᷑ ſignificat omnis rationalis actio, quæ non ſine conuerſione ad ſeipſam fit. Vnde & fides comprobationem ſequitur, cũ antea iudicarit cognitum ipſum eſſe uerum, & tunc aſſentiatur poſtea. Hoc enim eſt fides ipſa. Quod rurſus ſignificat, retortio illa ad prę́ſtantiora facta, perfectioq; ex ſeipſa facta, quę ſui ipſius permanentiam puram nõ amplius ſeruat. Ob ipſum nãq; ad exteriora incurſum, tota ſimul & manet & egreditur, & neutrum omnino habet ab altero ſeiunctum. Ideo & ipſius immortale reficitur tũc a reliquo per ſeipſum totum, & nõ ſolum immortale permanet, et ingenitum ipſum quodammodo factum, reſtat. Veluti & indiuiſibile ipſius partitur, cum ex ſui ſubſtantia nõ amplius ſit actus, quatenus ipſi datur. Ex parte igitur geniti ſui ipſius, primus eſt actus, ob illam actionis a ſubſtantia partitionem, non aũt ex parte illius, quod ſit, neq;. n. erat compoſitum ipſum, ſed ut ſcientia, uidelicet ut forma.

*Corporis naturalis uitam habentis potentia, tale aũt eſt, quod quidem ſit organicum.*

Duplicem dictum eſt mortalium animalium uitam animatam eſſe. Alteram quidem, ſecundum quam organũ, quatenus organum effingitur, formaturq;, ut inde ſit animæ organum. Alteram aũt, quæ utitur iam uiuente organo, non omnino quidem diuerſa uita exiſtens, (neq; enim ſui ex natura uteretur, & moueret diuerſo modo uiuens) ſed una eſt uita duas præſeferẽs formas, unam quidem, ut organi formatricem, at non ut mouentem, ſed ut moti organi, uiuaciter effictricem. Aliam uero ut mouentem, & utentem. Etenim omnis mortalium animalium aĩa ſecundum utraſq; formas eſt actus, mouetur nanq; uiuaciter, & mouens intrinſecus eſt, at Ariſto. quidem hãc duplicem potentiam, & uirtutem eius, per actum ipſum aſsignat, eãdem eſſe, inquiens, & corporis potentia uitam habentis, & corporis organici. Atq; hæc quidem utraq; omnino in idem concidunt, adeo ut quod potẽtia uitam habet, ſit animæ organum, & quod ſit animæ organum, id potentia uitam habeat: nihilominus non idem utraque ſignificant. Alterum enim poſtremam ſolam denotãs eſt uitam, ſecundum quam tãquam mota res, ſcilicet corpus, uiuaciter effingitur forma. Alterum aũt eam, quæ & utiť, & mouet ipſum, indicat. Quare utriſq; bis opus eſt ad perfectam animæ definitionem: ut inde conſtet, & denoteť, quod corpore ut inſtrumento utatur.

*Inſtrumenta autem ſunt etiam plantarum partes, uerum omnino ſimplicia, ut folium eſt corticis fructus defenſio: cortex uero, ipſius fructus. Radices aũt ſunt ori proportionales. Ambo. n. nutrimentum trahunt.*

Quoniam anima plantarum poſtrema exiſtens, manifeſte quidem eſt actus, potentia uitam habentis, non omnino tm̃ manifeſte ipſo corpore ut inſtrumẽto utitur (neq; enim ſeiunctũ quippiam habere uidetur, ut inde moueat) comprobat, quod non tantum plantarum partes uiuunt, ſed etiam, tanq̃ animæ ipſi organa exiſtentes, aliæ ad aliarum uſum ſibi ſubſeruiunt inuicem, adeo ut ipſum etiam utens in anima ſit uegetante. Non enim a caſu corticẽ fructus folia tegunt, nec cortex fructum. nec etiã radices ori ipſi proportionales, alimentum a terra attrahẽtes, per totam plantam a caſu diſtribuunt, ſed mot tentur ab aĩa, quę in planta eſt, quæq; omnia ad inuicem, & ad totum componit, internecq; quaſuis partes ad proprium & ſibi cõueniens ſubeundum munus mouet, & impellit.

*Si aũt aliquid commune in anima oportet proferre, eſſet utiq;, primus actus corporis naturalis organici.* Te.7

Cō. In anima, inquit, quæ uidelicet ad exteriora defertur, et ad corpus declinat, quæq; corpore perinde ut inſtrumento utitur. Eam nanque, quæ in ſe manet, quæq; nõ eſt corporis uitalis pars, in ipſa ad corpus delatione, & impetu facto, intellectum appellat. Qm̃ aũt commune non uniuocum eſt, ſed ut ea, quæ ab uno eſſe dicuntur, talium dictũ eſt, impoſsibile eſſe certam aſsignare diffinitionẽ, ſine par-

ticularis

ticularis cuiuſq; propria diffinitione. Oportet aũt utrũq;, & commune. ſ. & proprium cognoſcere, iccirco etiam inquit, quod cõmuniter omni ineſt, atq; id quidem quadã cum dubitatione inquirit. Si oportet proferre. Qm̃ neceſſum quidem eſt dicere, at nõ ſufficit, niſi addatur etiam & proprium ipſum. Cæterum ubi communis diffinitionis meminit, prætermiſit particulam illam. ſ. potentia uitã habens, ut quod in illa dictione, animę organo cõprehendatur. Viuere. n. ipſum neceſſarium eſt, ut inde per uitã mouendi aīę complicatum & coniunctum, non alterna ui, ſed ſola animæ appetitione, & incitatione excitetur.

*Quare neq; oportet inueſtigare, ſi unum eſt animà, & corpus, quemadmodum nec ceram & figuram, nec cuiuſque materia, & id unius materiæ. Ipſum namque unum, & eſſe, quoniam multipliciter dicitur, quod proprie actus eſt.*

Acuratius in metaphyſica tractatione diſcuſſum fuit, omne ens omnino etiam eſſe unum quidem, uerum formam, & ens eſſe, & primarie unum, & per ſeipſum exiſtẽtem. Compoſitum enim eſt unum per formam. Vt enim forma eſt ipſius eſſe cã, ſic & quod compoſitum ſit unũ, cauſſat, in omnibus quidem, tanquam id, ſecundum qd', in animatis aũt, etiam ut ſecundum quod. Qm̃ hoc proprium & conueniens animatis præter alia phyſica corpora eſt, ut in ſe habeant mouendi principium. Multipliciter igitur & unum, & eſſe dicitur, quoniam uel proprie ſecũdum ſe, uel ſecundum aliud eſt, aut ut imperfectum, & in potentia, ut quod materia obductum eſt: quod uero proprie, ac per ſe eſt, actus exiſtit. Quoniam per ſe ac primo cauſſa eſt compoſiti, tum ex neceſſitate in actu exiſtentis, atq; unius, ut quia determinatur, circumſcribaturq; ab eo, quod per ſe ſit, & unum. Vt enim quod eſt albedine effictum, & definitum, id albũ eſt, ſic id, qd' de eo participat, quod uere eſt, & unum exiſtit, eſt tum ens, tum unum, id que ob participationem & compoſitionem. Verum nõ ſimpliciter, nec per ſe id ſit. Vt inde quam rationem habet album ad albedinem, eandem & quod determinate tum ens, tũ unum exiſtit, ad id quod formali modo tum ens, tum unum eſt, habeat, quamuis non ita nomina ſint in his uaria, & diuerſa, ueluti in ipſa albedine, & albo ſunt.

Te. 8 *Vniuerſaliter quidem igitur dictum eſt, quid eſt aīa ſubſtantia, quę ſecundum rationem. Hoc enim eſt quod quid eſt eſſe tali corpori.*

Cõ. Hoc igitur, quod dixit, concluſio eorum eſt, quæ hoc in ſecundo libro prædicta ſunt. Verbum uero illud, uniuerſaliter, non ut id, quod uniuoce prædicetur, eſt intelligendum, ſed perinde, ut communiter, & euarianter. Qd' uero dixerat ſubſtantia, quæ ſecundum rationem, pro eo eſt dictum, quod ſecundum formam. At certe magis in anima conuenit, ſecundum rationem dicere, quam ſecundum formam, idq; ob decidentiam ab illo uere indiuiſibili in reuolutionem factam. Propter ipſam autem formalem cauſſam ipſa etiam eſt ratio. Sed quoniam formarũ, & rationum aliquæ ſunt ſeparabiles a corporibus omnino, aliquæ autem inſeparabiles, ut quæ non in ſeipſis habeant eſſe ſuum & perfectionem (primæ enim ſubſtantię ſunt formæ) ſed quod ſint corporum determinatrices, & ea ratione inſeparabiles, non concludit animã eſſe aut formam, aut rationem ſeparabilem, ſed quod quid eſt eſſe tali corpori, hoc enim erat organici corporis actus: quandoquidem hoc erat commune uel rationali uitæ noſtræ cum alijs animis. Commune autẽ ipſum prius uolumus conſiderare. Quodquod uero ipſius rationalis animæ ſeparabile eſt, & iam in primo breuibus innuit, atque etiã in ſequenti, ac peculiari de hac re contemplatione enunciabit. Illud uero te mihi meminiſſe uoluerim, quod quid eſt eſſe naturalis organici corporis, potentia uitam habentis, duplex eſt, alterum quidem ut utens, & mouens, alterum autem ut id, ſecundum quod eſt uitale organum, & uiuaciter motum.

*Quemadmodum ſi quid inſtrumentorum naturale eſſet corpus, ut ſecuris. Eſſet enim ſecuri eſſe ſubſtantia eius, & anima, hoc. ſeparata enim hac, non amplius ſecuris eſt, ſed tantum æquiuoce.*

Animæ inſtrumenta ſunt non ea tantum corpora, quæ per ipſam animã uiuunt, ſed etiam inanimata. Alia quidem naturalia, ut lapides & ligna iam abſciſſa, alia autem artificiata, ut naturalia quidem & ipſa, at non quatenus naturalia uſum aliquem utenti animæ præbentia, ſed ab arte bene, concinneq; expoſita: ut ſcutum, & enſis. Si quidẽ igitur ullum artificiatorum inſtrumentorum, inquit, hæc enim nunc inſtrumenta appellitat, ut etiam ſecuris exemplum denotat, naturale corpus eſſet, quod quidem inſtrumentarium naturale erat corpus, ut in animæ diffinitione dicebat, ſi inquam id artificiatum corpus ideſt ſecuris eſſet tale, profecto tale fuiſſet ſecuri eſſe. uerum Ariſto. conſueuit in ijs, quæ ſunt formis prædita, & inſignita, ipſum quidem quod forma ſit inſignitum afferre, formam tamẽ eſſe eam, quæ ipſi eſſe ſuum inferat. At uero & per ſæpe apud ipſum ſubſtantia denotat formam, ueluti & nunc temporis exponens illud, quid eſt eſſe ſecuri, ſubſtantiam inquit, hoc eſt formam, hæc autem fuiſſet anima, ſi ſecuris tale fuiſſet corpus potentia uitam habens, fuiſſetq; uitale inſtrumentum, & utens ipſum habuiſſet intrinſecus, ſeparataq; hac parte non amplius manſiſſet, quod erat. Vnumquodque enim per formam ſuam eſt, quod eſt. Ac ſimpliciter quidem corpora naturalia habent principium ut moueantur, animata uero hoc præterea habent, ut uiuaciter moueantur, idq; a principio, & ipſo motiuo. Illud uero tibi ſciendum eſt, quod non omnino uult animam a corpore recedentem corrumpi. Separatio enim uel maxime de his dicitur, quæ poſt ipſam etiam diſſolutionem ſubſiſtunt, ſed æquiuoce tantũ, eo quod demortuorum etiam animantium corpora æquiuoce cum uiuentibus dicũtur, uerbi gratia canis, & equus. Similiter, & partes, ut ſi forte tatſis equinum caput dicas.

*Nunc autem eſt ſecuris. Neque enim talis corporis quod quid eſt eſſe, & ratio eſt aīa: ſed naturalis talis, habentis principium motus, & ſtatus in ſeipſo.*

Per comparationem eorum, quæ animata ſunt, & inſtrumẽtorum, declarat quale nam ſit uitale organum. Etenim cum & ipſum in animatum aliquem animæ præſtet uſum, aīa etiam ipſa utente ſeparata, nihilominus ſuijpſius retinet uim, & potentiam, quoniam nõ per ipſam circumſcribebatur, aut determinabatur. Non ſic tamen uita prędictum, & aīatum eſt ipſum, quod quidẽ naturale eſt corpus, non autem ab arte factum, quatenus eſt tale. Oportet autem quod quatenus potentia uitam habet, & uiuaciter effictum, eatenus ſit animæ inſtrumentarium corpus (ſi quidem quod quid eſt ipſius eſſe, & ipſius ratio, eſt anima) & ipſi deſeruiens. In ipſo nanq; principium ſtatus et motus adeſt, ut mouens, & quieſcere faciens: quod quidẽ eſt animans proprium. Hoc igitur modo per diſſimilium inanimatorum appoſitionem, & comparationem attulit quod nam ſit animatorum proprium. Id quod & deinceps per ſimilium appoſitionem fecit. Etenim per parteis ipſius, ſignificat quale etiam ſit totum.

*Conſiderare autem oportet & in partibus id quod dictũ eſt. Si enim eſſet oculus ipſum animal, anima profecto eſſet ipſi uiſus. Ea enim eſt oculi ſubſtantia, quę ſecundum rationem, oculus autem materia uiſus, qua deficiente, non amplius eſt oculus, niſi ęquiuoce, ueluti lapi-* Te. 9

*deus, & pictus. Oportet ſane accipere, quod de parte in toto uiuente corpore. Ex proportione nanque ſe habet, ut pars ad partem, totus ſenſus ad totū corpus ſenſitiuum, quatenus tale.* T.10 *Eſt autem non quod abiecit animam, quod poteſtate eſt, ut uiuat, ſed quod habet, ſemē autem, & fructus, quod poteſtate tale eſt corpus.*

Cõ. Loco totius animalis accepit oculum, loco uero totius animæ accepit animalis uiſum. Hic enim eſt ſubſtãtia oculi, quæ ſecundum rationem eſt, hoc eſt ſecundum formã, oculus autem eſt materia uiſus: non autem, ut Alexander exponit, per oculum ipſum intelligit ſolum corpus ſine uiſu. Statim igitur ſubdit, quod deficiente uiſu, nõ amplius oculus manet. Verum uiſus quidē duplici modo eſt oculi forma. Altero quidem, quatenus organo uiuaci utitur ipſo. Altero autē modo, quatenus organum, ipſum oculum uiuacem efficit, & oculus quidem cum tali aſpectu, ſiue uiſu, materia eſt uiſus ipſius, qui eſt utens, & deficiente ea uiſus parte, quæ utetur, non remanet oculus, quoniam etiam una deficit uiſus ille, qui oculum ut inſtrumentum effingit. Viſus enim ille utens, cum præſens eſt, illum etiã priorem præſtat, & cũ recedit, illum etiam ſubtrahit una. Accipiatur igitur, quod ſicut ad oculum ſe habet uiſus, ſic et totus ſenſus ad totũ corpus ſenſitiuum, quatenus ſenſitiuum eſt.
21 Atq; hoc quidē, ut probe manifeſte & ipſe ſubdit, eſt quod iam uiuit. Neque enim dictum eſt id potentia uiuere, quod abiecerit aĩam, aut ut ipſum ſemen, ſed id, quod iam habeat uitam: quoniam ſemen non habet uitã potentia, ſed potentia tale eſt corpus, quod ſit uitæ de prope ſuſceptiuum, atq; iccirco uitam habere dicitur, quoniam uitæ, perinde ac materia ſubſternetur, uitæ inquam, tum illi, quæ ipſum tanquam organum circumſcribit, & determinat, tum huic, quæ ipſo ut inſtrumēto utitur. Etenim ipſa eſt forma uiuentis corporis, ueluti etiam gubernator, nauis. Quoniam non eo quia ſui ſit iuris, & libera, uiuificat, & mouet corpus, ueluti aĩa nobilior mouet cœleſte corpus, ſed id impetu & declinatione ad corpus facit, et ad utile ipſum facit motum, neque uero ideo ſolummodo, quia iam in perfectione ſit. Merito igitur ſane & oculus ipſe dictus eſt uiſus materia, totumq; ſenſitiuũ corpus, quatenus ſenſitiuum, & iam ſenſitiuum exiſtens, materia dictum eſt eſſe ſenſus, qui ipſo tanquam inſtrumento utitur.

*Quemadmodum igitur inciſio & uiſio, ſic & uigilia actus, ueluti autem uiſus & potentia inſtrumenti, anima, ipſum autem corpus, quod potentia eſt, ſed quemadmodum oculus, pupilla, & uiſus, ita etiam anima, & corpus, animal.*

Hoc ipſum eſt illius ſermonis concluſio, per quem demonſtrabat animam non eſſe actum ſecundum corporis, ſed priorem iamq; diuiſum, atq; actionem a ſubſtantia diſtinctam habentem. Duobus uero ubi uſus eſt exemplis ad declarandam animalis ſubſtãtiam, ſecuri uidelicet, atq; oculo merito quidem & inciſione, & uiſione hoc in loco, perinde, atq; uigilantia quadã in ſenſitiua ipſa facultate utitur. Hæc igitur dilucida, atq; perſpicua ſunt. Oculus autem dictus eſt eſſe pupilla, & uiſus. Animalq; anima, & corpus, idq; per relationem in proximas cauſſas factã, ut pote ex utriſq; reſultans: quoniam cõpoſitũ nequaquam eſt materia & forma ſeorſum, ſed quod ex his utriſq; reſultat.

T.11 *Quod quidem igitur anima non ſit a corpore ſeparabilis, uel quædam eius partes (ſi diuiſibilis eſt nata) non obſcurum.*

Cõ. Ex huiuſmodi locutione demõſtrat, quod inſeparabile a corpore eſſe, omni mortalium animę, de qua ſermo habetur, conuenit, quodq; ſeparabile eſſe, animę rõnali competit, tum præterea ꝙ inſeparabile multipliciter dicatˀ, demonſtrat: præterea ꝙ ſi idem & ſeparabile, & inſeparabile eſſent, non erit diuiſibile: ut inde iuxta diuerſas partes habeat oppoſita: ſed id quidem diuerſo modo, nec diuiſibile ipſum, perinde ut corpora ſit. Qua quidem rõne ex ſuppoſitione loquitur, ſi inquit, diuiſibilis eſt nata, non ut qui ignoraret, aut non iam demonſtrarit, ꝙ non ſit diuiſibilis, ſed quod quodam quidem modo & norit, & oēm animam indiuiſibilem demonſtrarit, quãdoquidem & incorpoream eſſe dixit. Corpus enim eſt, quod ſimpliciter diuiſibile eſt. Alio uero modo demonſtrauit, partes habere, in id reſpiciens, quod habeat actionem a ſubſtantia diſtinctam, reſpiciensque in præſtantem illam ac ſtabilem rationalis partem: ut quæ diuerſæ numerarentur partes, tota tamen ſimul in gignitiuæ uitæ præſtantia, & procedat & conſiſtat. Sic autem & tota a corporibus inſeparabilis eſſe dicitur, uel partes aliquæ: quandoquidem & horum utrũq; uerum quodammodo eſſe poteſt in ipſa rationali, tum tota ad corpus & declinante, & tendente, tum ipſo corpore ſibi ſubſeruiente, tanquam organo utente: & rurſus quia pars aliqua præſtantem illam habeat partem, & ab ipſo corpore probe ſeparabilem. Sed ipſum quidem ſeparabile rationalis animæ proprium eſt, ipſum autē inſeparabile omni animalium mortalium animæ commune exiſtit, non cuique tantum inſeparabili exiſtenti, ſed rationali etiam ipſi, quæ uel ſeparabile etiam ipſum habet. At uero ipſum inſeparabile non ſimili ineſt modo uitę organorum, quatenus organorum circumſcriptiuæ, determinatricisq;, ac uitæ, quæ organis utitur, nec etiam uegetatiuis & ſenſitiuis uitis: ac multum quidem in his adinuicē diſcriminis eſt, & multo etiam magis ipſum inſeparabile, quod in rationalibus eſt uitis ab aliarum differt inſeparabili, cum id ſit uere in corporibus principale, quod quidem, ut puto, & ipſe denotare uolens ſubdit.

*Nonnullarum enim actus partium eſt ex ipſis.*

Nonnullarum inquit animarum actum ſic ſe habere, ut ipſarum corporearum ſit partium, quales illæ ſunt, quæ ſunt organorum, quatenus organa ſunt, determinatrices, quæque ad naturales formas propius accedunt, hæ inquã manifeſtius longe habent quod ſint a corporibus actus inſeparabiles. Quæ nanque animalibus, ut organis utunt, minus inſeparabiles ſunt, magiſque præſeferunt, quod ſecundum ſui ſubſtantiam præſtans. Per quæ ſane uerba ſimul notauit ipſius inſeparabilis diuerſitatem, deinde etiam manifeſte intulit, ſubſtãtiam animæ omnino ſeparabilem, cauſſamq; addidit.

*Enimuero aliquas nihil prohibet, eo q, nullius ſint corporis actus.*

Aliquas, ſcilicet partes. Quandoquidem tota anima & manet, & proſpicit, & ſpeculatur, idque nullo corporis ad hoc patrocinio indigens, quamuis cum quid agat, corpore utatur. Ipſius uero parteis appellat quodammodo ipſam tum ſtabilem, tum contemplatiuam portionē, ac rurſus, quod proſpicit, & agit ex ipſa. Nihil uero prohibere inquit, eo ꝙ dictum fuit animam eſſe actum corporis. Impedimento enim ita fuiſſet, ſi & per ſe totam, & per ſuipſius oēm actionem fuiſſet corporis actus. Nihil autem prohibet, ſi eſt quidem actus, non per ſe tamen totam, nec ſecundum omnem ſui actionem: Ea enim ratione nullius erit corporis actus. An enim intellectus ullum cõtineat corpus, uel fingere etiam eſt difficile, ueluti in primo dixerat: & quoniam, ut in tertio pluribus dicet, contemplatiuus intellectus non utitur, perinde ut inſtrumento ipſo corpore. Quare nec a maioribus contemplationibus ad minores cognitiones deſcendens hebeſcit, & confũditur, ueluti ipſe ſenſus.

Præterea

*Præterea immanifeſtum eſt, ſi ſic actus eſt corporis anima, ut nauta nauis.*

Per id, quod ſuperius dixerat, nonnullarum enim partium actus eſt ex ipſis, uitam ab omnibus corporibus inſeparabilem ſignificauit, per id uero, quod modo dixerat, enimuero aliquas nihil prohibet, eo quod nullius ſint corporis actus, uitam eam, quæ omnino inſeparabilis eſt, notauit: per hæc autem, quæ nunc dicit, in eadem utrumque conſiderat. Actus enim, qui ut utens eſt, tum quadam ratione inſeparabilis eſt, quia undequaque utatur, tum quadam ratione ſeparabilis, quatenus ſeiunctim, & ſeparatim corpore ſibi inſeruiente utatur. Si autem & quadam ratione utitur, & quadam non omnino quidem utatur, ueluti ipſius nautæ exemplum indicat, quæ portio ipſius nõ utitur, ſeparabilis omnino eſt. Qua igitur ratione immanifeſtum eſt dicere, ſi uel fingere etiam difficile eſt? An quoniam ipſum uti uel ipſis etiam irrationalibus uiris ineſt, immanifeſtum aũt prius eſt, q̃ omnes ſeorſim, ac ſeiunctim percurrantur, diligenterque recenſeantur, ac dijudicetur, cuinam ex ipſis, præter facultatem organi circumſcriptricẽ, ille uſus ſit adſcribendus, & in quibuſnam oporteat uel ipſas ſeparabiles actiones inquirere?

*Figurate quidem igitur hæc determinata ſint, & de ſcripta de anima.*

Figuram appellat, & deſcriptionem, aſsignatam animæ rationem. Quandoquidem tradidit tantum quod communiter omnibus inerat. Perfecta autem & completa diffinitio, ſecũdum uniuſcuiuſque propriam ſubſtantiam aſſignatur. Propria autem eſt, quæ commune etiam ipſum particulariter determinat.

T.15 *Quoniam autem ex immanifeſtis quidem, notioribus autem, fit manifeſtum, & quod ſecundum rationem notius.*

Cõ. Quoniam aſsignata prius diffinitio non habuerat perfectionem, eo quod ſolum, quod omnibus communiter ineſt, dederit, & id quidem nõ ſimili modo, uerum ut ea, quæ ab uno eſſe dicuntur (inde adeo fieri nequibat perfectam ſimul omnium aſsignari diffinitionem, ut quæ non ſint uniuocæ, uerum per unamquãque percurrere oportet, ſi perfectam accepturi ſimus diffinitionem) in primis doctrinæ modum aggreditur in medium afferre, quę ex cauſatis in cauſſas procedit. Hic enim eſt cõueniens modus ijs, qui nondum perfectam habuerint diffinitionem, ſed eam adhuc inueſtigant. Cauſſæ nanque ſunt manifeſtiores naturæ, & rationi ſcientiam parienti, quę naturam ipſam ſubſequitur. Senſui autem, nobiſque, qui nondum perfectionẽ habemus, notiora ſunt ipſa cauſſata, id quod primo auſcultationis naturalis fuit dictum, ac nunc etiam inquit, ex immanifeſtioribus quidẽ naturæ, (deeſt enim hac in oratione particulæ hæ, naturæ. & rationi) notioribus autem quo ad nos & ſenſum noſtrum (id enim in ipſius oratione eſt ſupplẽdum, quod quidem deficit) manifeſtum in nobis fit, quo rurſus in loco prætermiſit uerbũ, naturæ: at uero non id prætermiſit, uidelicet, & quod ſecundum rationem notius.

*Tentandum rurſus ſic quærere de ipſa.*

Verbum illud, rurſus, dixit, ut qui antea de ipſa adumbratilem fecerit ſermonem. Particulam uero, ſic quęrere, ideo eo modo protulit, quoniam præſtãtiora nobilioraque ſunt, quæ notiora ſunt ratiocinijs, quam quæ ſenſui.

*Non enim ſolum hoc, quoniam oportet diffinitiuũ ſermonem indicare, ueluti plurimæ ex diffinitionibus dicunt, ſed & cauſſam ineſſe, atque apparere. Nunc autem tanquam concluſiones, rationes diffinitionũ ſunt, ut quid eſt quadratio, quod æquale alteri longitudini, & iſopleurum eſſe rectangulum. Huiuſmodi autem diffinitio, ratio eſt concluſionis. Quę uero dicit, quod quadratio eſt medii inuentio, hęc dicit rei cauſſam.*

Cauſſam cur uelit de aĩa quærere, ſubdit: unde & cauſſali coniunctione utitur, quæ rei cãm affert: quandoquidẽ non oportet nos eſſe cauſſatis rebus contentos, ſed ab illis ad cauſſas deduci. Dictum autẽ fuit in poſterioribus Analiticis, quod altera quidem eſt diffinitio, demonſtrationis concluſio, altera autem eſt ſyllogiſmi medius terminus. Alia aũt diffinitio eſt totus ſyllogiſmus poſitione differẽs a demonſtratione. Ac determinatum fuit, quod diffinitio ea, quæ eſt per concluſionem, eſt diffinitio cauſſatæ rei, et eius quæ forma ſit efficta quam quidem appellat, rem, nũc tẽporis Quæ uero diffinitio per medium eſt terminum, ipſius eſt formæ, & rei cauſatæ. Quæ uero poſitione a demonſtratione differt, hæc ſimul cauſſatum dicit & cãm, ut homo uita effingitur rationali, terminatas habente menſuras. Id aũt importat, animal rationale, mortale. Eſtque hæc compoſiti ipſius diffinitio. Vita uero rationalis terminatas habens metas, forma eſt & cõcluſionis, & rei, ipſius inquam compoſiti, id quod adaptari põt in eo, quod ipſe dixit, exemplo. Quoniam ſi tres ſint recti, quadrangulum proportionale, a media deductum, æquale eſt rectangulo, qui ab extremis ambitur, altera uidelicet parte longiori exiſtenti. Qui igitur ipſum quadrare altera parte longius, diffinit, quia ſcilicet ei, quod altera parte eſt longius, rectangulus ſit æqualis, hic illud, quod perficitur, & demonſtratur, æquilaterũ eſſe determinat, & diffinit. Qđ quidem ipſe cõclõnẽ appellat, ceu geometrico modo demonſtratam. Qui uero ipſum diffinit eſſe medij inæqualium laterum eius, quod altera eſt longius parte, inuentionem, hic cauſſam dicit, per quam quidem quadrangulum & fit, et demõſtratur æquale ei, quod altera parte longius eſt, inde adeo ut non ſolius concluſionis cauſa ſit dicta, ſed etiam ipſius rei.

*Dicimus igitur ſumentes principium conſiderationis diſtingui animatum ab inanimato, ipſo uiuere.* T.13

Vbi doctrinę modũ perſcripſit, qui uidelicet ab ijs, quę nobis ſunt notiora, ad ea, quæ naturæ, procedit, atque in memoriam reuocarit, quod oporteat, diffinitionem, quæ bene ſe habeat, cãm complecti, & eam quidem etiam ueram, & certam, neque uero figurate, atque adumbratili modo, nunc ex ſuo doctrinæ modo, a notioribus ſenſui exorditur contemplationem de anima, quod quidem ſtatim facit, inquiens, animatum ab inanimato diſtingui, hoc eſt, differre per ipſum uiuere. Quia uero cõtemplatio in cãm duci debet, iccirco non ipſo contentus eſt animato, uerum in ipſius cauſſam, uidelicet animam ſe confert. Cæterum ne figurate adhuc, ſed certa ipſam diffinitione conſideret, non communiter, ſed quãuis animæ ſpeciem ſeparate tractat, & determinat, quoniam & quæ cõmunis tradita fueſat diffinitio, cauſſam complexa eſt. Actus enim eſt forma & cauſſa eius, quod a ſe perficitur. Sed nec etiam ſi cõmune ipſum uniuoce prædicatum fuiſſet, non inquam ſic huius communis contemplatio ſatis, atque ſufficiens fuiſſet ad comparandam perfectam eius notitiam, abſque ipſo proprio. Verum quomodo animatum ipſum ab inanimato diſtinguitur per ipſum uiuere? Per id, quod intrinſecus mouetur: ueluti ipſi etiam Platoni uidetur, & experientia etiam manifeſtat. Ipſum igitur mouens intrinſecus eſt. At ſi res ita ſe habet, quomodo aĩa non eſt ex ſe mobilis, quæ a ſeipſa excitatur? Motus enim quidam eſt ipſa excitatio. An quia Ariſto. res quidem eaſdem, ſimilique cum Platone modo intelligit, at uero eas, conſuetum loquendi modum deuitans, non ſimiliter appellat. Non ſane igitur aĩam a ſeipſa mobilem appellat, quandoquidem

nec motum uocauit ipſius actionem eſſe. Rectum igitur uel ſecundum ipſius Ariſto. intentionẽ eſt, id animæ condonare, ut ex ſeipſa uidelicet agere queat, utpote a ſeipſa excitata. Actio autem quædam eſt, excitatio. Vita uero ipſa, hoc eſt, ζωὴ, denotat quid æſtuans, atque a ſeipſo feruens.

*Cum uero ipſum uiuere multipliciter dicatur.*

Verbum illud multipliciter, aut in ipſis æquiuocis, aut in his, quæ tanquam ab uno eſſe dicuntur, proferre conſueuit, at nunc temporis, non æquiuoce ipſum protulit, quandoquidem & ipſius uiuere, tanquam unius rei unam tantum proferimus intẽtionem. In his uero, quæ ab uno dicuntur, quæ quidem perfecte, licet ſecundo, aut tertio, modo, aut ultimo, perfecte tamen participant, cum maxime nomine, naturam ipſius rei ſignificante, uocantur, tũ etiam ab ea participatione, aut functione, quæ ab ipſo deducitur. Quæ uero imperfecto modo participant, uocari quidem poſſunt, atque nuncupari ab ea functione ab ipſo deducta, at non ab eo nominari nomine, quod primarie rei ipſius eſt ſignificatiuum: ut gratia exempli, qđ adhuc fit, id quidem eſſe dicimus, non autem ens illud dicimus: quodq; album fit, dealbari quidem id, non ſic tamen album illud appellamus. Pariter citharizare, & mederi eos dicimus, qui adhuc id addiſcunt, neq; tamen iam eſſe medicos, & citharistas: nõ ab ſimili modo pueros currere, & ſcribere non tamen iccirco curſores, & ſcriptores eſſe dicendum eſt. Eos uero, qui perfecti iam ſunt, & citharistas eſſe dicimus & citharizare, id quod de alijs dictũ uolo. Sic ſane & animalia quidem philoſophus appellat, quæ quidem per perfectam uitam a ſeipſis excitatam efformantur, & horum aliqua quidem primo, utpote quę a ſeipſis in alia actionem ſuam ædant. Aliqua quoq; medio modo, ut quæ in utraque. Et hæc quidem iuxta diuerſos modos. Quæ quidem omnia, & animalia appellat, & uiuere dicit. Quæ uero imperfectam, ac nõ ueram intrinſecus habent excitationem, ſed mediam inter hanc, & eam, quæ omnino ab alio mouetur (ne utique immediate cõiungatur id quod a ſeipſo fit cum eo, quod aliunde) hæc quidem, quæ uitali uiuunt uita, uiuere dicit, non tamen ſtatim animalia appellat. Quo fit, quod cum differẽtiam inter animata, & inanimata afferre uoluerit, diſtinguit ipſa per ipſum uiuere, quod profecto commune eſſe omnibus quouis modo uiuentibus. Adeo ut quia ipſum uiuere cum animali contra diſtinguat, planum fiat, quod uiuere ipſum ſecundum imperfectam uitæ ſignificationẽ accipiat, quod enim ſecundum perfectam uitæ ſignificationem eſt, id quoque animali ipſi conuenit.

*Licet unum aliquid inſit horum tantum, uiuere dicimus ipſum, ut intellectus, ſenſus, motus, & quies quæ eſt ſecundum locum. Præterea motus, qui ſecundum nutritionem fit, diminutioq; & auctio.*

Id enim uiuere dicimus, cui horum inerit ullum. Intellectus autem nunc temporis fuit acceptus, tanquã rationalem uitam denotans, qua cum & ipſa quoq; uoluntas iuis complexa. Ipſe uero ſenſus acceptus eſt, non ut qui ſolam portenderet cognitionem, quæ irrationalis nominatur, et dicitur, ſed & appetitum una ſibi connatum. Intellectus quidem igitur & ſenſus primarie uitam indicant. Motiones autem, actiones uitales præmouent. Quarum quidẽ motionum altera, quæ ſcilicet per locum eſt, primo perfectioribus ineſt animalibus, altera uero, ea uidelicet, quæ per nutritoriam fit alterationem, omnibus ineſt animalibus mortalibus.

T.14 *Vnde & quæ naſcuntur omnia uidẽtur uiuere. Apparent nanq; in ſeipſis habentia uim, & principium huiuſmodi, per quod augmentum, atq; diminutionem accipiunt, ſecundum contraria loca. Neque enim ſurſum quidem ereſcunt, deorſum autem non, ſed eodem modo in utranq; partem, & undique, quæcunque ſemper nutriuntur, atque uiuunt propter finem, quouſque poſſunt recipere nutritionem.*

Atq; ideo uidentur uiuere & propter nutritionẽ et propter augmentum, decremẽtumq;. Verbum quoq; illud, uidentur, ideo hic poſitum fuit ob ipſius uitæ imperfectionem, uiuentiumque ac non uiuentium diſtantiam. Inde adeo factum fuit, ut ſuaſiuncula opus eſſet, ad perſuadendum, omnia, quæ naſcuntur, uiuere. Etenim ſi omnia ſuperadditionem quandam ſuſcipientia, eam ſecundum aliquam ſtatutam particulam ſuſcipiunt, neq; id per omnes oppoſitas faciunt parteis, eodem modo (licet enim æri aliquid ſphærice addideris, non tamen ſperes ipſum ſecundum profunditatem aucturum) manifeſtum fit, q; quæ ſecundum totum eodem modo augentur, intrinſecus habebunt additionis cauſſam. Motus autem quidem eſt ipſa auctio. Quæ igitur intrinſecus motus principium habẽt, ea merito uiuere cenſemus. Cæterum medium animæ ſtatum rurſus commonſtrare uolens, uim, inquit & principium, ut per principium quidem, principalem animæ cõditionem notaret, per uim autem, innueret imperfectam ipſius conditionem. In ijs enim conſueuit philoſophus ut plurimum ipſius, uis, nomine uti. Atq; hæc quidem uita omnibus mortalibus animalibus neceſſaria eſt. Hac enim generantur, & nutriuntur, permanentque, ut quæ corporea ſit uita, ipſiſq; quadrãs, conueniens, atque iccirco ultima, & ignobilior, neq; uera uita eſt, & pura. Verum ſi totũ ab ijs ipſis non mouet & excitat, at uero quę ita uiuunt ab alio, mouent qđ nã quæſo extrinſecus eſt excitans? An iccirco quia cum ijs, quę ab alio mouent ſimilia ſint, moueri utique & ipſa poſſent, perinde ut elementa, ſm naturam, ab ipſo producente, tanquam altera ex parte, & extrinſecus? Atque id quidem, quandoquidem & intrinſecus tota excita etiam ab ipſo producente excitantur. Verum hæc quidem agunt ob contactum, quem cum ipſo hñt, ac quanto magis cum cauſſa coniunguntur, magis ex ſe agunt. Quæ uero ab altero mouẽtur, ob ſui diſtantiam ſuſcipiunt excitationem per diuerſitatem. Cō.

*Separari autem ab aliis id poſſibile eſt, reliqua uero ab hoc impoſſibile eſt in mortalibus. Manifeſtum autem in his, quæ naſcuntur. Nulla enim ipſis ineſt uis alia animæ.* T.15

Hæc enim eſt uitæ immediata forma, corruptibilibus aſſidens corporibus, quæ per influxum ipſa perficit. Alia uero non ſine hac mortalibus inſunt. Quoniam per hãc, & generantur, & nutriuntur. Cō.

*Ipſum igitur uiuere per id principium ineſt oĩbus aĩalibus. Aĩal autem primo eſt per ſenſum. Etenim quæ non mouentur, nec mutant locum, ſenſum tamen habẽt, animalia uocamus, nedum ſolum uiuere.* T.16

Non ſimpliciter quolibet modo uiuere intelligẽdum. Cō.
contingit enim, & ſecundum intellectum, & ſecundũ ſenſum uiuere, ſed id, quod cum animali contra diſtinguitur, uidelicet imperfecte uiuere, & ultimam uitam. Sic enim cõ
„ tradiſtinguit, inquiens: uiuere quidem eſſe per id, animal
„ autem primo per ſenſum.

*Senſus autem oĩbus ineſt primo, tactus. Ac quemadmodum nutritiua poteſt ſeparari a tactu, & omni ſenſu, ſic & tactus ab aliis ſenſibus. Nutritiuam autem talem dicimus partem animæ, qua etiam plantæ participant.* T.17

*cipant. Animalia uero omnia uidentur tactiuum ſen-*
T.18 *ſum habere. Quam autem ob cauſſam utrunq; horum eueniat, poſterius dicemus.*

Cō. Tactus inquit, ut pote corporalior cæteris ſenſibus, & maxime paſsiuus. Quo fit, ut uicina tm̄ ſentiat. Cum tactu.n comprehenditur & guſtus: eſtq; maxime animalibus neceſſarius, id quod etiam poſterius dicetur.

*Nunc autem in tantum ſit dictum, quod anima horum eſt principium, quæ dicta ſunt, & iis eſt terminata, nutritiua, ſenſitiua, cogitatiua, motu.*

Particulam eam, quæ dicta ſunt, dixit, intelligens aĩam principium eſſe intellectus, ſenſus, motiuæ, & nutritiuæ uitæ. Per principium aũt, intelligit formalem cãm. Anima uero talis eſt, ut haud id ſit, quod ijs particeper, ſed ut ipſe intellectiuus & ſenſiluus terminus. Qm̄ uero anima non eſt partibilis forma, nec ille maxime primus terminus, ſed in rõnalẽ acceſsit conuolutionem, non eam tm̄ horum eſſe principium, ſed his etiam terminari, dixit. Extremorum nanq; utrunque ſimul ipſi quadrat, quod ſcilicet ea conditione principatum obtineat, ut quadam ratione ſit terminatum. Quorum extremorum principium his, quæ ante ipſam ſunt, conuenit, terminari autem proprie his conuenit, quæ poſt ipſam exiſtunt. Cogitatiua autem pro intellectu uſus eſt, id quod prius indicauit, per intellectũ uerba faciens.

T.19 *Vtrum autem horum unũquodq; ſit anima, uel particula animæ. Atque ſi particula, utrum ita ut ſeparabilis ſit ratione tantum, an etiam loco.*

Cō. Quoniam in rationalibus animalibus omnes hæ, quæ dictæ ſunt uitæ, inſunt, inueſtigandum proponit, num harum quæuis uita ſit diuerſarum corporearum partium actus, adeo ut ſimili cum corpore modo anima ſit diuiſa. Quandoquidem & in primi libri calce, non quamuis uiſam ſeorſum animam eſſe poſuit, ſed oẽs uitas eſſe unius animæ parteis. Cæterum ob perfectionem diuiſionis, hoc idem, quod iam fuerat diſputatum, proponit, utrum ſcilicet harum quæuis ſit ex ſe perfecta anima, an animę ipſius portio. Verum ad alterum nihil reſpondens, ut qui ſatis eam mihi exacte dijudicarit, reliquum aggreditur diſcutiẽdum. Nunquid ita ſint portiones, ut nõ ratione ſola, hoc eſt proprietate diſtinguantur ab inuicem, ſed etiam loco: ita ut diuerſæ uitæ in diuerſis corporis partibus cõſiſtant, tanquam in locis. Veluti Timæus uidetur rationem capiti, iram cordi, epati uero appetitiuam aſsignare. Hic equidem contemplatiuam rationem omnino penitus a corpore ſeparat. Reliquas uero uitas, quoniam corporeę partes nonnunquam ad diuerſarum uitarum receptionem præparantur, nõ etiam eas ſimili cum illis modo exiſtimat ab inuicem diſiungi, cum eidem particulæ, uel plures etiam ſimul ineſſe poſsint. Diuerſa enim eſt animæ diuiſio (ſi oporteat etiam particulas in ipſa dicere) a corporea partitione. Ac ita quidem ſimul innuit animæ ad formas ſubmiſſionem, ob partitionem, qualiſcũque ea ſit, ſimul & animæ corporum reſpectu excellentiam, quia omnes ſimul eodem in loco adſint.

*De aliquibus quidem non eſt difficile uidere. Aliqua*
T.20 *autem dubitationem habent. Quemadmodum enim in plantis nonnullæ diuiſæ uidentur uiuentes, uel ſeparatæ ab inuicem.*

Cō. Non ipſius Alexandri ſententiæ adhærens, exiſtimo ipſum dixiſſe, aliqua aũt dubitationem habent, ob ipſum intellectum, illum enim aperte etiam ſuperius affirmarat non continere corpus ullum, ac ſubdit quidem, nondum eſſe manifeſta ea, quæ de contemplatiua potentia ſunt dicenda, utpote quia nondũ abſoluta eſt ſpeculatio, quæ de contemplatiua potentia eſt futura. Eſſe autẽ animæ quoddam alterum genus inquit, ſeparariq;, ueluti perpetuum a corruptili ſeparatur. Verum enimuero in aliquibus quidem facile, inquit, eſt, nos uidere coniunctionem, in ipſis quidem uegetatiuis potentijs, ipſius nutritiuæ, auctiuæ, & gignitiuæ, in ipſis autem animalibus, ſenſitiuæ, & appetitiuæ. Etenim plantis diſſectis, tota uegetatiua ineſt anima. Atq; ſectorum utraque pars ad quandã uſq; ſentit & mouetur temporis metam. At uero aliqua dubitationem habent, ut uiſus, auditus, odoratus, & guſtus, quandoquidẽ diſtinctis, determinatiſque utuntur organis. At primo quidem utique aliquis ex alijs, de iſtis coniecturam facere poſſet, & capere, ut quia ſenſus non per ſeipſos, ſed p organa ipſa adinuicem ſint diuiſim diſtincta, differantq;, cũ aliud, diuerſumq; ab alio organum ſortiti ſint. Ac præterea eorum coniunctionem etiam indicat horum adinuicẽ omnium in unum factus concurſus, quoniam & flauum, & dulce, & bene olens, mel ipſum declarat.

*Quippe cum ſit, quę in ipſis eſt anima, actu quidem una in unaquaq; planta, potentia autem plures.*

Non ita quidem una eſt, ut in ſimiles plures diuidatur. Partibilis nãque eſſet, ut ullum corpus, ex ſimilaribus pluribus reſultans partibus. Sed quia in planta, & detruncato ab ipſa ramo, ad quoddam uſque tempus inſit, ipſumque ad peculiarem ſibi animam recipiendam, ubi plantatus fuerit, habilem, aptumque faciat. Potentia igitur ſunt plures, quæ uni inſunt plantæ, utpote quia diuiſæ plantæ per ramos, & deplantatæ plures ſint affuturæ.

*Ita & circa alias differentias aĩę uidemus contingere, de ipſis ſectis, in iis, quę ſecantur. Etenim ſenſum utraq; pars habet, & motum ſecundum locum.*

Verbum, ita, non ideo, quia plures ſint potentia aĩæ, dictum fuit (neque enim hoc perinde, ut in plantis, contingit) ſed ad id retulit, diuiſa ſcilicet etiam, ipſa totam uitam ſecundum utranq; ipſius ſecti partem, uiuere.

*Si aũt ſenſum, etiam phantaſiam habet, & appetitionem. Vbi quidem enim eſt ſenſus, dolor, & uoluptas cõſequitur: ubi uero hęc, ex neceſsitate etiam cupiditas.*

Vltima etiam animalia, licet non diſtinctam, attamẽ indeterminatam habent phantaſiam. Vt inde ipſum abſens appetant.

*De intellectu autem, et contemplatiua poteſtate, nõndum manifeſtum eſt. Sed uidetur animæ genus alterũ eſſe. & hoc ſolum contingit ſeparari, ueluti perpetuũ a corruptibili.* T.21

Quoniam philoſophus intellectum cognorat, tum uere indiuiſibilem, & qui ex ſui ſubſtãtia ſupra ipſam eſt, animam, tum uero intellectum uocat, etiam illum paſsiuum, qui in illius præſtãtis rationalis uitę coniunctione cõſiſtit, & corporearum uitalium potentiarum, ſed præter hunc & intellectum uocat, actiuam illam ſcilicet huiuſcemodi uitis utentem rationem, at non quidem ex ipſis conflatã, ut etiam rationem talibus uitis non utentem indicaret, & intellectum ipſam uocat, & contẽplatiuam ipſi tribuit potentiam, per ipſius quidem potentiæ nomẽ, ipſius ad præſtantiorem intellectum ſubmiſsionem denotans (qm̄ hoc potentiæ nomine non ualde conſueuit Ariſto. in indiuiſibili ſubſtantia uti, ſed ipſius actus nomine) per contemplatiuã aũt partẽ, ipſius rõnis in ſeipſam, et in prẹſtantiora etiam innuit cõuerſionem. De hac ſane inquit nihil eſſe manifeſtum, utpote quia nec tradita diffinitio animæ, conueniat contemplatiuę rationi, quatenus eſt contemplatiua, nec huic, quæ cum corporatis eſt unita uitis. Contrario nanque modo contemplatio ipſa procedit, uidelicet in Cō.

ipſo ſeparari ab illis. Quo etiam perſpicuum fit atq; manifeſtum, quod alterum eſt animæ genere ratio ipſa, ab illis, quæ ſunt a corporibus inſeparabiles, quæ ut ſeparetur eſt nata apta. Atq; aliquando quidem una cum ipſis unã perficit ſubſtantiam, ueluti & cum corpore compoſitum perficit. Nonnunquam autem & omnes has ſecundas deferens. Verbum autem, uidetur, nõ eſt dubitatiue dictũ, quemadmodum uiſum eſt Alexandro. Neque enim uerbi, uidetur, talis uſus apud priſcos frequẽs fuit, ſed pro cõuenit, atq; adeo apparet. Cum rationalis anima ex ſui ſubſtantia ſit a reliquis diuerſa, omninoque ab ipſis tandem ſeparabilis, perpetu aq; remaneat, his corruptis, quæ ſeorſum corruptibilis corporis actus eſt. Siquidem ſeparabile ipſum ab omnibus ijs habet, quæ quauis ratione a corporibus ſunt inſeparabiles. Contemplatio enim, ſeparabilis eſt actio: ipſa uero eſt ſeparabilis ſubſtantiæ actio, & eius quidem quæ per ſeipſam totam uiuat. Magis autem hoc ipſum uita eſt, quæ ſeipſum totam contemplatione perficit, neque uero diuiſibilis ſubſtantię eſt actio. (Huiuſmodi enim nec alia quædam eſt forma, nec multo magis cognoſcitiua ipſa) nec etiam ipſo diuiſibili utitur, eo quod ſemper per terminos procedat, atq; adeo ob declinationẽ in ſeipſam & in ipſum indiuiſibile factam: unde etiam perpetua demonſtratur. Neq; enim quatenus diuiſibilis diuidetur, quoniam non eſt diuiſibilis, nec quatenus compoſita diſſoluetur, quoniam eſt ſimplex, neq; id quidem patietur, ueluti diuiſibiles formæ, materia ipſa inepta reddita, idque ob ſeparabilem ſui partem. Sola igitur ſeparabilis eſt ratio, quandoquidẽ reliquæ aliæ uitæ corporeas habent actiones omnes.

T.22 *Reliquę uero partes animæ, manifeſtũ ex his, quod non ſunt ſeparabiles, quemadmodum inquiunt aliqui, ratione uero, quod diuerſæ ſint, clarum. Sẽſitiuo enim, & opinatiuo eſſe diuerſum eſt, quandoquidem & ipſum ſentire ab opinari diuerſum eſt. Similiter & aliarum*

T.23 *unaquęq; quę ſunt dicta. Adhuc autem nonnullis animalibus omnes inſunt, nonnullis autem, pauciores, alijs autem, una tantum. Hoc autem facit diuerſitates animalium. Quam uero ob cauſſam, conſiderãdum poſterius. Perſimile autem & circa ſenſus euenit. Aliqua enim omnes habẽt, aliqua pauciores, aliqua unum, tactum ſcilicet maxime neceſſarium.*

Cõ. Partes quidem, at non quales corporatæ, id enim iam fuit demonſtratum, ſed ita quidem ſunt partes, ob deriuationem ab ipſo impartibili factam. Reliquæ aũt dixit, ac ſi & contemplatiuus intellectus ſit pars, in impetu ad exteriora facto, ac complicatione cum rebus uilioribus. Nõ eæ uero ſunt, ut Timæus inquit, partes abinuicem ſeparatæ, ut quæ diuerſas habitent corporis particulas. Scire autem, recteq; uitarum coniunctarum, ſimulque exiſtentiũ diuerſam comprobat proprietatem, Idq; ex diuerſis actionibus. Si enim ſentire ipſum diuerſum eſt ab opinari, utiq; & ſenſitiua ab opinatiua, ſimul & ſenſus ab opinione. Differentiam proinde animalium facit, uel quia omnes inſint ipſis uitæ, ut ipſis in hominibus eſt uidere, uel quia licet nõ omnes, attamen plures ut alijs in animalibus: aut una tãtum, ipſa ſcilicet uegetatiua, ueluti in plantis, quibus quidem uerbis mihi uidetur, cuiuſque etiam uitæ erga ſeipſam diſcrimẽ latẽter innuere. Non enim ſimilis, nec ſine diuerſitate, ac differentia omnino eſt ſenſus, qui cum ipſa eſt ratione conſociatus, iſque qui ſine ipſa eſt ratione. Sed nec is ſenſus, qui determinatam mouet phantaſiam huic ſimilis eſt, atque adeo cum illo indifferens, qui eã indeterminate imaginatur. Quare & multa & ſecundum profunditatem abundans in quauis uita differentia adeſt. Ac in uegetatiua uita multum eſt diſcrimen, aut quia rationalis organi nutritiua ſit, aut ipſius quidem irrationalis organi, quod tamẽ ſecundum locum moueatur: aut ſolius ſenſitiui organi, aut uiuentis quidem, non ſenſitiui tamen, & in terra radicati. Harum, uero rerum cauſſam paulo poſt eſt dicturus.

*Quoniam autem, quo uiuimus, & ſentimus, dupliciter dicitur, quemadmodum, quo ſcimus, horum autem dicimus alterum quidem ſcientiam, alterum autem, animam utroque enim horum dicimus ſcire. Similiter autem, & quo bene ualemus, alterum quidem, ſanitas, alterum autem particula quædam corporis, aut etiam toto.* T.24

Qiñ poſitum fuit animam eſſe formam quandam non quidem talem, qualis eſt ea, quæ proprij iuris, & immaterialis eſt (eam inquam animam, quæ mortalium ipſorum eſt) ſed formam eſſe organici corporis, ex his accipiens, quod anima uitalis eſt forma, quia animarum ab inanimato differt, nunc quidem temporis diſtinguit cauſſas, & cauſata, aĩamq; in cauſsis collocat, nõ quidem cauſis materialibus, ſed formalibus, quibuſcum cõcurrunt etiam efficiẽtes & finales. Diſtinguit aũt & quod ab ipſa aĩa cauſſarũ eſt, manifeſteq; declarat aĩam eſſe primam ſubãm in aĩalibus. Subſtantia quidem.n. eſt & naturale corpus, quod quidẽ in aĩalibus ipſis tanquam materia eſt: magis aũt propria, dignior eſt ſubſtantia ipſum aĩatum, atque aĩal. Qua adhuc prior, longeq; præſtãtior eſt, ſimul & per ſeipſam ſubſtantia aĩa ipſa. Etenim omnis forma tum prima eſt ſubã, tum etiam per ſeipſam ſubſtantia, atque id quidem multo magis eſt uitalis forma. Diſtinguẽs ſane formalem cãm ab eo, quod per ipſam effingitur, in ijs, quæ nunc in medium conſideranda deduxit, dupliciter inquit dici id, quo uiuimus, non quidem ut materia id inquiens: neque enim quo uiuimus. ſed quo uiuere poſſumus, id materiam dicimus, quandoquidem quod potentia eſt, id materia introducit. Id uero quo uiuimus, ipſum actu uiuere indicat. Cæterum dupliciter inquit, aut forma, aut compoſito: forma quidem ut quę ſit actus ipſe, & perfectio, altero aũt modo, ut quia cõpoſitum ſit actu, & perfectũ exiſtat. Sic enim dicimus ſcire, uel ſcientia quidẽ, ut forma, uel anima, non ut ea, quæ nondum, ſed ut quę iam ſciãm habeat. Similiter & bene ualere dicimus, ſanitate quidem, ut forma, uel corpore iam bene ualente: ſed non ut corpore nõ participante, apto tamen nato participare, niſi ſecundum id, quod potentia eſt.

*Horum autem ſcientia quidem, & ſanitas, ſpecies & forma quędam eſt, & ratio, atq; adeo tanquã actus eorum, quæ recipere poſſunt, altera quidem eius, quod ſcire poteſt, altera uero eius, quod bene ualere poteſt. Videtur nanque in patiente, atq; diſpoſito efficientium ineſſe actus. Anima autem id quo uiuimus et ſentimus, & cogitamus primo. Quare ratio quędam profecto eſſet, & forma, at non ut materia, & ſubiectum. Tripliciter nanque cum dicatur ſubſtantia, quemadmodum diximus, ex quibus unum quidem eſt forma, alterum, materia, alterum autem ex his utriſq;.*

Manifeſte quidem hoc dicens, quod ſcientia, & ſanitas pro forma fuerint accepta, atque ideo quod per animam ipſam uiuit, tanquam per formam uiuit, non tamen manifeſte uidetur dicere, quonam alio reliquo uiuat, ut pote qui nihil ad illam coniunctionẽ, quidẽ reddiderit. Cæterũ

licet

licet contextui nonnihil deſit, profecto res ſine defectu fuere declaratæ. Hanc enim formã ubi dixerit eſſe actum ipſorum ſuſceptiuorum, ut quæ ſuipſius non ſit actus, ſed alterius, ſubdit, quid nam illud ſit, quod recipere poteſt, ſiue ſuſceptiuum ſit (nihil differre nanq; facio) & inquit, q̃ ſcientiale & ſanabile huiuſmodi eſt, quæ talia uidelicet ſunt iam actu, ſuſceptiuaque, utpote ſecundum receptam rem determinata. Ac manifeſtum eſt, quod ſecundum alterum in his modum, hoc quidem modo ſcimus, hoc autem ualemus. Patiens autem, diſpoſitumq; nunc uocat id ipſum, quod ab ipſa effingitur forma, ut ab alio determinatum & perfectum. Quæ uero eſt horum determinatrix forma effectiua quoq; eſt, ut quę ſe in præſtans, extendat, ſitq; ſecundum actũ et perfectionem, at uero alterius. Quẽadmodum igitur ſciẽtia ad ſcientiale, ſe habet, ſic & anima ad uiuens. Quare ipſius profecto eſſet & ratio & forma, at non tamẽ tanquam materia, ac ſubiectum. Sic quidem ex reliquorum appoſitione manifeſtius uiuentium formã animæ aſſignauit. Neque enim ipſi materiam nõdum uiuentem, aut quæ iam uiueret, quam ſubiectum appellat, aſſignauit. Significare uolens quod ſubijcitur, & quod ſecundum eſt, & quod ipſi ſubſtructũ eſt. Quod enim primum eſt, manifeſte aſſignauit animę, ut quę uita ſit, & prima & per ſeipſam ſubſtantia. Animatis ipſis uidelicet ſecundum illam, & ab illa, uiuentibus & perfectis.

*Ex his autẽ materia quidem, forma uero actus, quo-*
*niam quod ex ambobus quidem animatũ, non ipſum cor-*
T.26 *pus, eſt actus animæ: ſed ipſa corporis alicuius. Atq;*
*iccirco bene exiſtimant, quibus uidetur, neq; ſine corpo-*
*re eſſe, neq; corpus ullum anima. Corpus enim nõ eſt.*
*Corporis autem aliquid, atq; ideo in corpore exiſtit, &*
*in corpore tali. Et non quemadmodum priores in cor-*
*pus ipſam concinnabant, nihil præterea determinãtes,*
*in quo & quali. Licet neq; uideatur, quodcũque recipe-*
*re quodcunque. Sic autem fit, & ſecundum rationem.*
*Cuiuſque enim actus in eo, quod poteſtate ineſt, conue-*
*nientique materia aptus eſt gigni. Quod quidem igitur*
*actus quidam eſt, & ratio eius, quod potentiam habeat,*
T.27 *ut tale ſit, manifeſtum ex iis. Ex potentiis autem ani-*
*mę, quæ dictę fuerũt, aliis quidẽ inſunt oẽs, quemadmo-*
*dum diximus, aliis aũt quędam ipſarum. Nonnullis aũt*
*una ſola. Potentias aũt dicimus, nutritiuam, ſenſitiuã,*
*appetitiuam, motiuam ſecũdum locum, cogitatiuã. Ineſt*
*aũt plantis, nutritiua ſola. Aliis autem & ipſa, & ſenſi-*
*tiua. Quod ſi ſenſitiua, profecto & appetitiua. Appe-*
*titus quidem.n. cupiditas, & ira, & uoluntas. Animalia*
*uero omnia, unum habent ex ſenſibus, tactum. Cui au-*
*tem & ſenſus ineſt, et uoluptas, atque dolor, & ſuaue ac*
T.28 *moleſtum. Quibus autem hæc, & cupiditas. Suauis nã-*
*que appetitio ipſa eſt. Præterea uero nutritionis ſen-*
*ſum habent, tactus enim nutritionis ſenſus.*

Cõ. Recte igitur non id, quo uiuimus, materiam interpretabamur, uiuere nãque ipſum in perfectione eſt, materia aũt eſt potentia, utpote ex ſui natura imperfecta. Verũ cuius nam aĩa eſt actus? Animati, inquit ipſe, hoc.n. eſt, quod ex utriſq; reſultat. Ac ſicuti medicum per ipſam medendi ſciam figuramus, atq; effingimus, & bene ualentem per ſanitatem, pariter & ab animato tanquã in terminum reducimus animam. Etenim aut in corpus aut in aĩam deſinemus. Sed ipſum corpus indeterminatum eſt, atque cum ipſo animato (ſi per ſe acceptum fuerit) oppoſito ſe habet modo. Maxime uero anima perfectio eſſet, ſi ſola per ſeipſam relinqueret, at enim ipſa eſt alicuius corporis perfectio, uidelicet animati. Merito igitur eos cõmendat, qui animam nec corpus eſſe, nec ſine corpore exiſtimauerunt ſtare. Etenim quodquod rationalis animæ ſeparabile eſt, præcipue quidem appellatur ab ipſo intellectus, præterea & ipſe corporum eſt actus in delatione illa ad exteriora facta ita, ut ipſe nauta, nauis. Qm̃ uero uitalis actus duplex eſt, alter quidem tanquam organi effictor, & formator, adeo ut organum ſit, alter aũt, tanquam organo utẽs, dupliciter quoq; neceſſarium eſt intelligere id, quod dixerat, non ſine corpore, atq; id, corporis aliquid eſſe. Atq; adeo in corpore adeſſe neceſſarium eſt, non quidem quocunq;, ſed organico tantum, proprieq; cuilibet uitæ inſtrumentario. Etenim quod potentia eſt, id ubiq; tale eſt, qualis actus exiſtit. Sermoq; hic maxime eſt neceſſarius, ſcilicet, cuiuſq; actum proprio atq; conuenienti ſibi, poteſtate ineſſe. Quo in loco rurſus uitales potẽtias nobis inſuſurrauit, quot ſint, & quales, et quod poſſe ſit nutritiuam quibuſdã tantum ineſſe, animalibus, præterea & ſenſitiuam, & qđ has quædam conſequitur appetitio, quandoquidẽ & uoluptas, & dolor iucundumque, ac graue occurrunt una, primæ quidem tanquam quædam ſenſitiuæ paſſiones & affectus: poſteriora uero tanquam harum paſſionum effectiua. Quorum amborum ſenſus iudex eſt. Cæterum ubi dixit qualis nam conſequatur appetitio omnibus, quibus & ſenſus, quæ uidelicet cupiditas eſt, non ea quidem, quæ boni eſt, ueluti uoluntas, nec uictoriæ, aut honoris, aut ultionis, ueluti ira ipſa eſt, ſed cupiditas iucundi illius apud ſenſum, cauſſamq; appoſuerit, qđ nutritionis ſenſum habeant, ipſi quidem nutritioni uoluptate ſubſequente, ἀτροφίᾳ uero, hoc eſt nutrimenti defectui, mærore, hoc ipſum cõfirmat, quod uidelicet animalia nutritionis ſenſum hñt ipſum tactum, qui uel omnibus animalibus ineſt.

*Siccis enim, et humidis, calidiſque ac frigidis nutriuntur aĩalia omnia. Horum aũt ſenſus eſt tactus.*

Animalia nanque omnia generationi obnoxia his participant qualitatibus, iuxtaque has & generationes, & corruptiones, pariter & alterationes, augmentaque, ac diminutiones fiunt. Tactum aut, manifeſtũ eſt, perceptiuum paſſiuarum qualitatum eſſe.

*Reliquorum uero ſenſibilium, per accidens. Neq; enim quicquam ad nutritionem confert ſonus, neque color, neque odor. Humor autem unum quid tangibilium eſt, fames autem & ſitis, cupiditas, fames quidem calidi, & ſicci. Sitis autem humidi & frigidi. Humor uero tanquam condimentum horum quoddam exiſtit.*

Tactus quidem enim etiam ſenſus eſt ſecundum accidens aliorum ſenſibilium, ut ſonorum, colorum. At uero non hoc meo quidem iudicio dicere uult, ſed quod is ſenſus per accidens ſentit nutritiua, uel ſi ſint aliorum ſenſuum obiecta. id quod indicat, huius dicti cauſam hoc ipſum eſſe dicens quod ad nutritionem alia nihil quicquam conferant. Quoniam uero dulcis humor nutritiuus eſt, primo quidem infert, quod humor etiam tangibilium eſt, cum ita ſit guſtus ipſe, ut pote qui omnibus ineſt, quibus & tactus: deinde quod nutritiua quidem per ſe ſunt ſiccum & humidum, & tactilia ipſa, humores autem cõcurrunt ad nutritionem, tanquam tangibilium condimenta.

*Diſceptandũ aũt de his erit poſterius nunc aũt in tã-* T.29
*tum nobis ſit determinatũ, quod animalibus habentibus*

*tactum,ineſt etiam & appetitio. De imaginatione autē immanifeſtum. Poſterius autem conſiderandum. Nonnullis aūt pręterea ineſt & quod ſecundum locum mouet,aliis aūt & quod cogitare poteſt,& intellectus.*

Diſceptandum inquit,non in his tm̄, quæ hoc in libro ſunt dicenda,ſed etiā in libro de ſenſu,& ſenſibilibus.Longiori.n.ibi ſerie de humoribus determinat. Cæterum ubi paſsiuas qualitates, nutritiuas eſſe primo confirmauit, ex eo,quod alterationes per ipſas fiant, hoc idem cōprobat teſtimonio uitæ, alimoniam appetentis, ſames nanque atq; ſitis,ſunt nutrimenti appetitiones. Quarum altera calidum & ſiccum magis expetit,altera uero, frigidū & humidum. Etenim quæcunq; frigida, atq; humida ſunt edulia,ad ea omnia ſitis mouetur. Sicciora uero, & calidiora edulia ſames arripit. Immanifeſtum aūt inquit de imaginatione eſſe,non ita quidem, quod nō omnibus inſit animalibus ( ſi cui placuerit imaginationem appellare, & indeterminatum,& indiſtinctum tangibilium abſentium cō ſenſum ) ſed immanifeſtum inquit,ideo, quia imaginatio nonnunquam ea tm̄ dicitur,quæ determinata,quæq; memoriam reficit: nōnunquam & ea ſola imaginatio appellatur,quæ aliqua nobis aſſueſcere faciat, atq; adeo familiaria fieri in cauſſa eſt, cum uero dixerit,appetitionē his ineſſe,quæ tactum habeant ſubdit etiam, & quod ſecundum locum mouet,nō tn̄ in omnibus ſcilicet:ſed ipſis ſenſitiuis quidem,atq; hoc profecto,ueluti & qđ cogitat.

*Veluti hominibus, atque ſiquid tale eſt aliud, uel etiam nobilius.*

Tale quidem aliud eſt,humana aīa ab hoc ſolido corpore ſeparata,præterea & quæ paſsibili corpore, eodēq; tenuiſsimo unitur. Nobilius aūt ſi unquam Dæmoniacum genus ſupponeretur,qđ & ipſum in paſsibile corpus migraret. Si aūt cœleſtia quoq; animalia ſunt, ſenſumq; habent,& appetitionem,non quidem paſsiuā, nec a ſenſibilibus extrinſecus occurrentibus excitatam,ſed certe intrinſecus tum ſenſibilia cognoſcentem oīa,tum ea diſponētem, profecto uerbum id, nobilius, nō de demonibus illis tm̄, ſed etiam de diuinis aīalibus accipiendum eſſet.

T.30 *Manifeſtum igitur,quod eodem modo una eſſet ratio animæ & figuræ.*

Cō. Antea iam determinauimus,ꝙ in his, quæ ab uno,ad unūq; eſſe dicuntur,neceſſarium quidem eſt, cōem quandam aſsignare rōnem, nō eam uero ſolam ſufficere ad exactam notitiam,contemplationēq; certam,ſine propria ſecundum quāq; ſpēm ratione. Sic ſane & figura de his,quę ipſi ſubiectæ ſunt,prædicatur:nec ſimplr̄ tantum ipſa figura,ſed rectilinea etiam figura,primo quidem de triangulis dicitur,ſecundo uero de polygonis, hoc eſt multangulis: quandoquidem quia in oibus alijs figuris triangulus cōſiſtit. Atqui & aīa ipſa de diuerſis animis ita prędicatur.Ea igitur etiam,quæ uniuocē prædicantur,ab ijs ſunt inſeparabilia,quæ ſibi ſubiecta ſunt. Verum in his natura quædam adeſt, quæ licet non ſit ſeparabilis, attamen una quędam eſt communis natura,ab his diuerſa, de quibus prædicatur: quæq; ſuiipſius ratione non euariat,atq; adeo quæ una eſt,unaq; rōne ſit compræhenſibilis. In quibus uero primum & ſecundum adeſt,illud quidem cōe non reperitur inuariabile,ſecundum quanq; ſpeciem diuerſificatum tm̄. Atq; iccirco quidem nec unam dicēdum eſt naturam eſſe eam,quæ prædicatur, ſed hoc totum, unā multiplicē, pariter nec unam eſſe illius communis diffinitiuam rōnē, ſed præter cōem,dicendum eſt opus eſſe diſceptatione priuatim per particularia facta. Qua quidem rōne & Ariſt. communem tradidit rationem. Qm̄ quæ ab uno ſunt,nō omnino æquiuoca erant: non eam tamen ut perfecte elaboratam ac perfectam accipit,ſed magis eam rationem,ſiue diffinitionem accipit, quæ id quod unaquaque in anima, eſt proprium, tanquam commune quoddam ſeiunctim,ac peculiariter tradat.

*Neq; enim ibi figura præter triangulū eſt, & eas, quę deinceps. Neq; hic aīa pręter eas, quæ dictæ ſunt. Eſſe aūt poſſet & in figuris ratio communis,quę quadrabit quidem omnibus,propria uero nullius erit figurę ſimiliter quoq; & in animis,quæ dictę ſunt.*

Non ita quidem ibi non ineſt figura,qm̄ non eſt ſeparabilis,ſed quia non una natura in omnibus inuariabilis adſit. Neq; hic anima præter eas,quæ dictæ ſunt. Non.n. quæuis eodem modo eſt aīa,quandoquidem nec quæuis eodē modo eſt actus. Præterea nec ſunt a corporibus eodem modo inſeparabiles, nec ſimili quoq; ſeparabiles modo. Vtrum igitur neq; aīal uniuoce de hominibus,equiſque prædicatur,quandoquidem id ſit cū differentijs? An differentiæ hic ſunt animalis diuiſiuæ,rōnale, uidelicet & irrationale: ibi aūt non eſt uniuocum, qm̄ conſtituentia prædicatum,diuerſa ſunt, ueluti in ipſo corruptibili, atq; incorruptibili aīali? Qm̄ corruptibile,et incorruptibile nō ſunt aīalis diuiſiuæ differentiæ,uerum ſubſtantiæ quidem diuiſiuæ,ea uero,quæ ſub ipſam ſunt,cōſtituentes. Ipſum igitur corruptibile ab incorruptibili diſtinctū eſt, nō quidem diuiſiua,ſed conſtitutiua differētia. Sic ſane & ipſum ſeparabile,aut inſeparabile, aut partim quidem ſeparabile,partim aūt inſeparabile,uel etiam omnino inſeparabile, quodq; tanquam inſtrumento utitur, id quod inſeparabile eſt,aut ut quod eſt organi effectiuum,nō aīarum ſunt diuiſiuæ differentiæ,ſed conſtitutiuæ. Subſtantiæ nanq; incorporeæ ſimpliciter ſunt diuiſiuæ.Ratio aūt illa in huiuſmodi quidem cōis,omnibus profecto quadrabit, quatenus nō oīno ſunt æquiuoca:nullius uero erit propria. Neque enim cuiuſuis ſpeciei erit, quatenus ſpeciei ( non enim alijs conueniet ) nec erit unius,omnium communis. Quoniam nec commune id una quędam eſt natura, eo ꝙ, id, quod prædicatur,non uniuocum eſt.

*Vnde ridiculum eſt quęrere communem rationē & in his & in aliis,quę nullius eſt eorū, quę ſunt propria ratio: neq; ſecundum propriam, atque indiuiduam ſpeciem omittentes eam, quę huiuſmodi eſt.*

Non ſimplr̄ uult ridiculum eſſe quærere cōmunem animæ diffinitionem,ſed ridiculum inquirere cōem, dimittēdo eam quæ ſecundum propriam & indiuiduam ſpēm aſſerri poſſet. In prædicationibus nāq; uniuocis, uel ex ipſius philoſophi mente,cōis inquirenda eſt diffinitio, quoniam unius cuiuſdam eſt propria quod ſcilicet cōmuniter prædicatur. In his uero,nullius eſt,niſi præter cōem rationem,aſſumamus etiam propriam. Non enim ipſius communis eſt,quoniam non eſt unum,nec etiam ullius indiuiduarum ſpecierum exiſtit.

*Proximo autem modo ſe habent cum eo, quod de figuris, & quę circa animam. Semper enim in eo,quod deinceps eſt, ineſt potentia quod prius in figuris, & animatis,ut in quadrato,trigonus:in ſenſitiuo autem,nutritiuum. Quare ſecundum unumquodq; quęrendum,quę cuiuſq; ſit anima, ut quę plantę,quęq; hominis: aut belluę. Quam uero ob cauſſam ordinatim ita ſe habeant, conſiderandum: ſine nutritiuo nanq; non eſt ſenſitiuū. A ſenſitiuo uero ſaparatur nutritiuum in plātis. Rur-* T.31

ſus

*ſus quoq; ſine tactiuo ſenſu, aliorum ſenſuum nullus*
*conſiſtit. Tactus autē ſine aliis conſiſtit. Multa enim*
*animalia, nec uiſum, nec auditū habent, neq; olfactus om*
T.32 *nino ſenſum. Ex ſenſitiuiſq;, quędam habent, quod ſe*
*cundum locum motiuum eſt, quędam non habent. Ex-*
*tremum autem atq; minimum, ratiocinium atq; diſcur-*
*ſum. Quibus nanq; corruptibilium ratiocinium ineſt,*
*his etiam reliqua omnia. Quibus autem illorum unum-*
*quodq;, non omnibus ratiocinium.*

Cō. In his, quę ab uno eſſe dicuntur, omnibus, & primum, & ſecundum & tertium datur. Quodque in primo eſt, id in his etiam, quæ conſequuntur, ineſt: licet id quidem ſic euariatum, & alio, atq; alio modo fiat. Quod uero ipſius communis particeps eſt primo, non omnino ſtatim & ipſum in aliis, quæ ſubſequuntur, adeſt. Ipſa igitur ſubſtantia, quæ primo ens eſt, in ipſis non reperitur accidentibus. At in figuris, triangulus eſt in quadrāgulo, nutritiuumq; in ſenſitiuo: non his tamen eodem modo accidit. Neque enim triangulus in quadrato actu eſt: ut per ſe erat, pariter nec nutritiuum in ſenſitiuo, ut per ſe, adeſt. In ipſis nanque plantis omnino ſeſe inſeparabiliter habet. In animalibus autem manifeſtius utens ipſum præmonſtrat, ſeq; cū ſenſu congrue, apteq; habet. Reliquorum nanq; ſenſitiuorum anima tota, per ſeipſam totam degit. Quare ipſius nutritiua portio, cum ſenſitiua quaſi connata eſt. Hinc igitur optime concludit, oportere propria ſecundum quāq; ſpeciem diffinitionem reddere, ne ſola cōmuni ratione contenti ſimus. Cum uero deinceps uellet cauſſam ſubdere, ueluti in ſuperioribus pollicitus fuerat, ob quā uitalium potentiarum nonnullæ ſine aliis ſubſident, atq; ſubſiſtunt, ipſæ uero non ſine illis, prius quænā ſint utræq;, tradit. Manifeſtaq; ea ſunt, quæ fuere dicta. Quoniam autem & perpetua ipſa ratiocinio participant, ratiocinium autem practicum denotat intellectum, agere autem uel ipſa quoque cœleſtia ſngt in libris de cœlo, cōſtat uero, qđ nec in ipſis ratiocinium ſit imperfectū, nec actio ipſis neceſsitatis gratia ineſt, recte ad modum non oībus iis, quæ ratiocinium habent, cætera ineſſe aſſerit, ſed in his ſolis, quæ corruptibilia ſunt.

*Sed aliis quidem nec phantaſia. Alia uero hac ſolum uiuunt.*

Phantaſiam nunc appellat, imaginationē determinatā, & memoria participantem, quęq; aſſuefacere poſsit.

*De contemplatiuo autem intellectu, alter eſt ſermo. Quod quidem igitur de horum unoquoq; ratio, hæc eſt cōuenientiſsima, etiam de anima, manifeſtum.*

Non de intellectu contemplatiuo, qui in ipſis eſt incorruptibilibus, intelligit, ſed de eo, qui in nobis eſt. Etenim de ratiocinio quoque intulit, ꝙ quæ ratiocinatio in ipſis corruptibilibus eſt, ea non adeſt ſine aliis animariis potentiis, ut ſic pateat, non de ratiocinatione, quæ in ipſis eſt incorruptibilibus philoſophum loqui, ſed de ea, quæ in nobis eſt. Eſt enim profecto & in illis ratiocinatio quædā nō quidem imperfecta, neque uoluntaria, ambiguaq; quemadmodum Plato de ipſo opifice uſus eſt. Sed de contemplatiuo intellectu, qui in nobis eſt, loquitur, ut qui nec ipſis in incorruptibilibus ſit, nec ſeſe eodem habeat modo, quo practicus intellectus in nobis aut paſsiuus ſe habent. Quorum quidem paſsiuus cū reliquis complicatur uitiis, practicus autem utitur. Qui uero contemplatiuus eſt, neutrum agit. Quare ratio de ipſo diuerſa ab eo eſt, qui in pręſtantioribus, quam ut ſecundum nos ſit, ineſt, atq; ab eo, qui de aliis noſtris uitalibus potentiis dicitur: ut qui nobis quidem inſit, non tñ ei actus conueniat. Vbi uero cōcluſit eam eſſe animæ elaboratiſsimam rationē, quæ cuiuſq; propriam comprehendit diffinitionem, quandoquidem & ipſum commune priuatim ex unaquaq; accipiet, deinceps tradit modum contemplationis, circa unumquodq; uerſantem.

*Neceſſarium autem eſt, eum qui debeat de his conſi-* T.13
*derationem facere, accipere quid eſt unumquodq; horū.*
*Deinde ſic de coniunctis. Si autem oportet dicere, quid*
*unumquodque horum, ut intellectiuum, aut ſenſitiuum,*
*uel nutritiuum, prius adhuc dicendum, quid intelligere,*
*quidque ſentire.*

Conſiderationem appellat ſcientialem cognitionē. Hæc Cō. enim formā ipſam, & quod quid eſt eſſe intelligens, hinc etiam diffinitam rem, quæq; huic per ſe inſunt, contemplatur. Hoc autem, quid eſt, formam denotat. Coniuncta uero appellat, definita, ut pote quæ aliis inſint. Verum quomodo ipſum quod quid eſt cuiuſq; ſciemus? Ab ipſa, inquit, actione & operatione. Etenim quod ſit animal, ex uitalibus illius id nouimus actionibus, quodq; ſit rōnale, ex rationalibus nouimus actionibus, pariter qđ aīal, quidq; rationale. Poſtremo cauſſam ſubiungit, ob quā ab actionibus ad ſubſtantiam migramus.

*Priores nanque ſunt potentiis actiones, & operatio-*
*nes ſecundum rationem. Sin autem ſic, horum autem*
*adhuc priora oppoſita oportet inueſtigaſſe, de illis profe-*
*cto oporteret determinare propter eandem cauſſam: ut*
*de nutrimento, ſenſibili, & intelligibili. Quare primo* T.14
*de nutritione, atque generatione dicendum. Nutritiua*
*enim anima & aliis ineſt, primaque & communiſsima*
*potentia eſt aīę, per quam ineſt uiuere omnibus.*

Quæ nanq; formam ſunt prædita, noſtri reſpectu ſunt Cō. formis ipſis priora, atq; in ipſa formis affecta intuētes, operæ pretium eſt cuiuſq; qđ quid erat eſſe nos accipere. Verum id ipſum, quod forma eſt affectum, nonnunquā quidem eſt agens, nonnunquā aūt non, atque ſic manifeſtum eſt id, quod agens eſt, perfectius eſſe, & notius ipſi cognoſcenti fieri. Quod enim potentia eſt cum eo, qđ actu eſt, exiſtit imperfectius, cum nondum adeo cognitū. Atq; alterum quidem in generabilibus omnibus, prius eſt tēpore: alterum uero rōne poſterius: qñquidem ex perfecto & cognoſcitur imperfectum, & manifeſtatur. Sin aūt ſic hoc eſt. i. ſi aūt ab actionib⁹ noticia ipſius, quod quid eſt in nobis gignit̄, actioneſq; ab iis, circa quæ eſt actio, cognoſcimus, ut nutritiua quidem ab alimento cognoſcat̄, utpote alimenti alteratrix, gignitiua aūt, cognoſcitiuaq;, ut quæ formaliter agāt, atque ſecundum formā, altera quidē in re genita, factiue, altera uero in cognoſcibili, iudicatiue, neceſſarium eſt prius de illis pertractare. Quæ etiam ab Ariſt. oppoſita appellantur, ſecundum uidelicet eam oppoſitionem, quæ in iis, quæ ad aliquid ſunt, reperitur. Sic nanq; opponitur nutriens ad nutritionem, & cognoſcibile ad cognitionem. Quemadmodum enim in prædicamentis eſt dictū, color quatenus ſenſibilis, una cū ſenſatione eſt, quatenus aūt color, natura prior eſt. Sed hoc quidem eſt cōſideratione dignum. Vel in iis etiam, quæ ad aliquid ſunt, cauſſa eſt cauſſato prior. Veluti id etiam in illis eſt dictum cognoſcibile aūt, ueluti appetibile appetens, & terminus rē terminatam, præcedit. Eandem uero ob cām, ob quā actus prior eſt potentia, etiam ipſum cognoſcibile cognitionem præcedit: utpote natura prius. Nobis uero deorſum incipientibus uegetatiua prima occurrit anima, eaq; communiſsima: eo quod omnibus ineſt mortalibus ex neceſsitate, & iuxta quam, uiuere omnibus eſt datum, quod, ut prius fuit dictum, contra diſtinguitur cum animalium uita.

*Cuius ſunt opera gignere, & nutritione uti. Maxime nanque naturale ex operibus, quæ in uiuẽtibus, quæcunque ſunt perfecta, & non diminuta, aut generationẽ ſpontaneam habent, facere aliud, quale ipſum, animal quidem animal, plantam autem planta: ut perpetuo et diuino participent, quantum poßunt: omnia enim illud expetunt. Atque illius cauſſa agunt, quæcunque ſecundum naturam agunt.*

Cum nutritione compræhendit etiam augmẽtum. Nutritio igitur & ipſa ad eſſe concurrit. Verum uegetatiuæ animæ maxime naturale opus eſt, ipſa generatio, ideſt primum, & principaliſsimum, utpote conſerẽs ad id, ut ſemper ſint, mortalia, quatenus fieri poteſt. Quod ſane diuinum recte celebratur. Entia nanque participant diuino, & in ipſo eſſe, atq; etiam multo plus in ſemper eſſe. Vnde omnia diuinum illud expetentia, æternitatem quoq;, quoad ipſis fieri poteſt, omnia appetunt. Sed nonnulla quidẽ, quæ ſub aliquam ſunt ſpẽm, indiuidua diminuta eſſe, aut naturaliter oblæſa, ueluti ipſas ſteriles, aut extrinſecus, ut Eunuchos non eſt mirum. Quod uero totæ adinueniant ſpecies, uitroneam habentes generationẽ, non alterius opere indigentes, nec altero indiuiduo in ipſis conueniente ad alterius generationem, id eſt conſideratione dignum. Eſſe nanque poſſunt & animalium integræ ſpecies ita degẽtes, ob ſui extremam perfectionem illam, ut eorum indiuidua omnia ſine ſemine naſcantur, ſintque, ueluti in aĩalibus, tota diminuta. At uero & plantæ illud diuinum expetunt, eandem ob cauſſæ compræhenſionem naturali uiuacitate excitatam. Neq; n. oportet oĩnu appetitionem accipere, ut cognoſcitiuam: ſed etiam, iuxta internam, ſubſtãtialẽq; uirtutem, præſtantioriſq; retentionẽ. Siquidem & materiam dictum eſt quoq; diuinum appetere.

T.35 *Id uero, cuius gratia, duplex. Hoc quidem, cuius, hoc autem quo. Quoniam igitur participare non poſſunt ipſo ſemper, & diuino, continuatione, propter id, quod nihil contingit corruptibilium, idem, & unum numero permanere, quo poteſt participare unumquodq;, ſic participat: hoc quidem magis, illud minus, & permanet nõ idem, ſed ut idem: numero quidem non unum, ſpecie autem unum. Quapropter ſemen animalium, & plantarum, organum eſt.*

Cō. Quẽadmodũ id quo uiuimus, duplex eſt, hoc quidẽ ut forma, hoc aũt ut forma affectũ: itidẽ & cuius gratia, atq; finis, duplex eſt. Hoc quidẽ ut perfectio & bonitas, hoc aũt ut perfectũ, & bonũ factum. Quorũ alterum quidẽ, ut uirtus, & ſanitas eſt. Alterum ut ſtudioſus, & ſanus. Et hoc quidẽ ut cuius, illius uidelicet, cuius eſt aſſecutio. Hoc aũt eſt ut quo, eo ſcilicet quo participatio ipſa acquiritur. Reliqua ſunt nota et clara: ut qđ ſcilicet corruptibilia ipſa, ſm ſpẽm, at non continuatione ſint perpetua, eo quod nõ eadem numero maneant, ſed ab inuicẽ diſiungantur.

T.36 *Eſt autem anima uiuentis corporis cauſſa & principium. Hæc autem multis modis dicuntur. Attamẽ aĩa iuxta diuiſos modos treis, cauſſa. Etenim, unde motus, ipſa & id, cuius gratia, & ut ſubſtantia animatorũ corporum, anima eſt cauſſa.*

Cō. Quatuor quidem modis cauſſæ dicuntur. præter materialem uero cauſſam, omnes iuxta alias treis animam uiuẽtium facit cauſſam.

T.37 *Quod quidem igitur, ut ſubſtãtia, manifeſtum. Cauſſa nanque ut ſint omnia, ſubſtantia eſt: uiuere uero uiuentibus eſſe eſt. Horũ uero cauſſa, & principium anima. Præterea uero eius, quod potẽtia eſt, ratio, aut actus. Manifeſtum autem, quod & cuius gratia, cauſſa eſt anima. Quemadmodum enim intellectus gratia alicuius agit, eodem modo & natura, & is eſt ei finis.*

Inquit, ut ſubſtantia, hoc eſt, ut forma. Subſtantia nanque ut cætera ſint, cauſſa exiſtit. Ad ipſum nanq; eſſe, oẽs concurrunt cauſſæ, cuius ſunt cauſſæ. Materialis aũt cã, tã quam ſuſceptiua, & ſine qua non. Efficiens uero, ut per generationẽ res in eſſe deducat. Finalis uero cauſſa, eius qđ perfecte abſolutum fuerit, & ſecundum naturam. Simpliciter uero cauſſa ipſius eſſe, forma eſt. Quandoquidẽ cõpoſitum ſecundum formam habet eſſe, ueluti uiuens ſecũdum uitam, & animatum ſecundum animam. Qm̃ igitur forma cauſſa eſt, ut res ſint ſimplr̃, & abſque ulla additione, uidelicet, ut perfecte ſint, ut per generationẽ in eſſe deducantur, ſed tantum ut ſint, ipſum præterea uiuerę cauſſa eſt, ut uiuẽtes abſque ulla ſint additione, anima uero huius uiuere eſt cauſſa, profecto anima, erit tanquam forma uiuẽtium cauſſa. Atqui id ex tradita ipſius diffinitione, Ariſto. in memoriam reuocauit. Quod. n eius, quod potẽtia eſt, exiſtit actus. id formalis eſt cauſſa. Poteſtate nanque compoſitum eſt cauſſatum. Actus autem eſt forma. Anima uero actus eius eſt, qđ poteſtate uiuit: quare & forma eſt, quam appellat ſubſtantiam. Aĩam præterea uiuentium cauſſam eſſe, tanquam finem demonſtrat præcipiens, id cuius gratia, non in ijs tantum, quæ a nobis ſecundum rationem, & intellectum fiunt, ſed & in ijs etiam, quæ a natura producuntur, adeſſe. Sicuti in ſecundo naturalis auſcultationis demonſtrauit, quoniam, id cuius gratia, eſt ipſe finis.

*Tale autem in animalibus anima ſecundum naturam. Omnia enim naturalia corpora, animæ inſtrumẽta: quemadmodum quæ animalium, ſic quę plantarum, ut animæ cauſſa exiſtentia.*

Tale quidem dixit, pro, id cuius gratia, & finis. Quod quidem ex eo oſtendit quod ſcilicet tũm uiuentium, tum plantarum corpora, ſint animæ organa. Organa n ſunt eius gratia, quod utitur: ut illud agat. Quod uero, ſecundum naturam, additum fuit, alterius de eadem re demonſtrationis occaſionem tradit. In ijs enim, quæ naturaliter ſunt producta, adeſt & perfectum, & perfectio. At quod perfectum eſt. id ſecundum naturam dicimus. Qm̃ uero, quod optimum in naturaliter uiuentibus eſt anima, atque ideo ſcđm naturam, hoc aũt eſt finis, aĩa profecto in ijs, quæ naturaliter uiuunt, finis erit.

*Dupliciter autem, id cuius gratia, hoc quidem cuius, & hoc, quo.*

De his rurſus meminit, idque, ut ponamus, animã eſſe cauſſam, non autem ut perfectionum præſtantiſsimam. Etenim hoc, finis eſt, ut quo, anima uero, ut cuius. Quãdo quidem anima non ſolũs tãtum uiuere uiuentibus eſt cã, ſed etiam perfecte uiuere.

*Atqui & unde primo motus ſecundum locum, anima, non omnibus autem ineſt uiuẽtibus uis hæc. Eſt præterea & alteratio & augmentum ſecundum animam. Senſus autem eſſe uidetur alteratio quędam. Nihil autem ſentit, quod non habet animam. Similiter autẽ & de augmento, & diminutione ſe habet. Nihil. n. decreſcit, nec augetur naturaliter, quod non nutritur. Nihil aũt nutritur, quod nõ participat uita. Empedocles aũt* T.38

non

*non bene dixit, addens augmentum contingere plantis, deorſum quidem radicibus actis, quia terra ſic feratur ſecundum naturam. Surſum uero, quia ignis eodē modo. Neque enim recte ſurſum, & deorſum accipit. Neque.n.idem omnibus ſurſum & deorſum, & uniuerſo. Sed quemadmodum caput animalium, ſic radices plantarum. Si oportet inſtrumenta diuerſa dicere, & eadem operationibus.*

T.39 *Præterea quid nam eſt, quod continet, ignē et aquā in contraria delata? Diſsipabuntur nāque, niſi quid aderit prohibens. Sin autem eſt, id eſt anima, & cauſſa augendi, & nutriendi.*

Cō. Efficiens quidem eſt, quod res in eſſe deducat, quemadmodum id, quod ſine generatione, non efficiens, ſed finale Ariſt. appellat. Inquirēs aūt in octauo naturalis auſcultationis libro, quid nā ſit, qđ naturali motu elemēta moueat, ipſum, quod res in naturā producit, ſiue conſtituens ipſum, eſſe aſſeuerat. Cui rei ex aduerſo illud reſpōdet, animam, quæ ſecundum naturam aīalia intrinſecus, at e ſola moueta ppetitione, eorū eſſe cōſtitutricē. Neq;.n. ſuiq; natura, aut ſola moueret appetitione, niſi etiam ipſorum cōſtitutrix eſſet. Cum uero mortalia corpora non ſine rpepetua, patet quod per generationem aīa eſt eorū cōſtitutrix. Ipſam igitur etiam Entium efficientem cām, aīam demonſtrat eſſe, ex eo quod ipſa ſcđm naturam tanquā uiuentia moueat. Omnia quidem, ut creſcentia & decreſcentia, & ut ſummatim dicamus, nutrimentum ſuſcipientia: quę & ſcđm quantum, & ſecundum quale mouentur. Aīalia uero oīa ſecundum quale. Senſiuua nāq; ſunt oīa, atq; in ſentiendo alterantur. Plurima quoq; interne locali motu mouentur. Sed quod internus localis motus, ſenſitiuaq; alteratio ab aīa proficiſcanť, cōſtat. Nutritio uero uideri forſitan poſſet non ab anima dependere, ea rōne, quia nōnulla quoque inanimata nutriri uideantur, qñquidem creſcunt, & decreſcunt: atq; etiam, quia nutritionis cām plæriq; elementis aſsignāt. Quæ concauſæ quidem ſunt ponenda, non tamen motiua, ſed id animæ tribuendum. Vt.n. iam fuit dictum, nil nutritur, quod non participat uita. Quandoquidem non ex oī parte adiectio ipſis in inanimatis ſit. Sed nec auctio in ipſis uiuentibus, ob elementorum delationem: quemadmodum in plantis Empedocles dicere uidetur. Qui radices per terram impactas eſſe inquit, quia terra ad inferius mouetur. Augmentum uero ad ſuperiora fieri, ob ignem, qui eo defertur. Primo quidem enim, non idem uniuerſo, & uiuentibus eſt ſurſum, & deorſum. Si igitur in plantis, quod ſurſum eſt, id ſunt radices, ſiquidem animalium capiti, principalibuſq; particulis proportionales ſunt, oportuerat ad inferius, quemadmodum in plantis eſt, terram tendere, ignem uero ad ſtipitem. In aīalibus nanque terreſtre refertur ad oſſa, calidum uero ad cor & hepar. Quinetiam cur non ab inuicem diſsipantur, tum quod ſurſum fertur tum quod deorſum? Quam uero ob cām non ipſam plantā derelinquent, ubi alterū quidem ad ſuperiora deferať, terra uero ad radices? Aut quid nā eſt, quod in unumquodq; membrum ambo contrahit? Aut quid nam eſt, quod diſtinguit, & diuidit, quouſque augeri uideantur? Sin autem aderit, id profecto anima eſt, omnis enim forma cohibendi uim habet, utpote ea, ſecundū quam. Anima uero non ut forma tantum, uiuentium eſt cauſſa ſed etiam ut efficiens.

T.40 *Videtur aūt nonnullis ignis natura ſimpliciter cauſſa nutritionis, & auctionis eſſe. Etenim ipſe uidetur ſolus ex corporibus, aut elementis nutriri, & augeri. Vnde & in plantis, & in aīalibus exiſtimare poſſet aliquis, hunc eſſe, agentem. Is uero concauſſa quodam pacto* T.41 *quidem eſt, nō tamē ſimpliciter cauſſa. Sed potius aīa. Ignis.n. auctio in infinitum fit, donec adſit cōbuſtibile.*

Empedocles quidē, licet nō aperte, manifeſtus tñ poſuiſſe Cō. elementa nutritionis eſſe cōcās. Cām nanque in corpora trāsferebat. Nonnulli uero nō quidem in ignē ſed in ignis naturā, hoc eſt, in formā ignē ipſum determinantē, non ut coucām, ſed ſimplr, & proprie, nutritionis cām trāsferūt. Rem inde coniectantes, quod ſolus inter cætera elementa nutriatur. Vt enim delationis ad ſuperiora igneā formā eſſe cām dicimus, ſic ſane & nutritionis, ſi per ſe nutritur ignis, atque adeo inde & plantæ, & aīalia ob ignis cōmunicationem nutriantur. Sed nec nutritur ignis, quia nec remanet. Atque maior etiam, quā antea erat, ſemper fit, ubi maiorē arripiat materiam Nec etiam ſimpliciter, & proprie eſt cauſſa, ſed potius nutritionis con cā. Eo.n. aīa utiť, ut quæ moueat. Simul.n. pbs demonſtrat, quod nec per ſe nutritur ignis, & quod id aīatorū eſt proprium, adeo ut recte poſsimus aīam eſſe cām dicere, ex eo, quod ignis in comburendo indefinite multiplicetur.

*Eorum autem, quę natura cōſtant, finis eſt, ratioque magnitudinis, & auctionis. Hæc autem ſunt aīę, nō aūt ignis, & magis rationis, quam materiæ.*

Non aīatorum tm̄, ſed & oīum naturalium rerum reliquorumq;, quæ ipſis inſunt & magnitudinis. cām eſſe formam exiſtimandum eſt, atque iuxta quoq; formā, rōnalē illam reuolutionem, quæ ab impartibili deriuās, in diuiſionem tendit. Per media nāq; fit proceſſus. Terminus igiť eſt forma, tanquam indiuiſibilis limitatio, & finis. Intermedia uero cōtractio, ſimul & diſtinctio, eſt rō. In ipſa uero auctione, non ignem tm̄ naturalem dicendū eſt eſſe cām, ſed aīatam etiam rationem. Auctio nanq; magis eſt rōnis ipſius, quam materiæ. Ignis aūt, auctionis quidē materialis eſt cā, aīa uero tanquam ratio: & hæc quidem etiam longe cōuenientior, atq; iccirco quidē inquit magis: ignis enim mouetur, anima aūt eſt primum mouens.

*Quoniam aūt eadem uis animę, quę nutritiua, & generatiua eſt, de nutrimento neceſſariū determinare primū. Diſtinguitur enim ab aliis poteſtatibus, hoc opere.* T.42

Vbi demonſtrauit, qđ nec corpora, nec naturales corporum formæ nutriendi partes hñt, ſed quædā extrema aīa id muneris obtinet, nunc modo inquit, quod licet nutritiua eadem cum generatiua ſit, de ea tñ, tāquā de nutritiua eſt dicendum primo: qm̄ ab extremis etiam incipimus. Generatio uero eſt perfectior actio, atque etiam q̄a ſemen ſubſequitur nutritionē, ſiue modo ſit ipſius nutrimēti quoddam ſuperfluum, ſiue quędā corporis particula, ut ij ſunt arbitrati, qui ipſum aut ſanguinem, aut medullam eſſe dixerunt: ſiue aliud quid naturæ opus, hoc ipſum eſt ſane imperfectus fœtus. Qm̄ igitur de nutritiua potētia, eſt habendus ſermo; de nutrimento prius loquendum eſt: Alimentum, nāq; pro nutriente acceptum, nutritioni opponitur, ueluti ea, quæ ad aliquid ſunt: ita ut nutritio pro nutrito accipiatur. Ab alijs uero aīatis potentijs diſtinguitur hoc opere, nutritione ſcilicet, & nutriendo. Cō.

*Videtur autem alimentum eſſe contrarium contrario, non omne autem omni. Sed quęcunque contrariorū non ſolum ortum ab inuicem habent, ſed & auctionem. fiunt nanque multa ex ſe mutuo, ſed non omnia quęcunque, ut ſanus ex ęgrotante. Apparent autem neq; eodem modo illa mutuo eſſe alimentum. Sed igni quidem aqua eſt nutrimētū. Ignis autē nō nutrit aquā. In ſimplicibus* T.43

*igitur corporibus, hæc eſſe uidentur maxime, alterum, alimentum quidem, alterum nutritum.*

T.44 *Dubitationem autem habet. Inquiunt.n. aliqui ſimile a ſimili nutriri, quemadmodum etiam augeri. Aliis autem, ut dicebamus, contrarium uidetur, contrarium a contrario, utpote quia ſimile impaſsibile eſt. Nutrimẽtum autem mutari, & concoqui. Mutatio autem in omnibus ad oppoſitum, aut medium.*

T.45 *Pręterea nutrimẽtum patitur aliquid ab eo, quod nutritur, at non id a nutrimento. Veluti nec faber a materia, ſed hæc ab illo. faber aũt mutatur tantum in negotium ex otio. Vtrum uero eſt nutrimentum poſtremũ, quod accedit, an primum, habet diſcrimen. Sin aũt ambo: ſed id quidem inconcoctum, aliud aũt concoctũ, utroque profecto modo contingeret nutritionẽ dicere. Quatenus enim inconcoctum eſt, contrarium a contrario nutritur. Quatenus autem concoctũ, ſimile a ſimili. Quare manifeſtum, quod dicunt quodãmodo ambo, & recte,* T.46 *& non recte. Quoniam autem nihil nutritur, quod nõ participet uita, animatum profecto erit corpus, quod nutritur, quatenus animatum.*

Cō. Duobus cum dicatur alimentum modis, ut ipſe inquit, concoctum.ſ. & inconcoctum, atq; aliud quidem ſimile, aliud aũt diſsimile nutritio, contrarium ipſum quoque appellat: nõ cõtrarium, uti forma formæ. Nutriens.n. & nutritum ſubſtantiæ ſunt, ſed quia alimẽto annexa eſt eius, quod nutritur, priuatio: potentia enim eſt ipſum alitum: ſuntque ut priuatio & forma, contraria Oportet quidem igitur & quod nutritur, ex contrario mutari, non ſic tñ ic circo, oẽ, quod ex contrario mutatur, nutritur. Neq; enim nutritio mutatio illa eſt, quæ ex nõ albo in albũ, aut morbo in ſanitatem fit. Verum oportet nõ ſecundum ſolum quale, ſed & quantum etiam atq; ſubãlem mutationẽ. ipſam fieri nutritionẽ. Hoc enim eſt ipſa adauctio. Sed nec ea quoq; eſt nutritio, niſi nutriens materialius ſit, nutritum uero formalius: id quod ex his confirmat, qui, ipſius nutriri, nomine impropriе in elementis utuntur. Ignem igiẽ nutriri inquiunt, ſed non aquam: licet etiam mutuo fiãt. Sed quod formalius eſt, ſi hoc nutriri. uocabulo proprie uelimus uti, in ijs eſt accipiendum, quæ in toto genere excellunt, quatenus.ſ. animatum ab inanimato diſcriminaẽ. Quod.n. nutritur animatũ eſſe oportet, nutriens uero nequaquam. Nutritiu igitur a mutatione fit ex cõtrario facta, idq; non ſecundum tñ quale, ſed & ſecundum quantum, atque ſecundum ſubãm in animatam formam: agente quidem per uitã eo, quod nutritur, nutriente uero patiente, aſsimilatoq; ipſi nutrito. Oportet aũt nutrimẽtum adhuc inconcoctum, contrarium eſſe nutrito, ut ſic pati & mutari poſsit (mutatio nãq; a contrario fit) Aſsimilaẽ autem, ubi concoctum fuerit. Qm̃ aũt os oſsi, & caro carni, & ut ſummatim dicam, ſimile ſimili in nutritione adiungitur, quin & nutritum in nutriens agit, id perficiens, qđ potentia in ipſo eſt, atq; in uitale ſubãm tranſmutans, uidetur autem quoque, quod nunc nutritur ex non nutriri, ad nutriri, mutari non a nutriente mutationem fieri dicit, ac nec oĩno per paſsionẽ, ſed per actionẽ, ipſaq; nutritiua aĩa intrinſecus ex ocio ad operationem permutata.

*Quare & nutritio ad aĩatum ſpectat, & non ſecundum accidens.*

Verbum, nutritio, pro nutrimento fuit acceptum. Qm̃ uero nutriens & nutritum, ut ea, quæ ad aliquid ſunt, inuicem opponuntur, nutritur autem animatum, ut animatum, mortale ſcilicet, dici profecto ꝑ ſe debet nutriens ad animatum, non aũt ſecundum accidens: ueluti ſeruus hominis dicitur. Vt enim dextra pars hepati ſubſtãtialis eſt, ſic animato nutriri. Vnde & nutritur etiam, quatenus eſt animatum.

*Eſt autem diuerſum nutrimento, & auctioni, eſſe.* T.47 *Quatenus.n. quantum quoddam animatum eſt, auctiuũ, tum conſeruat enim ſubſtantiam, & eo uſque eſt, quouſque quidem nutriatur.*

Cō. Omnino quidem, quod nutrit, & ſecũdum ſubãm mutatur, & ſecundum quantum adiungitur. Ac ſecundum ſubãm quidem mutatur, ut quod ſecundum ſubãm idem cum nutrito fiat, ſed hac quidem ratione nutrit. Secundũ autem quantum, additum auget. Etenim nutritur quidẽ animatum, ut mediante additione ſecundum ſubãm idem conſeruatum. Per adiectiouem autem quanti. poſt deperditarum partium defluxum augetur. Manifeſte quidem ubi inſtauratio maior defluxu fuerit. Iam uero, ſiue ęqualis, ſiue minor, ſecundum magnitudinem augetur, idq; per qualemcunq; poſt defluxum, adiectionem.

*Et generationis effectiuum, non nutriti, ſed eius, quale nutritum. Iam enim eſt ipſa ſubſtantia. Generat autem nihil ſeipſum, ſed conſeruat. Quare tale quidem* T.48 *animæ principium, potentia eſt, ſufficiens conſeruare, quod ipſam tenet, quatenus eſt tale. Nutrimento uero præparat ad agendum. Quare priuatum nutrimẽto non* T.49 *poteſt eſſe. Qm̃ aũt ſunt tria, nutritum, & quo nutritur, & nutriens: nutriens quidem eſt prima anima: nutritum uero, corpus habẽs ipſam, quo uero nutritur, nutrimentum. Qm̃ uero a fine omnia appellare iuſtum, finis aũt eſt generare, quale ipſum, eſſe profecto aĩa prima poſſet principium generandi, quale ipſum.*

Cō. Hinc nutritionẽ per ſubãlẽ mutationẽ fieri liquido apparet. Licet enim non fiat ipſum met nutritum (erat enim & prius) attamen nutrito fit ſimile. Nutritiua igitur aĩæ uis conſeruatiuo modo agit, nutrimẽtum uero ad agendũ ipſam præparat, non qđ moueat uitalẽ potentiam, ſed ut materia aſsidens ad excitãdã actionẽ apta, perinde ac ſunt ligna fabro. Neq;.n. anima, ſine quidem nutrimẽto, ſed intrinſecus a ſeipſa agit. Inde adeo nutriens eſt prima anima: prima quidem exiſtens, ob inhærentiam, quam cum corporibus habet. Nutritiua aũt eſt, ut quæ toti nutriendi actioni intrinſecus præſit, eamq; principaliter diſponat. Per quam nutritum ipſum eo quod habet ipſam, nutritur, & alimentum mutatur, & aſsimilatur, ſimiliterq; cum nutrito ipſo perficitur: eadẽq; eſt tum ſubm corpus cõſeruans, tum ipſum augens, atq; ſimilis generatiua. Tribuere nanque imperfecto ſemini potentiam eandem formam recipiendi, huiuſmodi animæ præſtantiſsimũ eſt opus, utpoſe cauſſa eius, quæcunque ſit perpetuitatis.

*Eſt aũt, quo nutritur, duplex: quẽadmodũ quo guber* T.50 *nat, manus & clauus. Hoc quidẽ mouens & motum, hoc aũt, mouens ſolum. Omne aũt neceſſarium eſt alimentum poſſe concoqui. Operatur autem coctionem calor. Quare omne animatum habet caliditatem.*

Cō. Quod quidẽ nutrimẽtũ ſit, quo nutritur, manifeſte fuit prædictum. Qm̃ aũt oportet nutrimẽtum a calore cõcoqui, neq; uero ꝙ ipſe primarie ſit nutriens, prædictũ.n. eſt aĩam eſſe nutritionis cãm, ignẽ uero concãm, tribus etiam connumeratis, nutriente, quo nutriẽ, et nutrito: atq; cũ id, quo nutriẽ duplr dicatur, calorẽ in hoc ordine ſtatuemus. Non igiẽ alterum, quo nutriẽ, accipiendum, audiendũue

eſt

eſt aĩam eſſe:etenim & ipſa allata exẽpla manus, & temo, ſunt media inter aĩam, tanquam mouẽtem, et nauim tanq̃ motã. Verum ſi media ſunt ea, quibus nutrit, nutrimentum. ſ. & calor, q̃uo non mouentur a nutritiua aĩa ambo? Etenim & manus & clauus a gubernatoris aĩa mouentur. Cur igitur hoc mouere dicit, hoc aũt mouere & moueri? An ambo quidem a nutritiua uita mouent: ita tñ eſt, ut in ijs, quibus nutrit, in quibus alterum quidẽ eſt motiuũ, ut ipſius uiuentis calor, motiuum inquam alterius, uidelicet cibi. Alterum aũt motum quidem a calore, mouẽs uero nutritum, utpote deprope augens, & cõſeruans?

*Adũbrate qdẽ igitur, quid ſit nutrimentũ, dictũ eſt.*

Dictum uidelicet, qđ nutrito cõtrarium quodãmodo eſt, idque dũ adhuc incoctũ exiſtit, ubi uero coctũ, ſimile: & q̃ opponit, tanq̃ id, quod ad aliquid ſit, ipſi aĩato: quo conſeruatur, & nutritum augetur, aĩatũ exiſtens, quoque utitur ad generandum ſimile: atq; etiam quod ab anima primarie mouetur, a calore autem coquitur.

*Dilucidandum autem poſterius de ipſo in proprijs ſermonibus.*

Hoc eſt in libro de generatione animalium, quod iam etiam in libris de generatione, & corruptione dixit.

T. 51 *Determinatis aũt his dicamus cõmuniter de oĩ ſenſu.*

Cõ. Poſt contemplationem de uegetatiua anima abſolutã, nunc ad ſenſitiuam tranſit, illam continuato ordine ſubſequentẽ: in qua priori doctrinæ modo utetur, incipiens ut prædiximus, ex oppoſitis, per q; ipſas mediantes actiones ad ipſius ſubam ſe conſeret. Quæ uero ſibi ad propoſitã contẽplationẽ utilia ſunt, præaccipit. Qm̃ n. ſenſus in ipſo pati cõſiſtit, ueluti dixerat, cum aĩam ſcđm qualitatẽ corpus mouere dicebat, utpote q̃a ſenſus alterationes ſint, in primis determinat, qđ id, quod ab aliquo patit, potentia quidẽ expetit aſsimiliari agẽti ipſi, at nõ actu, dũ patit, ſed ubi iam paſſum fuerit. Atq; hinc quidẽ cõcludit ſenſitiuã non poſſe alio agere modo, niſi ab exterioribus moueat. Si enim quod ſentit, id pati oportet, nihil uero a ſimili patitur, at nec multo magis a ſeipſo, non profecto ſenſus per ſeipſum ſine agente ageret, ut poteſtate prius illud faceret ſenſitiua eſſe, nõ aũt actu, fieri uero uideat actu, dum agẽs eſt præſens. At uero cum duplex ſit ipſum agens, alterum quidem potentia, alterum uero actu, pari quoque cõditione dicendum eſt ſeſe habere tũ ſenſum, tum ſentire, aliquãdo quidem potentia, aliqñ autem actu. Hic quidem igitur eſt totus propoſitæ rei ſcopus, at quæ mẽbratim ſunt ſcripta, nunc temporis exponenda ſunt.

*Dicamus communiter de omni ſenſu.*

Tractaturus enim eſt de ſingulo ſeorſim ſenſu. In primis autem de ſenſu ſimplr loquens, de omnibus communẽ contemplationem facit.

*Senſus aũt in moueri, et pati cõtingit, ueluti eſt dictũ.*

Nõ ita quidẽ, ut intelligas, ſenſitiuã uitã moueri, actu. n. iudicat, ſed ſenſus in moueri cõtingit. i. in eo qđ moueatur ſenſorium: quare & ita dixit, in moueri, uidelicet, aliqđ organũ. Et qm̃ propria quæq; ſenſibilia ſunt qualia, a quibus principaliter ſenſorium mouet, merito et pati et alterari dicit. Paſsio nãq; & alteratio ſunt ſcđm qualitatẽ mot⁹.

*Videtur enim alteratio quędam eſſe.*

Verbum, uidetur ideo dixit, qm̃ ipſa alteratio non eſt ſenſus. Iis uero eſſe apparet, qui ſenſorij paſsionẽ in actionem cum ipſo complicatã, atque utentẽ transferunt.

*Dicunt autem nonnulli, & ſimile a ſimili pati. Hoc aũt q̃uo poſsibile ſit, aut impoſsibile diximus etiã in uniuerſalibus ſermonibus de agere, & pati.*

Sic enim in libris de generatione, & corruptione, hunc enarrauit ſermonẽ, & diſcuſsit, non quidẽ de nutritiuo aut ſenſitiuo pati, ſed uniuerſaliter & ſimplr de agere, & pati. Vnde et nũc ſic inquit, dictum eſſe uniuerſalibus in ſermonibus de agere, & pati. Non enim ſimplr librum, de generatione, uniuerſalem appellat, ſed uniuerſales intelligit ſermones, de agere & pati ibi dictos.

*Habet autem dubitationem. cur non & ſenſuum ipſorum ſit ſenſus.* T. 52

Ad id, qđ dixerat, diximus, tẽdit ut ego puto hęc clauſula: habet aũt dubitationẽ. Cõmuniter. n. inquit, in illis de agere & pati diximus. Quę uero in ſenſibus ipſis apparet dubitatio, ex ijs, quę ibi ſunt dictę, rõnibus ſoluẽda uenit. Sed quęnã obſecro eſt dubitatio, & cur apparet eſſe dubitatio? An qm̃ uitalis & cognoſcitiua eſt actio, nec ſuipſius, nec propriorũ organorũ eſt perceptrix, a ſeipſa excitata, uel ſi etiam ſenſorium nõ moueat, patiens ab aliquo exteriori? Viuax. n. id eſt, qđ intrinſecus eſt, quod. p agit a ſeipſo, atque mouet corpora: ſed nõ id ad propriam actionẽ illis motis indiget. Cur nãque ipſorũ ſenſuũ non fit ſenſus? Neque uero, uerbũ, ſenſuum, pro ſenſoriorum eſt accipiendum, quẽadmodum exponit Alexander. Nõ enim rationi conſonum eſt, ut pro ipſo inſtrumẽto, ipſum utens afferat, ſubditq; id inquirens. Cõ.

*Et quam nam ob cãm, ſine exterioribus non agunt ſenſus, inexiſtente igne, & aliis elementis?*

Inſunt aũt elementa, in organis. ſ. Non aũt, ut Plutarcho uidetur, in Emped. Ariſto. inuehitur, qui elementa in ipſis poſuerat ſenſibus. Hoc n. iam dudum reprehendit. At nũc pręter id qđ non arguit, ipſum etiam per apparẽtẽ dubitationẽ defendit. Eſt igitur dubitatio talis. Cur cum ſenſitiua uita cognoſcitiua ſit, non ſeipſam cognoſcit, ipſa, inquam, a ſeipſa in ſeipſam excitata, ſed tm̃ corpora ſola cognoſcit, & ea quidẽ etiam, ab illis excitat? Sin aũt & ſenſibilibus, quæ corpora ſint, indiget, ut ad ipſam ſenſibilium cognitionẽ deferatur, cur non ad præſentia ſenſoria excitatur, cum & ipſa ſenſibilia ſint, quia ex quatuor cõſtruunt elementis? Cur. n. inquit, ipſorum ſenſuũ nõ fit ſenſus? Primo aũt dubitat, cur ſeipſos nõ percipiunt. Deinde etiam cur ſine ijs, quæ extrinſecus ſunt, non faciunt ſenſum i. cur ſenſitiua actione nõ operantur, hoc. n eſt, ſenſus facere ſenſum, & id quidẽ ſenſibilibus præſentibus, licet exteriorũ ullum non adſit, cum elementa in ipſis ſint ſenſorijs.

*Quorũ eſt ſenſus per ſe, aut p ea, quæ illis accidunt.*

Elementorum nanq; ſenſus eſt, aut per ea, quę ipſis per ſe inſunt, aut p ea, quæ alio modo ipſis inſunt. Etenim terræ ſentimus duritiem, quæ ipſi per ſe cõtingit, præterea & quẽcũq; eius colorem, & magnitudinem.

*Patet igitur ſenſitiuum non eſſe actu, ſed potentia tm̃, quare nõ ſentit, quemadmodum cõbuſtibile non comburitur ſine combuſtiuo, combureret nanque ſeipſum, & nihil indigeret eo, qui actu ignis ſit.*

Per hæc uerba difficultatẽ illam apparẽtẽ ſoluit. Quod enim a ſeipſa in ſeipſam cieat, id perfectæ eſt uitę munus, atq; eius, quę ſcđm actum cõſiſtat. Quæ uero uita non a ſeipſa cietur, aut ad exteriora defert, nõ per ſe ſolam ſufficiens eſt ſed eſt alterius indiga: atq; ideo potẽtia quodammodo eſt imperfecta, utpote quæ ad ſuas operationes altero indigeat, uel eo, ad quod, uel eo a quo. Verũ ea quę ſecundum alterã tantum partẽ indiget, a ſeipſa quidẽ excitata, ad exteriora uero delata, aut ab exterioribus in ſeipſam retorta non omnino imperfecta eſt, neq; ſolum poteſtate exiſtit. Quæ uero etiam ab extrinſeco ullo mouet, atque exteriorũ ſolum eſt perceptrix, ea tãquã ex utraque parte indiga, ptãte tantũmodo exiſtit. Senſitiua nãque uita, ultima cũ earũ, quæ cognoſcitiuę ſunt, ad cognoſcẽdũ ſit, aliorũ quoq;, nõ aũt ſuipſius præcipue cognoſcitiua eſt: atq; ab exterioribus mouetur, nõ ut ipſa inanimata, ſed ut quæ interne quidem moueatur, ut inde uitalis fiat actio, præcedentem uero in ſenſorio ab exteriori paſsionem factã ſubſequatur, atque circa illã intrinſecus cieatur: perficiaturq; iuxta occurſum internarum rõnum. Ab exterioribus aũt perfici dicitur, ut quæ perfecte intrinſecus, ex ſuique ſubſta

circa paſsionem cieatur, quæ ab exterioribus ipſis in ſenſorio fuerit immiſſa. Veluti inquiunt panē appetitū mouere, non quidem quia aliquid panis in appetitum agat, ſed quod appetitus a ſeipſo ad panem attrahatur. Et quemadmodum Plato aīatæ malitiæ cauſam in corpus trāſfert, quod tñ in ipſam nihil quicquam agit, ſed illa ob nimiam cum corpore coniunctionem et curam, a ſeipſa mala fit, atque longe peior euadit. Eſt quidem igitur & phantaſia ſolorum exteriorum perceptrix, atq; in principio a paſsionibus ſenſorij mouetur, ſed uel etiam poſt priorem motum a ſeipſa promit imagines, atq; adeo operatur uel ipſis exterioribus abſentibus. Senſus aūt ſemper exterioribus obiectis indiget, ad hoc ut ſuam obeat operationē: quare ſenſitiuum tantum eſt poteſtate, at non etiam actu, ut qđ nunquam per ſe ſine præſentia exteriorū agat. Cur igitur nō eſt ſenſuum ſenſus? Qm̄ conuerſio in ſeipſum eſt actionis ex ſe perfectę munus: ſenſus aūt poteſtate tm̄ eſt. Cur autem non percipit elementa, quæ in ſenſorio ſunt? Qm̄ oportet ſenſorium a ſenſibili affici, ut inde ſenſus ad actionē moueatur. Nihil aūt a ſeipſo patitur, ſicut nec combuſtibile ſine combuſtiuo cōburitur. Occurrit igitur etiā ad ſecundam dubitationem, idque per hæc uerba. Qm̄ ſicut combuſtibile ſine combuſtiuo non comburitur, ſic uidelicet neq; ſenſorium pati unquam poſſet a ſeipſo. Sed qūo ignis, cum actu in ſenſorio ſit, non mouet ſenſum? Quoniam neque exterior ignis in ipſum agit ſenſum, ſed in ſenſorium. Nihil aūt in ſeipſum agit.

T.53 *Quandoquidem autē ſentire dicebamus dupliciter. Quod nanq; poteſtate audit, et uidet audire, & uidere dicimus, licet dormiat. Et quod iam agit, dupliciter dici poſſet, et ſenſus: alter qdē, ut poteſtate: alter uero, ut actu.*

Cō. Quemadmodum inquit, ſentire, duplex eſt, poteſtate ſcilicet & actu, ſic etiam dupliciter dicitur ſenſus. Ipſe aūt philoſophus accipit ipſum ſenſum, tanquam ſubām huiuſmodi animæ, ſentire uero, ut actum. Ac recte admodum coniectat ex ipſa actione, qualis ſit ipſa ſubā. Erit igitur & ipſa ſubſtantia aut poteſtate, aut actu. Non quidem iuxta id quod poteſtate eſſe dicitur, primum atq; imperfectiſsimū exiſtēs, id.n. in priuatione eſt, ſed ſcđm eius quod poteſtate eſſe dicitur. ſm ſignificatum. Qualia in ſciente ipſo, ſed non agente conſiderantur. Iam.n. ſenſitiua effingūtur forma Imperfectum aūt & hoc eſt, quod potētia exiſtit. In actu nanq; perfectio conſiſtit: eaq; eſt perfecta ſubſtantia quæ ſecundum naturam agit. Quæ uero aliquādo nō agit, ab ea deficit perfectione, quæ ſimpliciter dicit̄.

*Similiter autem & ipſum ſentire, & quod poteſtate eſt, & quod actu.*

Ex actione conferens ſeſe in ſubām, tanquā ex cauſato in cām, cenſet multo magis ad ſciam pertinere, ex cā uidere cauſatum, atq; ex ſubſtantia, actionem.

T.54 *Primo quidem igitur, tanquam ſit idem pati, & moueri, atque operari, dicimus. Etenim eſt motus, actio quędam, imperfecta quidem, quemadmodum in aliis eſt dictum.*

Cō. Vbi dixit, ſentire, primo quidem in moueri, & pati cōtingere, ad id uero, quod poteſtate, deſcenderit, quod quidem cum eo, quod iam agit, cōtradiſtinctum eſſe dixerit, eademque in re, in actuali ſenſu, et moueri, et pati, atq; agere uſus fuerit, & hoc ipſum nunc temporis innuit, et ſeſe de ipſo actu excuſat, ut qui uel in ipſo motu quodammodo eo recte uſus fuerit, eo quod, ueluti in naturali auſcultatione fuit dictum, motus imperfectus ſit actus. Perfectus.n. atque adeo impartibilis etiam actus non eſt motus. Neq; uero ulterius de pati, atque moueri, qūo inuicem differāt, Ariſto. determinauit. Quod ſiquis in eo motu, qui ſecūdum paſsiuam ſit qualitatem, ipſo pati uteretur, manifeſte conſtat, qđ motus ſeſe latius extendet. Quod ſi ſimplr id intelligere accipiat, ſm mutationē ab aliquo oīno factā, tūc profecto in idē cum pati, ducere uideretur ipſum mutari. Omnis nanque mutatio ab alio fit, atq; in contrauerſione conſiſtit. Nequaquam uero ea, quæ ſcđm ſubām, aut quale, aut quantum eſt, omnino in conuerſione conſiſtit, ac præterea quæuis effectiua, aut ex eo qđ præter naturam eſt, in id quod ſecundum naturam, aut cōtrario fit. Quæ enim ſecundum totum mutatio eſt alicuius rei, ea in cōuerſione fit, eo quod uario diuerſoque cum aliis modo coordinetur. Quæ uero eandem etiam ſeruat cū aliis ſtructuram, aut ordinem, atq; in eo quod ſecundum naturā eſt, manet, cum res mota non patiatur, ſed diuerſam locorum faciat tranſmutationem, ueluti nos in cōmentariis noſtris in naturalem auſcultationem æditis diximus, non ea profecto in ipſo pati cōſiſteret, qm̄ nec etiam in conuerſione. Sed iam iis, quæ Ariſto. proſequitur, attendamus.

*Omnia autem patiuntur & mouentur ab efficiente, & ab eo, qui actu eſt.*

Hoc uidelicet, quod actu ſit, quod quidē poteſtate fuit hactenus patiens, tandē uero actu fit: ſiquidē ubi paſſum fuerit, aſsimilatur agenti. At non attritio caliditatē habet, licet ipſam faciat, nec flagellum cicatrices. Neq; enim agēs oportet pati illud, quod agit, ſed id efficere. Atq; hoc quidem pacto eſt actu agens, ut quod in patiente perficiatur, non quidem paſsiue, ſed actiue. Non igitur ſecundum ſolum Platonem, ſed etiam Ariſto. in efficiente cā, præſumptæ ſunt, eorum quæ perficiuntur, formæ, non paſsiue ſcilicet, ſed actiue, & ſubſtantialiter. In quibus quidē actus cum ſubſtantia, eadem eſt.

*Quapropter aliquando quidem contingit, ut a ſimili patiatur: contingit autem, ut a diſsimili, ueluti diximus, patitur nanque ubi diſsimile ſit, & ubi paſſum fuerit, ſimile eſt.*

Quod.n. adhuc patit̄, poteſtate ſimile eſt agenti, nō aūt actu. Vbi uero paſſum fuerit, ſimplr ſimile eſt.

*Diuidendum autem tum de poteſtate, tū de actu.* T.55

Idq; fit, quia ex his ipſum quoq; pati diſtinguet̄, et cognoſcet̄: qđ.ſ. in uerſione, atq; adeo uaria ac uaria diſpoſitione cōſiſtit, nō tñ in actuali conſiſtit mutatione. Cō.

*Nunc enim ſimpliciter dicimus de his. Eſt quidē.n. ſic ſciens aliquid, ut diceremus hominem ſcientem: quoniam homo ex ſcientibus eſt, & habētibus ſciam. Eſt autem ut iam dicimus ſcientem habentē grāmaticā. Vterque autem non eodem modo potens eſt. Sed alter quidē, quia genus huiuſmodi, ac materia, alter uero, qa ubi uoluerit poteſt contēplari, niſi aliquid impedierit extrinſecum. Qui uero contēplatur, cum actu ſit, atq; proprie* T.56 *ſciens, hoc ipſum, a, ambo quidē igitur primi ſecundum potentiam ſcientes: ſed alter quidem per eruditionem alteratus, & ſępe ex contrario mutatus habitu.*

Simplr inquit, hoc eſt, indeterminate. In quibus quidē Cō. uerbis, ipſius ſcientis, exemplo, duplicem tradit eius, qđ poteſtate eſt, ſignificatum. Alterum quidem, quod ad generationē, imperfectam pręſtet aptitudinem: alterū uero ad actionem aptitudinem præbens, idque propter habitū iam ad agendum cōparatum, nō adhuc tm̄ agētē, atq; hac ſola rōne a pfectione deficiens. In tribus nāq; pfectū conſiſtit, in ſubā, poteſtate, atq; actu. Oīs qdē igitur hō potētia ſciēs eſt, utpote ad hoc natus, ut poſsit fieri ſciens, atq; hoc generi.i. humanæ ineſt naturæ. Ac materiale quidem hoc eſt, qđ poteſtate eſt, ut quia ex eo, qꝫ fiat, & aliunde ſuſcipiat, perficiatur. Ex hac quidem ratione adiacet dictio, & materia. Qui uero iam ſcialē habitum acquiſiuit, non tamen agit, hic non ad idem eſt potens. Neque enim ad generationem

nerationem aptus eſt, ſed ad contemplationem, non ſecũdum materialem poteſtatem, ſed formalem quidem, eam tamen, quæ ſit diuiſibilium rerum, non ſolum quia actio a ſubſtãtia dirimat̃, ſed q̃a magis diuidat̃, & quia nō ſemper agat, aut q̃a nolit, aut q̃a ab aliquo prohibeat̃. Quæ utraque ipſe indicauit, inquiens, quod ubi uoluerit pōt cōtemplari, niſi quid impedierit: patet n. quod aliquando uult, & ubi uoluerit, impeditur. Verũ licet hic ab impartibili deficiat perfectione, atque adeo ut ſemper ſit in fine, aliquando tamen, iuxta id, quod ſibi conceſſum eſt, deinceps fit perfectus, ubi iam contempletur. Priores uero illi ſciẽtes imperfecti quodãmodo, atque utrique ſunt ſcd'm poteſtatem: ſed alter quidẽ perficit̃ ex alteratione ea, q̃ per ipſam acquiſiuit eruditionem, quę generatio quędam eſt, nō quia mutetur aut alteretur anima (alteratio nanq; continuus & omnino diuiſibilis eſt motus, anima uero inter ipſos uerſatur terminos) ſed ipſius quidem animæ conſertum eſt, (licet nonnunquam in ſcientiali habitu fiat, idque per occurſum intrinſecus factũ) at uero alteratione ad aı̄al ſe recipiente: ueluti hæc ſunt in ſeptimo naturalis auſcultationis dicta. Particulam autem illam, & ſępe ex cōtrario mutatus habitu, ideo dixit, aut quia ob plures particulariũ occurſus ac ſæpe ſæpius factos, unitus poſtmodũ fiat perfectus habitus, aut quia uerbum, ſæpe, pro uerbo, nonnũquam, dictum fuit, id quod mihi magis placet. Manifeſte nanque in demonſtratiuis ſermonibus fuit dictum, alterã quidem eſſe imperitiam, quæ ſecundum negationem eſt, alteram aũt eſſe contrariam: atq; alteram quidem ſola ueritate priuatã, alterã uero, quæ oppoſitã amplectit̃ falſitatem. Nonnunquam igitur mutatio ea, quæ in ſciam tẽdit, ex falſa fit opinione, atque ex oppoſito fit habitu.

*Alter uero ex eo, quia ſenſum habeat, aut grammaticam, non autem agat, ad ipſum agere, alio modo. Non eſt autem ſimplex ipſum pati, ſed hoc quidẽ corruptio quędam a contrario.*

Ad id enim, quod quis ſcientiali modo agat, non opus eſt ullum alterari organum, niſi in ebrietatibus, aut morbis aut ſomnis contingat eſſe, quod uero ſenſitiuo modo agat, pati quidem aliquid oportet, non tamen talis contingit paſsio, qualis in ſubſtantiali generatione euenit, ut ſenſitiuum fiat, ſecundum ſubſtãtiales imagines mutatum, ſed mutatur per quaſdam cōtingentes atque eas quidem paſſiuas qualitates. Quare, inquit alio modo: ante uero, q̃ id declararet, quomodo alio modo, quoniam duplex po ſuerat ipſum poſsibile, demum quoque refert, quod pati duplex eſt: de utriſque nanque propoſitum eſt dicere. Alterum enim eſt corruptio quędam, atq; mutatio ex forma in priuationem, atque adeo in contrarium mutatur, calidum uerbi gratia a frigido, ut inde in calidi deueniens priuationem aſsimiletur agenti frigido: quo cum eſt congenita priuatio calidi.

*Alterum uero ſalus magis eius, quod poteſtate eſt, ab eo, quod actu eſt, & ſimile, ita ut potentia ſeſe habet ad actum.*

Verbum, magis, caute adiacet hic poſitum. Quoniam in generatione licet quid finale cōcurrat, ipſum tñ patiens ab hoc mutatur, quod actu id eſt, quod potẽtia eſt patiẽs. Vnde & patiens ſimile agenti eſt: ſed perinde ut qd' poteſtate exiſtit, ei, quod, actu eſt ſimile ſit. Sic ſane ubi duplicẽ patiendi modũ in medium adduxit, in reliquis modo exponet, quẽadmodum hñs ipſum habitum alio modo tranſit ab ipſo non agere, ad ipſum agere.

T.58 *Contemplans nanque fit, habens ſcientiam: quod quidem aut non eſt alterari (in id nanque collatio fit, atque actus) aut alterum genus alterationis. Vnde nō bene ſe habet dicere, ſapiens cum ſapiat, alterari: ueluti nec ędificatorem, quando ędificat. Quod igitur in actum ducit, ex eo, quod poteſtate eſt, iuxta id, quod intelligit & ſapit, non diſciplinam, ſed aliam denominationem habere iuſtum eſt. At quod ex eo, quod eſt potentia, diſcit, accipitque ſciẽtiam ab eo, quod eſt actu ſciẽs, aut id non eſt profecto pati dicendum, quemadmodum eſt dictum, aut duos dicendum eſt alterationis modos eſſe, tum eam mutationem, quæ ad priuatiuas eſt diſpoſitiones, & eam, quę eſt ad habitus, & naturam.*

Hæc ſunt cum eo, quod ſuperius dixerat, ad agere alio modo, cōiungenda. De utriſque aũt cum ſuperius uerba fecerit, tum de eo, qd' ſecundũ ſenſum agat, atq; de eo, qd' ſecundum grammaticã ſimpliciterq; ſecundum ſciam, id quod ipſe, alio modo, fieri ſuperius dixerat, nũc demũ tradit, qũo ſciens ex nō operari, ad operandum mutet̃, idq; facit, poſterius de ſenſitiuo dicturus, atq; adeo etiam diſcrimen ipſis addıturus. Nō ſane acceſſus ille ex ſciali habitu ad cõtemplationẽ alteratio eſt. Qm̃ corporata ſcd'm qualitatem mutatio eſt, ipſa alteratio: in cõtẽplatione uero ſecundum ſciam facta, nihil indigemus corporea mutatione (ſiquidẽ aut ęgrotare, aut dormire, aut crapulari ipſi contingat, qñ quia mutari oportet, nō ut cooperaturũ, ſed ut nō impediturum) ſed ſola aı̄ata collatione, in actionem ex nō agẽte habitu ſe referente: atq; hoc quidẽ manifeſtũ eſt. collatio nãque ad id tẽdit, atq; ut hñtis ſciam actum, qd' quidẽ a ſeipſo perficitur ad ipſum agere: corpore ipſo nihil ad hæc affecto. Quare aut talis mutatio non eſt alteratio, aut aliud alterationis genus: qm̃ aı̄atã eam mutationẽ, nec alterationem, nec oı̄no motum appellat. Cum uero norit Platonẽ uocare mutationẽ, nō ſcd'm corporeos mot°, aut & alterationes, ideo inq̃t, aut alterũ genus alterationis. Verũ nō eſt, qd' mireris, ſapientẽ, cũ ſapit, nō alterari. Hęc n. eſt actio ipſius aı̄æ. Quo aũt ædificator, cum ædificat, nō alterat̃? An quia hic, licet locali corporis utit̃ motu, nō tñ motu ſcd'm qualitatem mouetur? Quod ſi qui corpore utitur, nō alterat̃, multo etiam magis, qui nō utitur. Deinde diſcrimen ſubdit mutationis aı̄æ, quę ex ignorantia in ſciam fit, & eius, quæ ab habitu in actionẽ tendit. Qm̃ altera quidẽ per diſciplinã & doctrinã perficitur, q̃ etiam cõſequitur corporea quædam mutatio, ueluti in ſeptimo naturalis auſcultationis fuit dictum. Altera uero per unitũ, aggregatũque plurium rõnum occurſum abſoluit̃. Cõſequit̃ igit̃ diſciplinã corporea quędã alteratio, ob reductionẽ in rõnes a ſenſu per memoriam factã. Non tñ diſciplina ipſa alteratio eſt. Ipſa nãque fit ob aı̄æ actionẽ ſcd'm rationes factam. At corporea quoque alteratio, quæ ipſam cõſequit̃ eruditionẽ, nō eſt paſsio, ſi pati q̃dem ipſum quis uellet in ſola corruptione, atq; adeo in mutatione, quæ in priuationẽ fit, accipere & interprętari, ueluti frequens quoque obtinuit uſus. Vel eſt paſsio alio modo dicta, ſiquis qd' mutat̃ in habitum, aut formã, aut conſtitutionẽ ſecundum naturam, id pati dixerit, atque appellarit. Hęc ubi de ſcientifico loquutus eſt, ſubdit etiam de ſenſitiuo.

*Senſitiui aũt prima quidem mutatio fit a generãte.* T.59 *Vbi genitum fuerit, habet iam, tanquam ſcientiam, & ipſum ſentire. Et quod ſecundum actum ſimili dicitur modo cum ipſo contemplari.*

Qm̃ ſenſitiua ipſa uita non aı̄æ ſimpliciter erat ſed uitæ eius, quæ cum corpore cõplicatur: ideo cũ aı̄ali una cõſiſtit, & connaſcit̃: atque illius quidẽ generatio, ſiue ortus, prima eſt ſenſitiui mutatio, quæ ipſum ad eſſe deducit, ex proportione reſpõdẽs eruditioni: adeo ut qui genitus eſt, proportionabiliter reſpõdeat huic, qui habitũ acquiſierit, & actu ſentire ſimili modo dicatur cum cõtemplari. Simili inquam modo, quoniam in utriſque ſecundum eadẽ perfectio conſiſtit, & quia uel in ipſo quoque ſentire, tum interne, tum per rationum occurſum iudicium fiat aı̄atum. Ea igitur rõne ſimili modo cum contemplari dicitur.

*Differunt autem̃, quoniam huius quidem, quæ actū efficiunt extrinſecus ſunt, ut uiſibile, & audibile.* T.60 *Similiter & reliqua ſenſibilium. Cauſſa autem, quoniam ſingularium actualis ſit ſenſus, ſcientia uero uniuerſalium. Hæc autem in ipſa quodammodo ſunt anima.*

Cō. Ideſt, quoniam oportet ſenſorium pati aliquid a ſenſibilibus, quæ extrinſecus, atq; adeo neq; in ipſo ſentiente ſunt: quæ quoque actus illius effectiua dicuntur, non ut quæ iudicium inducant, ſed quæ paſsionem quandam in ſenſorio imprimant, in quo iudicatrix actio cietur. Neq; uero ſcibilia ipſa effectiua ſunt, non enim in ullam terminant paſsionem, aut extra id, quod ea ſcit, exiſtunt. Particularium nanq; eſt ſenſus, uniuerſalium autem eſt ſcientia. Sunt autem particularia, corporea hæc, quæq; diuiſibilia ſunt atque cauſſata, hæc inquam extrinſecus ſunt, extraq; animam, quæ incorporea eſt, indiuiſibiliſq; atq; animaliū cauſſa. Vniuerſalia uero in anima ſunt, non ea, quæ de ſingularibus prædicantur, hæc enim in ipſis ſunt particularibus, atq; ſola mentis compræhenſione ab anima ſeiunguntur. Scibilia autem longe pluribus rationibus ſenſibilia antecellunt, ac ſuperant, quot quot etiam ſcientia ſuperat ſenſum. Scibilia autem ea ſunt, quæ ſunt in anima. Verum ſic uniuerſalia appellat ſcibilia, ut tractationis ſuæ Metaphyſicæ quinto, primam philoſophiam uniuerſalem eſſe affirmat, & quidem licet eam circa ſeparabilia, & immobilia uerſantem poſuerit. Et ſubdens eo in loco, inquit. Si autem eſt aliqua ſubſtantia mobilis, ipſa prior, & philoſophia uniuerſaliter, quoniam ita prima. At ea quæ in anima ſunt uniuerſalia tanquam prima, & cauſſæ ſunt particularium. Sed quoniam maxime primæ, & cauſſæ ſunt intelligibiles formæ, quæ quidem indiuiſibiles, & oīno ſui ſunt ſubſtantiæ, quæ uero in anima ſunt, per rationalē perfecta ſunt conuolutionem, non indiuiſibili unita modo (atque icirco ſunt ſecundo modo cauſſæ) ideo uniuerſaliter omnium maxime ſunt primę cauſſæ, ipſæ intelligibiles: in quas per intellectum defertur, demandaturq; ſcientia. Intellectu nanq; ipſo terminos cognoſcimus. Termini uero ſunt formæ. Hæ uero non primarie animæ inſunt, ſed ſecundo modo: ac perinde in ea, ut quæ ſit cum intelligibilibus colligata: ideo in ipſa eſſe quodam pacto dictū fuit, uidelicet per contactum, quē cum intellectu habet.

*Quapropter intelligere quidem in eo, cum uoluerit.*

In eo, inquit, hoc eſt, intellectiuo, ſiue intellectu eo, qui in anima eſt, ſiue anima ea, quæ in intellectum retorquendo ſeſe excitatur, aut in homine ſciente, eo ꝙ intus habeat intelligibiles formas, a quibus, tanquam a cauſis poſteriora quoq; cognoſcuntur ſcientifico modo.

*Sentire autem haud in ipſo. Neceſſum nanque eſt adeſſe ipſum ſenſibile.*

In ſenſitiuo uidelicet. Qm̄ adeſſe oportet ſenſitiuum, quod quidem indiuiduum atque extrinſecus eſt. Neque ſolū exiſtere, ſed etiam ſenſitiuo aſsidere, ut aliquid in ſenſorium agat. Atque in huius paſsione ſenſitiua anima, cōmunes ſenſibilium rationes, quæ in ipſa ſunt, depromēs, congrue atq; conuenienter cum paſsione cognoſcet ſenſibile ſecundum propriam actionē, idque faciet, iuxta ſenſibilis conſiſtens formam.

*Eodem preterea modo id ſe habet & in ſciētiis ſenſibilium, & propter eandem cauſſam, & quoniam ſenſibilia ſunt particularia, & externa.*

Quæcunq; ſcilicet ſcientiæ, quæ non formis tantum, atque adeo neque rationalibus ſolis contentæ ſunt, ueluti cōtemplatiuæ, ſed una quoq; particularia, atque externa cōpræhendunt. Cuius moris ſunt actiuæ ſcię, & effectiuæ artes. Ipſæ nanque præſentibus indigent ſenſibilibus.

*Sed de his quidem diſputare, occaſio certe occurrere poſſet & rurſus. Nunc autem determinatum ſit in tā* T.61 *tum. Quia cum haud ſimplex ſit, quod poteſtate dicitur, ſed alterum quidem, ueluti ſi diceremus puerum poſſe militare, alterum uero, ut eum, qui ſit in ętate conſtitutus perfecta, ſic ſe habet & ſenſitiuum. Quoniam* T.62 *autem innominata eſt ipſorum differentia, determinatumque de ipſis fuit, quod diuerſa, & quomodo diuerſa: uti autem neceſſarium eſt ipſo pati & alterari, tanquam propriis nominibus. Senſitiuum autem potentia eſt, quale ſenſibile iam actu: ueluti fuit dictum. Patitur ergo, haud ſimile exiſtens. At ubi paſſum fuerit, aſsimilatū eſt, & eſt quale illud.*

Cō. De his inquit, hoc eſt, quomodo uniuerſalia & ipſum contemplari ſint in nobis. Manifeſtius autem de his in tertio dicturus eſt. In his igitur concludit, quod ſecundum eius, quod poteſtate eſt, ſignificatum ſecundum, ſenſitiuū in animalibus pati dicitur, atque non proprie alterari, eo ꝙ neque ipſa quoque anima patiatur, aut alteretur, ſed ipſum inſtrumentum: ſed nec id ipſum, iuxta corruptiuam paſsionem patitur, quod patitur, ſed patitur paſsionē, quę iuxta generationem, non quidem ſubſtantialem fit, ſed eā, quæ a ſeipſa idonea, aptaque eſt ad ſuſcipiendum actionē: ueluti ſubſtantialis generatio præcedit corpus ad ſuſcipiendum actionem. Erit igitur ſenſitiuum potētia, quale ſenſibile iam actu. Id enim non potentia, ſed actu determinatum, circumſcriptumque eſt aliqua forma. Senſitiuum autem non ante perficitur, quam ad actionem deueniat. [illegible]d cum potens ſit, iuxta eius, quod potentia eſt, ſecundum ſignificatum, poſtmodum in agendo iuxta ſenſibilis a[illegible]it formam, at non paſsiue, (neque enim albeſcit, aut caleſcit) ſed actiue, non in agendo, ueluti effectrices cauſſæ, ſed iudicando & cognoſcendo. Qualiſcunque uero illa ſit affectio, ea in ſenſorio permanet. Cæterum quando ita ſit, ut ſenſitiuum in actuali ſenſu iuxta ſenſibilis formā a[illegible]at, omniſque cognitio per cōtractionem in unū factam, atq; per indiuiſibilem totius cognoſcibilis compræhenſionem conſiſtat, præcedere uero ſenſorij paſsionem oporteat, ea ratione, quia ſenſitiua uita ad extra deferatur, quæ aut ſine organis impotens eſt agere, aut primarie ipſa excitatur, et organum mouet, patet hāc excitationem non earum eſſe paſsionum, quæ ſenſoriis accidunt. Sed ſimul cum his percipit formas, quæ in corporibus ſunt. Illud quoq; manifeſtum eſt, ſenſoria ab exterioribus non perinde, ut inanimata ipſa, pati. Patitur nanque tanquam uiuēs. Inde ſit, ut nec oīno ſit paſsio, nec penitus extrinſecus deueniat, ſed ea etiam per propriam fiat actionem. Atque ſimul mouetur, & agit, pariter hoc totum ſimul paſsio & actio eſt, paſſio quidem, a ſenſibilibus, actio autē, cum per uitæ, quæ in ſenſorio exiſtit, excitationem, delationemque ad ſenſibilia factam, aſsimilatur formis, quæ in ipſis ſunt ſenſibilibus, neque tamen hoc adhuc eſt ſenſus, ideo quia non eſt ſincera actio, diuiſibiliſque & corporata ſit, atque adeo cōmenſurata tempore. Senſus enim impartibiliter, principium, medium & finem ſenſibilis compræhendit, actuſq; eſt, cum ſit iudicium perfectum, totus ſimul in uno cōſtās inſtanti, iuxtaq; ſenſibilis formam aſsiſtat, non extrinſecus adiectam, atque impoſitam: ueluti ſigillum in cera, neq; enim hoc uitale eſt, neque per profundum tendens. Nec multo magis iuxta cognoſcendi actionem conſiſtit, ſed id intrinſecus expromitur a ſenſibilium ratione prius in anima præaccepta, non ea quidem, quæ organum, ut organum uiuificat, ſed in ea, quæ ipſo iam uiuente utitur: ut inde quia a corpore deuehatur & abſtrahatur, & impartibiliter agat, et ſenſibilia cognoſcat, unum quidem, non ſcd'm deanguſtam illam coniunctionem, quę ipſis in indiuiduis

eſt, ſed

eſt, ſed ſecundum formalem coniunctionem, quę ſit indiuiduorum per propriam cauſſam perceptrix, uno, inquã, cuilibet proprie quadrante, atque conueniente. Per unam enim albi rõnẽ, particularis cuiuſq; albi ſenſum anima percipit. Anima nanque eſt, quod iudicat, per exactã ac propriam cognoſcibilis rei cõtrectationem. Ea uero propria, atque exacta eſt contrectatio, quæ eſt perceptio ſubſtãtialis eius, idque per proprietates facta immediatas. Aſsimilatur igitur ſenſibilibus anima, non eo quod ab ipſis aliqd ſuſcipiat, ſed quia per propriam ipſis rationem agat. His ſic de omni ſenſu determinatis, ad ea, quæ conſequuntur, iam accedendum eſt.

T.63 *Dicendum autem iuxta unumquẽq; ſenſum de ſenſibilibus primum. Dicitur autem ipſum ſenſibile tripliciter. Ex quibus duo quidem ſecundum ſe dicimus ſentire. Aliud uero ſecundum accidens. Ex illis aũt duobus, alterum eſt proprium cuiuſque ſenſus. Alterum uero eſt commune omnium. Dico autem proprium quidem, quod non contingit altero ſenſu ſentiri, & circa quod non contingit decipi, ut uiſus coloris, auditus ſoni, & guſtus humoris.*

Cō. Qm̃ contemplatio, quæ de unoquoq; eſt ſenſu, ab oppoſitis, tanquam his, quæ ad aliquid ſunt, auſpicať, iuxta propoſitum a principio factum, merito primum de ſenſibilibus, paucis complectitur ſermonem, atq; inquit, ſenſibile tripliciter dici. Idque ideo, ut ſeparans ſenſibilia p accidens, de his ſolis uerba faceret, quæ per ſe ſentiunť, ſimulque ut doceret, quænã primo, quęnã ſecũdo a quouis horũ ſenſuũ noſcanť. Vtraque nãq; tũ propria, tũ cõmunia ſunt ſenſibilia p ſe: ſed primo quidẽ ſentiunť ppria (quãdoquidem cuiuſque ſenſus ſubã proprie ac peculiariter ad ipſa eſt ordinata) ſecundo uero, cõmunia, qm̃ oĩno eum proprijs & principaliter, & maiori cum cõcitatione, commotioneque agunt in ſenſorium. Cæterum quõo communia omnium eſſe inquit? Soli nanque ſenſus, uiſus ſcilicet & auditus magnitudinem, & figuram percipiunt, fortaſſis igitur uerbum, omnium, pro plurium dictũ fuit. Nunquid uero & auditus magnitudinem percipit manifeſte, quando etiam magnum & paruum, quod cũ ſono defertur, iudicat? iam quoque olfactus & guſtus magnitudinẽ percipit, eo quia per plures & pauciores parteis trãſferať, cum alter bene olens, alter uero dulce percipiat. Sed & per hos ipſos fortaſsis fieri poſſet magnitudinis cognitio, licet non exacte, ſed per tranſlationẽ aut ſenſuum, aut ſenſibilium. Qm̃ interualla quodammodo adæquantur, aut alterum quoddam ſuperat multum. Ea igitur rõne tũ propria, tum communia ſenſibilia mutuo differũt, ꝙ propria quidem unius ſint ſenſus, communia uero plurium. Et ꝙ propria ſine errore moueãt ſenſum circa ſe operantẽ, ſenſum, inquam, ſm̃ naturam ſe habentem, atque a cõuenienti interuallo agentem, neque ab intermedio impeditũ corpore, ueluti uiſus ab incraſſato aere impeditur nonnunq̃, aut quouis ſimplr alio exterius poſito. Hęc.n ſunt ſupplenda, licet non manifeſte nunc ab Ariſto dicantur. Cõmunia uero non ita exacte ſub ſenſum cadunt. Qm̃ cum quiuis ſenſus principaliter ſit propriorum ſenſibilium, una cũ proprijs cõmunia quoque cõpræhendit. At nõ ita quẽadmodum uiſus iudicat album, ſic & uiſæ rei magnitudinem. Sed ipſum pcipiens colorẽ, rudius atq; indiſtinctius figuram cognoſcit: nõnunquã etiam hoc loco deceptus, ubi circulare intueať rectũ, & rectum, obliquum. At nũquid propria ſenſibilia, tãquã magis paſsiua, atque magis corporea ſenſui conuenientius occurrũt, ut quæ ſit corporea cognitio, atque ad corporeum uergens: excepto lumine, quod exacte a uiſu cognoſcitur, ob ſui plurimã actionem? Communia uero ſenſibilia magis formalia exiſtentia, ſunt ſenſui quoque minus quadrantia, ut quę non omnino a ſenſu, ſed tm̃ rõne ſola cognoſcanť, ueluti ipſa ſubſtã

Verum tanquam ea quidem, quę ſenſu cognoſcuntur, nõ ita tamen manifeſte, ueluti propria ſenſilia.

*Tactus autem plures quidem habet differentias, ſed quæuis iudicat de his, neque decipitur, quod color, nec quod ſonus.*

Qm̃ maxime ipſe paſsiuas percipit qualitates, ſimul & inter ſenſus eſt maxime paſsiuus. Multæ uero ſunt paſsiue qualitates, quarum tactus tanquam propriorum ſenſibilium diſcretiuus eſt, caliditas, frigiditas ſiccitas, humiditas, durities & mollities, grauitas lenitas, aſperitas, lenitas. Hæ ſiquidem paſsibiles ſunt.

*Sed quid, quod coloratum, aut ubi, aut quid ipſum ſonans, aut ubi. Hęc igitur talia dicuntur propria uniuſcuiuſq;.* T.64 *Communia uero motus, quies, numerus, figura, magnitudo, talia nanque nullius ſunt propria, ſed cõmunia oĩbus. Etenim & tactui, motus eſt quidã ſenſibilis, & uiſui. Per ſe igitur, hęc ſunt ſenſibilia.*

Cō. Decipitur quidem ſenſus, quænã colorata ſit ſubã. qm̃ ſubſtantiam per accidẽs ſenſus cognoſcit. Vbi uero? Quoniam ſecundo magnitudinem interualli ipſius appræhendit, cum ipſa commune ſit ſenſibile.

T.65 *Secundum accidens autem dicitur ſenſibile, ut ſi album ſit Diaris filius. Per accidens nãque id ſentit, quoniam albo euenit id, quod ſentit.*

Cō. Veluti Diaris eſſe filium, atque ipſa rerum ſubſtãtia, aut quod non adhuc agenti ſenſui occurrit, ut uiſui, ipſa mellis dulcedo, hæc ſane ſunt ſenſibilia per accidẽs, ut quę ſenſibilibus inſint. Quemadmodũ & caluum mederi dicimus quia caluum eſſe medico contingit. Nec eſt accñs ſolum ei, quod per ſe tale exiſtit, ſed et ſubiectam ſubã, niſi quatenus ſubã talis ſit, per accñs dicimus. Quemadmodum & dominum eſſe hoĩem per accñs dicimus & ſtatuarium dicimus, qm̃ non quatenus homo. Sic igitur ſubã ipſa per accñs ſenſibilis eſt, qm̃ non ea rõne, quatenus ſubã eſt. Verum quõo albo ipſi, quod quidem ſentimus, ſubſtãtiam accidiſſe cum rõne dici põt? Contrarium nãque uerum eſt. An id quidem uerius eſt? Sic.n.album ſubſtantiæ contingit ſecundũ eſſe, atque adeo ut ſit, per ſubãm acquirit, & ſortitur. At uero ſubſtantia accidit albo, ex parte. qua eſt ſenſibile primarie & per ſe. At ea rõne, qua cum albo coexiſtit, ipſa quoque corradit hoc, ut ſenſibilis ſit, non quia ſecundo modo ſenſibilis fiat, ueluti communia ipſa ſenſibilia, ſed quia dum cum ſenſibili coexiſtit, ratio excitatur ad cognitionem opinatiuam de ipſa. Sic quoque & hoĩem accidere domino, in prædicamentis fuit dictum.

*Vnde & nihil patitur, quatenus tale, a ſenſibili. Ex iis uero quæ per ſe ſenſibilia, propria ſunt uere ſenſibilia, & ad quæ ſubſtantia eſt nata cuiuſque ſenſus. Cuius quidem eſt uiſus, hoc eſt uiſibile.*

Nullũ ſentiens patitur ab albo, quatenus albus eſt Diaris filius. Qm̃ neque ſecũdo modo, neque oĩno Diaris eſſe filium, per ſe eſt ſenſibile. Quod ſi primo per ſe ſenſibilia ſunt ipſa propria (cõmunia.n.ſenſibilia licet p ſe ſint ſenſibilia, nõ tñ primo ſed ſecundo) atque adeo ſi propria ſunt cauſſæ, ut cõmunia ſint, ſenſibilia, uere profecto ſenſibilia erunt propria ipſa. Atque ideo ſubiungit ꝙ cuiuſque ſenſus ſubſtantia nata eſt ad ipſa, ſiue apta nata. Apta.n.quoque eſt nata ad cõmunia, ſed non ita, ut unaquęque, ſed p cõmuniorẽ ſubãm. Quatenus aũt ipſa, atque ex propria ſui ſubã, ad propria nata eſt. Quare etiã neceſſario in propriam cuiuſq; ſubãm, nõ ex cõmunibus, ſed ex proprijs, ad ſubãm inquã cuiuſque adducimur. Qm̃ per ſe ad ea nata eſt. Neque.n.uiſus ad magnitudinẽ eſt aptus natus, ſed

ad colorem, actu quidem in intuendo iuxta ipſius formã conſtitutus, antequam uero ageret, ex poſſe ipſo effingebatur. Neque enim a ſeipſo ſolo, atque intrinſecus ſenſus perficitur, neq; extrinſecus ſolũ ab ipſo ſenſibili, ſed id fit, ſenſorio qdẽ a ſenſibili patiente, paſsionẽ agẽti ſimilẽ. Senſoriũ aũt uiuaciter patiť, paſsioque ipſa in formalẽ actionẽ terminat, ſenſitiua aĩa ſenſibile ipſum cognoſcẽre, idq; p rationũ occurſum, eaq; iuxta ipſius ſenſibilis formã cõſtituta. Qm̃ aũt & cuiuſq; ſenſus perfectio et potẽtia per ipſam ſenſibilis formã determinať, uiuaciter ſcilicet, atq; operatiue, & cognoſcitiue, atq; ideo ſenſu ſub̃aliter hpe ipſo exiſtente ( propria nãq; atq; cõueniens ſcd'm naturam actio adeſt operãti ſub̃æ ) merito ex proprijs ſenſibilibus in cuiuſque ſenſus propriam reducimur ſub̃am, tãquã ex maniſeſtiori accidẽte, atq; corporato tendẽtes ad id. qd' ſub̃ale eſt, uitale, incorporeum, & rõne cõprẹhenſibile. A uiſu uero exordium ſumit, tanq̃ a ſenſu maniſeſtiſsimo, ac nobiliori. & quia unua ſit eius actio, et quia ualde ſit actiuus, minimũq; qd paſsiuus: atq; ob luminoſam ſui ſpẽm, ſuiq; ad ſolẽ proportionẽ. Qm̃ aũt uiſibilis rei uiſus eſt, nũc modo, quid ipſum uiſibile ſit, tradit.

*Viſibile autem eſt, & color, & quod ratione quidem licet dicere, innominatum autem eſt. Manifeſtum autem erit, quod dicimus progredientibus maxime.*

Quandoquidem corpus eſt oĩno ſenſibile patet, quod etiam uiſibile. Ipſum igiť uiſibile corpus, aut in ſeipſo habet per qd' proprie uiſibile dicitur, quod quidẽ ipſe per ſe uiſibile appellat: aut acquiſititio modo accipit, qd' ſibi cã eſt, ut uideať: ueluti aer ipſe ob lucẽ vř. Et qd' in ſe quidẽ cãm, qua uideať, habet, aut in luce ſolũmodo aſpiciť, ueluti colores ipſi, quæq; hmõi ſunt lucida: ut quę apta, idoneaque ſint, intermedium diaphanũ actu pficere, aut tñ in tenebris, ut quæcũq; aliquã quidẽ hñt luciditatem, non tñ idoneam ut lumẽ reddat: ut nõnullorũ piſcium ſquammulę, & fungi, et putrefacta aliqua ligna, et cornua. Aliud aũt quoq; reperitur, quod & in luce, & in tenebris vř. Vt ignis quidẽ in tenebris vř, qñ nec aliunde lumen adſit, nec ipſe ſufficiens ſit illuſtrare oẽm aerẽ intermedium. In lumine uero, qñ ipſum diaphanũ ab ipſo fiat actu perſpicuum. Vel in ſolari quoq; aſpiciť lumine, quãuis ſolare lumẽ nihil ipſi cõferat ad hoc ut uideať. Omne igitur qd' cernitur, iam erit, aut qd' iam p acquiſititiam pfectionẽ vř: ut ea, quæ ſunt actu pſpicua, aut qd' iam ſibi connatum habet, quod vř. Atq; id quidẽ aut nõ per ſe ſufficiens, ſed lumine indigens eſt, ad hoc ut actu uideať, ueluti ipſa colorata. Aut ex ſe ſufficiens, ut lucidum quoduis, igneumq; Atq; ex hoc quidẽ aliud aptũ eſt ad perficiendũ totũ medium: ut ſol, ab æquali ſemper dimenſione a nobis uiſus, ac nunquã per ſe obſcuratus. Aliud aũt, quod aliqñ quidẽ, omnino medium perficit, quia nec obſcurať, nec paruũ ſit medium, adeo ut poſsit in proprio aſpici lumine. Nõnunquã aũt aut ob obſcuritatẽ, aut ob longinquã poſitionẽ, nõ illuſtrat totũ medium, ut ideo poſsit id in tenebris etiã aſpici. Videť igitur oẽ, quod aſpicitur, aut lumen eſſe, aut deprope ad lumen accedere. Vt ignis quidẽ, ac ſol, idq; ob luminis generationẽ. At uero cognatio luminis cũ ſplẽdido quouis, et lucido, ex ipſo ſenſu manifeſta eſt Qd' ſi ſupponereť lucidũ, qd' in cornibus, cõſimilibuſq; adeſt, adaugeri, id quoque lumen præſtaret. Iam igitur uiſum fuit lignum in nocte, lunare lumẽ per totam domum reddens. Quin & colores, ut quadã lumina ſunt, ſm Platonẽ, et ut extrema diaphani illius, quod in ſolidis ipſis eſt, ſm Ariſt. & ut motiua eius, quod actu diaphanũ eſt, ac nõ alio aſpecta & percepta modo, aut ratione, quãquã quia lumine illuſtrentur, indicant ſui conuenientiam & cognationẽ cum lumine. Sed iam ad contextum migrandum.

*Viſibile autem eſt colorque, quodq; ratione quidem licet dicere, innominatum autem eſt, manifeſtum autem erit, quod dicimus procedentibus maxime.*

Per hæc uerba cõpræhenſum eſt oẽ, quod p ſe uiſibile ſit, tum qualis eſt color, tum quod innominatum eſt. Lucidum enim atq; igneum, illuſtrandi præſefert uires. Qd' uero in fungis, ſquammuliſq; in ſolis apparet tenebris, nequaquã. Quapropter nõ oẽ, qd' præter colorẽ eſt p ſe uiſibile, nomen eſt ſortitũ, ſiue in ſolis id aſpiciať tenebris, ſiue cum lumine ſemp, ſiue & tenebris & lumine.

*Viſibile nanque, quod dicimus, eſt color. Id aũt eſt, quod in eo, quod per ſe uiſibile. Per ſe autem, non ratione, ſed quoniam in ſeipſo habet cãm, ut ſit uiſibile. Omnis autem color motiuus eſt eius, quod eſt actu diaphanum. Et hoc eſt eius natura. Quapropter non eſt uiſibile abſque lumine. Sed omnino unuſquiſque color in lumine uiſibilis eſt.*

Pro eo quod eſt, aliquod uiſibile, nunc temporis dictũ fuit uiſibile. Huius aũt exemplo declarat omne, quod per ſe uiſibile eſt. Hoc.n.eſt, inquit, in eo quod per ſe uiſibile exiſtit Non.n.color, aut luciditas, ſed coloratũ rõne coloris & lucidum ratione luciditatis aſpicitur. Eſtque utrũque tum coloratum, tum lucidum, per ſe uiſibile, non rõne, qm̃ nec in ipſius colorati rõne, aut diffinitione uiſibile, tanquã ſub̃ale quid ipſius aſſumitur, nec e cõtrario etiam, ut in ijs accidentibus, quæ per ſe ſunt. Sed quia in ſe hẽt cãm, ut ſit uiſibile, ad differentiam diaphani, quod quidẽ cernitur, nõ per aliquod ſibi connatum lumen, ſed p aduentitium. Color etenim formalis eſt cã ut coloratum uideatur, nõ ut color, ſed ut diaphani immutatiuum quo tñ ipſi innate inſit. Lux præterea cã eſt, ut aer uideať, ita tñ, ut nõnunquã ſuperueniat, nonnunquã rurſus recedat, manente ipſo aere. In quibus differẽtias eorum, quæ p ſe uiſibilia ſunt, ubi tradiderit, de colore primum loquiť, ipſum determinando, & definiendo. nõ quatenus eſt color, ueluti eſt in libro de ſenſu, & ſenſibilibus facturus, ſed quatenus uiſibile diſtinguať ab alijs uiſibilibus, ut qui actu diaphanum moueat, qd' ipſum ambit. Idque euenit, ubi & ipſum cõtingit actu illuſtrari. Diaphanũ aũt eſt qd' p ſeipſum qdẽ aliqñ nõ eſt illuſtratũ, aliqñ aũe etiam illuſtrať illuſtrantis præſentia, atque hoc qdẽ eſt, quod actu diaphanũ eſt potentia uero diaphanum eſt, antequã lumẽ ſuſcipiat, color ergo circum effuſus a diaphano actu, et cum lumine mediante, ipſe quoq; perficiatur, mouet diaphanum actu: nõ qa alteret, aut cõmutet, aut aliquã ipſi paſsionẽ immittat, hoc.n.eſt qualitatũ paſsiuarum proprium, quę p mutationẽ & paſsionẽ in ipſis recipientibus innaſcunť, quibus & quæ fiunt oĩa indigent ideo, ut ad recipiendum formas apta reddantur. Vbi uero ſunt reddita apta, non amplius per paſsionem quandam ſed per actiuã præſentiam a formis perficiuntur. Veluti uita deuenit ad corpus, ut figura ad domum, atque ſanitas, & ut ſcĩa ad ea, quæ harũ ſunt ſuſceptiua: quẽadmodum in octauo naturalis auſcultationis diiudicatum & diſcuſſum fuit. Ad hoc igitur, ut corpus ullum aptũ fiat ad luminis receptionem, opus hẽt paſſiuis qualitatibus, aptum uero fit, cum & aer, aut aqua, aut fit uitrum. Iam uero ubi eſt aptũ, ſine paſsione, aut affectu perficitur, ubi adſit illuſtrans. Hoc.n.ipſum ſunt, uidelicet actus & perfectiones, ipſæ formæ. Sic quidẽ paſſiuæ qualitates non ſimpliciter ſunt formæ: ſed dato eſſe, eas tñ ſcito paſsibiles: ut quæ ſint in generatione cõmixtę, appareantque in mutatione, & imperfectione ſint refertę. Vnde ex ea mutatione reſultãt, atque apparẽt, quæ ab imperfecto ad perfectũ tendit. Quæ uero ſunt formæ & perfectiones, hæ aduenĩũt et actu et unite, collectimque. Quapropter non datur uiſibile abſque lumine. Illuminatum.n. eſt, quod eſt actu diaphanum, quod color ipſe mouet, at nõ id quod potẽtia eſt diaphanum. Quod.n. illuſtratũ nõ eſt nec ab eo qd' actu diaphanũ eſt, ambitur, nõ aſpiciť Dictũ aũe quoque fuit, qño color moueat, uidelicet, nõ p aliquã paſsionẽ, & mutationẽ, ſed ſecundum actum, perfectionẽque atque formalẽ præſentiam, non ſub̃alẽ quidẽ,

qualis

qualis eſt formalis uitæ præſentia, ſed ſcd'm actionẽ, quę a ſub̃a proficiſcitur, & quæ poſt ſubſtantiam inſequitur: cuiuſmodi ſunt tũ diſpoſitiones ipſæ, tũ etiam habitus.

*Quare de lumine primum dicendum, quid eſt. Eſt ſane aliquid diaphanum.*

Fortaſsis etenim, ueluti iam diximus, oẽ etiam, quod uidetur, aut lumen eſt, aut cum lumine cognatum eſt. Color igitur cũ in lumine oĩno cernatur, neceſſariam ſuĩpſtus rõnem ĳs oſtendit, qui de uiſibili & uiſu aliquid cupiunt diſcere. At quia lumen eſt diaphani perfectio, præſumendum primo quid ſit diaphanum. Non n lumen eſt, perinde ut intellectio, quæ in ſubſtantia ipſam adducente remanet, eademq; cum ipſa ſubſtantia eſt. Sed actus quidem eſt lumen ipſum, non idem tamen cũ ipſo agẽte, neq; in ipſo manet, ſed nec etiam abiungitur, ſed ſimul cũ ipſo procedente is eſt iunctus, atque aliunde ingeſtus, non ſecũdum paſsionem, ſed per unitam atque collectã perfectionẽ, idq; fit, cum undequaque conuenientia quædã conſideretur in ſuſceptiuo ipſo cum eo, quod ingeritur, adeo ut alterum ab altero cognoſcatur. Suſceptiuum igitur poteſtate id eſt, quod eſt actu ſuſceptum. Actus aũt, & terminus, & perfectio, ea eſt natura, per quã ſuſceptum determinatur. Hoc quidem, actu, poteſtate aũt ipſum ſuſceptiuũ, ut ſanitas: per quam & bene ualens. & quod bene ualere põt, hoc quidem imperfecte, illud aũt perfecte: ueluti ſuſceptiuũ & ſuſceptum: ab ingeſto determinatur actu. Atque ipſa quidem ſcĩa, quæ naturam imitatur, ex diffinitione, tum ea quæ actu ſunt determinata, cognoſcit, tum ſuſceptiua, tanquam iuxta ſui imperfectã effictã figurã Qui uero adhuc a cauſatis, atque adeo ab ĳs, quæ nobis ſunt priora, inueſtigatis, ad ea, quæ naturæ ſunt priora, et quæ ſunt cauſſæ, aſcendit, ab imperfectiſque ad perfecta tendit, ab ĳs perfectionẽ cognoſcit. Ex diaphano ergo, tanquam pro materia ſubſtrato ipſi lumini, & per ſe pfecto, ubi etiã actu fit diaphanũ, quale eſt lumen, cognoſcimus, ꝙ ſenſus principaliter illuſtrato occurrit, non aũt formæ. Sed dicet quis, at & ipſam quoq; cognoſcit maniſeſtiſsime formã. Quod enim lumine maniſeſtius eſſe põt? Simplex igitur luminis proprietas, uel intellectioni quoque noſtræ p ſimplicem applicationẽ, ſiue cõceptum ex ipſo ſenſu fit nota. Quid uero ſit ſine corpore, & quod non ſit paſsio, ſed actus, modo ſyllogizemus, tum quia ipſum uidemus p totum diaphanum penetrare, tũ ob pręſentiam, & abſentiam ab eo ſine tẽpore factã. Paſsiones nãq; & adueniũt, & abeunt cũ tẽporis interuallo. At corpora ipſa, quę materiam ſapiunt, nõ ſe inuicẽ penetrant. Ignis aũt, qui a lumine deuenit corpus materiale eſt. Quin & idipſum eſt aer ipſe, qui illud ſuſcipit. Nunquid igitur ſub̃a eſt, ueluti uita quæ ab aĩa corpori indita eſt? Verum licet uita ipſa collectim corpori aduenit, & ab eo recedit: præcedere tñ neceſſum eſt plenã cõpoſiti generationẽ, eiuſque abſentiã corruptionẽ ſubſequi. At uero & contrariorum uita ipſa eſt ſuſceptiua. Et maniſeſte quoque aial eſt ſub̃a: quare ipſius etiam determinatrix forma eſt uita ipſa. At nõ aer illuminatus, quatenus illuminatus, eſt ſub̃a, quẽadmodũ nec hic, qui acquiſititio aliquo modo caleſactus eſt. Neq; aer, aut lumen contrariorum ſunt ſuſceptiua, neque pręcedit ulla præſentiæ ipſius mutatio aut abſentiam conſequitur. Sed hoc ipſum actus eſt, qui diaphano ingignitur, nõ ut in ſubiecto, ſed ſeparabiliter ipſi adeſt ipſumque perficit, nunquam ſe ſeiungens ab eo, qđ ipſum adducit. Sed in illo radicatus eſt quaſi cõſidẽs, atq; adeo cum illo quaſi coniunctus. Vnde & hoc quidem aliorſum trãslato una transferẽ & tranſportatur. At non ſic ſuſceptiuo quõcũq; tranſmutato, ſimul quoque tranſmutatur.

T.68 *Diaphanum autem dico, quod eſt quidem uiſibile, nõ per ſe tamen uiſibile, ut ſimpliciter dicam, ſed propter alienum colorẽ. Tale autẽ eſt aer, & aqua, plurimaq; ſolida. Non enim quatenus aqua, nec quatenus aer, diaphanum. Sed quoniam eſt natura inexiſtens eadem his ambobus & in perpetuo ſuperno corpore.*

Non tñ diaphanum lumine ipſo vĩ, ſed etiam coloratum. Ea uero adeſt differentia, ꝙ diaphanum quidẽ tanq̃ illuminatum ſolummodo cernitur, in quãtũ diaphanum. Alterum uero etiam, quatenus coloratũ. Atque ideo hoc ipſum per ſe uiſibile eſt, ut quod in propria natura colorẽ habeat, qui hoc ipſum eſt, quod in lumine cernitur. Diaphanuũ aũt nõ eſt p ſe uiſibile, qm̃ quodquod ipſi lumen adeſt, id totum aduentitium eſt: quod quidem id tm̃ eſt, quod in diaphano cernitur. Quamuis etenim idẽ & pelluceat & coloratum ſit ueluti cornu, & gypſus, nihilominus & hęc tanquã pellucida lumine tm̃ uidentur. Verum quę nam eſt diaphani natura, Ariſto. in alĳs nouit, præterea et determinatum diaphanum. Hoc uero in loco uerba facit de diaphano indeterminato, quod quidẽ id eſt, quod acquiſititio modo per ſeipſum totũ, aut etiam a ſeipſo lumẽ ſuſcipit, atque ita uiſibile fit. Atque hæc eſt diaphani natura: haud tamen aptitudo eſt ad ſuſcipiendum lumen per ea tota, quæ eo modo ſunt apta producta. Cõ.

*Lumen autem eſt huius actus, quod eſt diaphanum, qua diaphanum.*

Sic lumen eſt actus ipſius diaphani, tanquã qui ipſum perficiat, at non ut qui omnino ab ipſo deueniat. Quod uero dixerat, qua diaphanum, ideo fuit dictum, qm̃ quatenus huiuſmodi, lumen eſt ipſius perfectio.

*Poteſtate autem in quibus hoc eſt, & tenebrę.*

Qñdoquidem & cœleſte corpus diaphanum dictũ eſt eſſe, & eſt, quod ſemper actu eſt, ut quod habeat in ſe luminis cãm effectiuam. Simul.n.& illuminatiuum eſt cœleſte corpus, & diaphanum. Quare licet aliqua eius pars a cono terræ impediatur, quo minus a ſolari lumine illuſtretur, non ita tamen dicendum in tenebris ipſum eſſe, idque ob proprium lumẽ. In quo uero id, quod poteſtate eſt, adinuenitur, ueluti in aere, in eo nõ lux tm̃, ſed & tenebræ inſunt. Si quidẽ igi? tenebræ ſunt ipſius luminis priuatio, non ſecundum duas potentias, aliquando lumini, aliqñ tenebris cum ſubſterni?, diaphanũ erit, ſed per eandẽ, & pficitur, cum ſubſternitur lumini, et nõ perficitur, cũ tenebris ſubſternitur. Quod ſi nõ eſt priuatio luminis ipſa tenebra, ſed & ipſa quoque ſit actio terræ, quæ tenebrã faciat, non qua ratione ſeſe obĳciat, ſed quod quandã proprietatem lumini cõtrariam reddat, ueluti ſeſe habet frigidum ad calidum, nigrũ ad albũ duplices quoque erũt ambobus potentiæ. Quarum una ſecundum aptitudinem, quæ ad illuminandum eſt, altera quæ ad obſcurandum, erit. Non.n. ſola luminis abſentia tenebræ indigebũt, ſed & aliqua etiã præſentia. Verum Ariſto. tenebras priuationem eſſe ſtatuit. Quum n tenebras lumini contrarias eſſe dicat, nõ tamen ut formam oppoſuit formæ: ſed ut non ipſas tenebras, tanquam priuationẽ habitui, ut uero priuationẽ formę opponamus. Aliquãdo.n.utræq; inuicẽ mutuoq; mutantur, priuatio ſcilicet et forma, aliqñ autem haud fieri poteſt mutatio a priuatione in habitum.

*Lumen uero quaſi color eſt diaphani, quãdo eſt actu diaphanum ab igne, aut huiuſmodi, quale ſupernũ corpus. Etenim huic quoddam ineſt unum & idem. Quid igitur ſit diaphanum, & quid lumen, dictum fuit.* T.69

Qm̃ quemadmodum colorata per colorem, ſic diaphana per lumẽ uidentur. Nõ tñ lumen eſt color diaphani, ſed quaſi color. Qm̃ nõ ut color eſt connatus coloratis rebus, ſic lumẽ diaphanis, quatenus ſunt diaphana. Ab igne aũt fit, aut a pręſtantiori corpore. Vt n.dicebamus, non eſt actus diaphani, tanquã ab ipſo, ſed ut actus, qui ipſum perficeret. Cœleſte uero corpus licet ſimul & illuminatiuum ſit, et diaphanum, diuerſum tamen eſt, ipſum eſſe diaphanum, & illuminatiuum. Cõ.

*Quoniam nec ignis, nec oino corpus, nec defluxus corporis ullius. Eſſet.n.profecto corpus aliquod, & ſic.*

Non de diaphano, ſed de lumine hoc ſubiunxit, atque in Timæum inuehitur hoc ſermone. Apud quē quõo ignis ſpecies dicitur lumen, & quõo diurnũ lumen & ipſius uiſus defluxus ſimul iuncta & copulata unũ corpus conſtituere dicantur, ex Iamblici in Timæum cõmētarijs eſt ſumēdũ.

*Sed ignis, aut talis cuiuſdam præſentia in diaphano.*

Id quod dixerat, aut talis cuiuſdam, de eo ſolo intelligē dum eſt, quod illuminare ualeat aut poſsit. Per præſentiã uero intelligit non localem, ſed ipſius ſuſcipientis perfectri cem, idque iuxta illuminantis efficacem actionē, quę qdē in paſsionem non terminat, ſed in actionē tantum.

*Neque enim duo corpora ſimul poſsibile eſt in eodem eſſe.*

Ea certe & manifeſte ſunt intelligenda, quæ materialia ſunt. Quõo igitur in aere lumen igneum adeſt? Neq; enim fruſtratim diſſecta per poros & meatus inuicem ſeſe penetrant, ueluti Proclus ſupponit. Sed ita quoniam totus illuminatus aer per ſe totum uidetur. Et quia certe non ſeruaretur luminis continuitas ad eãm ſuꝑplius. Et qm̃ nõ per omnem ſui partē illuminans ageret, ſi qñ impediretur a reſiſtente: nec certe tota ipſius ſuperficies a nobis uideretur, uel noſtris, ut inquiunt radiis unite ꝑ diaphani meatus penetrantibus. At quiſnã eſſe poſſet luminis ſecundum naturam motus? Nã cum ſit corpus, aliquē profecto habebit motum. Verum nec is, qui circularis eſt, poſſet eſſe. Is nãque potius, qui in rectũ eſt, ipſi quadrare uidereť, ſed nec etiam is qui in rectũ eſt, conuenit; contrarii nanq; motus ſunt, ſurſum & deorſum moueri. At nec utrique hi eidem conueniunt. Lumen uero & ſurſum & deorſum, tũ præterea eodem modo in latus uergit. Quõo enim & ullus motus ſine tẽpore eſſe poſſet? Velocior enim eſſet etiam motu totius cœli, cuius motus in quatuor horis ſextantē circumfertur. Aſtri uero lumen una cũ ortu inſenſibiliter apparet, ut ipſi dicerent, qm̃ re uera ubique exiſtit.

T.70 *Videtur autem lumen contrarium eſſe tenebris. Sũt aũt tenebræ priuatio talis habitus ex diaphano. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ & huius pręſentia lumen eſt, & nõ recte Empedocles, nec ſi quis alius ita dixit. Vt feratur lumē, atq; ſit nonnunquam inter terrã & ambiens, nos aũt lateat. Hoc enim eſt & pręter eam, quæ cum ratione ueritatē, et præter apparentia. In paruo nãque interuallo latere poſſet. Ab ortu uero ad occaſus latere, ma-*
T.71 *gna admodũ petitio. Eſt aũt coloris quidē ſuſceptiuũ, quod coloris eſt expers, ſoni aũt, quod ſine ſono. Coloris uero expers eſt diaphanum, & inuiſibile, aut uix uiſibile: quale uidetur eſſe tenebroſum. Tale aũt eſt diaphanum quidem, ſed non quando eſt actu diaphanum, ſed quando poteſtate.*

Cõ. Hoc etiam ad id tẽdit, ut luminis naturã declaret nõ eſſe corporeã, ſed quæ ſuã habeat in ꝑfectione eſſentiã. Tenebræ nãq; in abſentia atq; priuatione cõſiſtũt, nõ tñ corporis. Neq;.n.minorē obtinet locũ obſcuratus aer, nec rarior factus apparet, nec ꝑfecto unita aut collecta in ſolis occaſu, aut in ignis extinctione fieret corporis localis mutatio. Sed quẽadmodũ tenebra luminis priuatio (qd' ſane habitũ pbs nominauit, ut quod eius, qd' lumen recipit ꝑfectio ſit) in abſentia ipſius illuminãtis, ita lumē eſt huius præſentia (præſentia aũt habitus diciť & ꝑfectio) huius, inquã, hoc eſt, ignis aut cuiuſdã hmõi. Ad id.n.eſt prolatũ: qm̃ ex illius actione effectrice procedit & deriuat. Vbi uero dixit lumen eſſe quaſi diaphani colorē, ipſum nũc diaphanum inquit coloris expers eſſe per ſe. Hoc.n.modo apte recipere poſſet, qd' eſt aduẽtitium, uidelicet colorē, cũ proprius color non impediat ingredientem. Nec tm̃ coloris expers eſſe inquit, ſed etiam inuiſibile, aut certe uix uiſibile diaphanum abſq; colore eſſe: qm̃ ipſum quoq; tenebroſum eſt. Inuiſibile aũt eſt, ut quod non uideať in occurſu. Qm̃ uero uiſus eſt qui iudicat, tenebras eſſe, quemadmodum & oĩs ſenſus priuationē proprii ſenſibilis iudicat, nõ eo quod aliquid uideat, uiſus iudicat tenebras eſſe, ſed in eo, quod nihil uideat, dum tẽtat uidere, ſimul ipſum ſentit, atque ideo uix uidetur. Atque hoc quidem proprium eſt diaphani, qd' ſine lumine eſt, ut quoquo modo uideatur, quãuis non per occurſum id fiat. Quẽadmodum & ipſi quoque colores non uidentur ſine lumine. Sed nec iis, qui uidere tentant, qualemcũque ſuiipſorum ſenſum præſtare poſſunt.

*Eadem nanque natura, aliquando quidem tenebræ, aliquando autem lumen eſt.*

Eadem quidem eſt natura ipſius diaphani, aliqñ autem tenebra eſt, aliquando uero lumen, utpote quæ ſit alternatim utriuſque ſuſceptiua.

*Non omnia autem uiſibilia in lumine ſunt, ſed tan-* T.72
*tum cuiuſque proprius color. Aliqua.n.in lumine quidem non uidentur, in tenebris aũt faciunt ſenſum, ut ignea apparentia & fulgentia. Innominata aũt hęc ſunt uno nomine, ut fungus, cornu, piſcium capita, & ſquamę & oculi: ſed nullius uidetur horum proprius color.*

Hæc enim lucida quidem, neq; tñ talia, quæ poſsint lu- Cõ.
men emittere, quæ quidem innominata dicebat eſſe, in lumine uidentur. Verum quõo proprium tm̃ cuiuſque colorem in lumine uideri inquit? Etenim & diaphanum ipſum illuminatum uidetur. An quia diaphanum nõ quatenus aliud, in alio uidetur lumine, ueluti color? cum ipſius diaphani actus ſit ipſum lumē. Vbi uero dixit quõo & ipſum uideatur diaphanum, cum uidelicet actu diaphanum ſit, quomodoq; etiam colores, deinde quænã in tenebris uideantur, tradit. Veluti inquit ignea, & fulgẽtia nõ tamen quæ lumen facere poſsint. Nec n.amplius in tenebris aſpici poſſent, ſed ut carbones & nebulæ rubeæ, atq; cicindulæ, ac quæuis alia ſimilia, abſq; eo ꝙ lumē emittãt in tenebris refulgẽt. Quorũ nullius ullus ꝓprius cerniť color, ſed tm̃ illud lucidum, qñquidē & horum color in lumine uidetur. Hæc aũt abſque lumine fulgent.

*Quam igitur ob cauſſam hæc uideantur, alius eſt ſer-*
*mo. Nunc aũt in tm̃ manifeſtũ, quod id, quod in lumine* T.73
*aſpicitur, eſt color. Vnde & nõ uidetur abſq; lumine.*

Ipſe quidē nunc temporis non apponit cãm, ea tñ eſt in Cõ.
promptu. Quia lumen principaliter uiſibile eſt, & lucidũ illud, quod lumen reddit. Quod igitur ita lucidum eſt, & id eſt uiſibile, & ob ipſum lumē cauſſa eſt, ut & diaphanũ & quæ in lumine uidentur, cernantur. Quæ uero talē nõ hñt luciditatē, ut ea poſsit reddere lumē, non quidē cauſſæ ſunt, ut alia uideantur ipſa tñ ob luciditatem uideť, idq; in ſolis tenebris patiuntur. Quia cum a lumine illuſtrant, haud ſuã poſſunt luciditatem oſtendere, atque propriam: adeo ut principaliter quidē uel ipſius luminis cã lucida. Secũdo uero loco lumē & quæ actu ſunt diaphana. Tertio, quæ colorata, & ea quidē a lumine ꝑfecta, ob eã, quæ cũ ipſo eſt, cognationem. Siue lumina quædã uel ipſi colores ſcd'm Platonem ſint ſiue extrema terminati diaphani. Præter hæc ſane alio modo uideť ea, quæ in tenebris uideť, et pręter oĩa alio modo uidetur ipſæ tenebræ. Cõcludẽs uero ea, quæ de colore ſunt tradita, ſcribit quoq; hæc.

*Id enim erat ipſi colori eſſe, ut moueat actu diaphanum.*

*num. Actus uero diaphani lumen eſt, ſignum uero huius manifeſtum. Si quis enim ponat, quod habet colorē ſupra ipſum uiſum, non uidebit.*

Quatenus uidelicet uiſibili, non quatenus colori: ſimpliciter aūt uiſibili colori. Atq; id quidem, ubi & ipſe a lumine perficiatur. Q̄m quod in tenebris iacet, id nō mouet aerem extrinſecus illuminatum. Quod uero illuminatum eſt mouet, non paſsiue, uerum ut & id quod ſecundum actum illuminat. Etenim color a lumine perfectus agit & ipſe in actu diaphanum, non per ullam paſsionem, ſed actionem, ut luminoſam ipſi tradens quādam actionem. Per ſe aūt tradit, ubi a lumine ſit perfectum. Et perfecto ipſo diaphano, per ipſum actu diaphanum tanquā p medium mouet uiſum, non aūt primo. Et id quidē fit, quia uel ipſum quoque diaphanum ad motum uiſus confert, a colore uiſo citatum: quēadmodum & uectis confert ad lapidis motum a manu factum: cuius quidem rei ſignū eſt, quod coloratum uiſui ipſi ſuper impoſitum non uidetur, ut quia haud fieri poſsit, ut moueat uiſum.

*Verum color quidem mouet diaphanum, ueluti aerem. Ab hoc autem, cum continuus ſit, mouetur ſenſorium.*
T.74 *Neque enim id dicit Democritus exiſtimans, ſi eſſet uacuum medium cerni poſſe exacte, uel ſi formica in cœlo eßet. Hoc enim eſſet impoßibile. Patiente nanque ſenſitiuo fit ipſum uidere: ab ipſo quidem igitur uiſo colore, impoſsibile. Relinquitur autē a medio. Quare neceſſarium eſt aliquid eſſe intermedium.*

Cō. Mouetur quidem diaphanum a colore, ut quod ab ipſo actum recipiat, mouetque ſenſorium, ut quod eiuſdem actus particeps fiat. Sed non qđ per ſe ſine corpore agat, & uiſum moueat: quēadmodum excallactum ferrū, uel ipſo quoque calefaciente igne non præſente agit, ſed quia color actum traducat. Veluti uectis a manu motus lapidē ipſum. Vnde & diaphanum recedēte colore nō amplius ſecundum illum mouet uiſum. Si aūt ſecundum illum, diaphanū moueret uiſum. Nunc aūt & illud & intermedium interuallum percipimus. Ac manifeſtius quidē hæc ſunt a me in compendio naturalium Theophraſti determinata. Sed iam nūc Ariſtotelicum firmātes dictum, dicimus quidem colorem mouere diaphanum e proximo. Ab hoc aūt continuo exiſtente, inquit, non tm̄ uiſui, ſed etiam colori (ut per ipſam continuitatem indicaret proximum in utroq; termino motum) ab hoc, inquam, mouetur ſenſorium. Non quod medium tanquā illuminatum percipiamus, ut per ſe mouens ſenſum. Lucida aūt, aut colores ita per ipſum uidemus, nō quod per ſeipſum moueat uiſum, ſed ita per ipſum, ut quod cum uiſibili coagat, illiuſque traducat actum. At poſtquam Democrito contradixit quādo ſubdit, ab ipſo quidem uiſo colore, impoſsibile: relinquitur aūt a medio, ſub intelligendum uerbum illud, proxime. Quoniam ſenſorium a colore mouet̃, actum in ipſo diaphano aduectum in ſenſorium immittēre, actum, inquam, ſeparabiliter & immixte in medio inſidētem, & adductum. Vnde & unite adeſt, ſimulque totus, actuſque diuerſorum in eodem colorum adſunt. Verum cur fieri nequit, ut ſenſitiuum ab ipſo uiſo moueatur colore proxime? An q̄m lumine opus eſt tum ipſi cernenti, ad colorū perceptionem & cōpræhenſionem, tum colori ad mouendum uiſum. Ambiri igitur ambo oportet a lumine. Quare & intermedium oportet eſſe actu diaphanū, ut utrūq; ab ipſo perficiatur. Vnde non oē ſimpliciter negat, qđ cernit̃, impoſitum uiſui, uideri, ſed oē habens colorem. Lucidum.n. utique uideri poſſet, niſi ob ſui potentiam immoderatam ſenſum offuſcaret & hebetaret.

*Vacuo autem exiſtente, non quod exacte, ſed omnino nihil uidebitur. Quam igitur ob cauſſam colorē neceſſarium ſit in lumine uideri, dictum fuit.*

Ex eorum uidelicet ſententia, qui medium, uacuū ipſum cōcipiebant. Non modo coloratū aūt ipſum nō uidebit̃, ſed ne aliquid quidem oīno. Q̄m.n. lumen eſt diaphani actus, non profecto medium ipſum cerni poſſet. Qđ.n. mediū vt̃, id oportet actu diaphanū eſſe. Sed nec ipſum quoque coloratū uidebit̃: q̄m medio exiſtente uacuo, non erit actu diaphanum, qđ illuminet uiſum & colorē. Sed nec ullū quoque lucidū. Etenim horū emittentium actus a medio diaphano exiſtente uel potētia, uel actu defertur.

*Ignis autem in ambobus uidetur, & in tenebris & in lumine, & id quidem ex neceßitate. Diaphanum nanque ab hoc fit diaphanum.*

Quæ nāque debiliter lucidum hn̄t taliaq; ſunt, ut haud illuminare poſsint, qđ ptāte diaphanum eſt, in ſolis tenebris mouent, nō illuminando, ſed ita ut p ipſum uideant̃, hac parte coloribus abundantia, quia ſine lumine mouēat diaphanum, ob debile uero lucidum nequaquam in lumine uidentur. Non quod lucida ipſa (ut ego reor) in illuminatum diaphanum non agāt, ſed quia uiſus ob affectū illum a maiori lumine immiſſum, non amplius pōt lumen debile cernere. Ignis aūt ob ſui maiorē luciditatem, quę et lumen quoque reddere pōt, in lumine cernit̃, ſiue in diurno quidem (& quidem oīno licet aliud adſit illuminans) lumine, dummodo nō impediatur, ut a conuenienti interuallo uideatur, ſiue in lumine a ſeipſo reddito cernat̃. Veluti in nocte qui propinqui ſunt, ipſum uidēt: ſed & ipſius lumen quoque percipiunt. Ad quod etiam ſubdtū fuit "
id, & hoc ex neceſsitate, hoc eſt in lumine uideri, cum uide "
licet, id enim ſubdendum, in proprio cernat̃ lumine. Quādoquidem ignis huiuſmodi eſt, ut in actu diaphanum uel ipſum quoque, quod ptāte eſt diaphanum, deducat. Cernitur aūt et in tenebris ignis ab ijs, qui noctu e longe proſpiciuntur. Quandoquidem oportet aut mouens rei motæ aſsidere, aut ad ipſam deferri mouentis actum. Nō profecto igitur medio exiſtente uacuo, alterum quidem moueret, alterum autē mouetur. Neque ſola aptitudo ad patiendum ſufficiet. Alexander aūt contra Ariſto. inſurgit, ut qui uideatur de ſolis uiſibilibus uerba feciſſe, non etiam de uicina actione, de qua ꝓpoſitum erat dicere. Pro quo defendendo inquit, quod ipſe dixit uiſiuam potentiam ab actu diaphano moueri. & quod hoc fit, quod uiſibile erat: & quod in calce huius ſecundi libri ipſe uniuerſaliter loquitur de omni ſenſu, tanquam ſuſceptiuo ſenſibilium abſque materia. Hæc quidem igitur recte ſunt dicta. Ad id uero accedere quoque debet, q. licet in ſenſorio actio hæc cū paſsione fiat, nihilominus in ipſa ſenſitiua uita p propriam actionem fit ſenſibilium ipſorum cōpræhenſio, nō quod extrinſecus ſuſcipiat, ſed rationum occurſu, ſecundū ſenſibilium formas conſiſtat, non quod a ſenſibilibus patiatur, ſed quod circa ipſa operetur & agat, cognoſcitiuo modo non autem actiuo.

*Eadē preterea ratio & de ſono, & de odore eſt. Nullum.n. ipſorum tangens ſenſorium, facit ſenſum.* T.75

Eadem rō, inquit, quatenus, ut ſtatim ſubdit, p medium aliquod externum, in his quoq; actio defertur. Cō.

*Sed ad odore quidem & ſono medium mouetur. Ab hoc autem ſenſoriorum utrunque. Vbi uero ſupra ipſum aliquis impoſuerit ſenſorium ſonans, aut olens, nullum ſenſum faciet.*

Dictum fuit, quō ſenſorium a medio mouetur, non quidem tāquā p ſe mouente, ſed tāquā actionē a ſenſibili differente. Cur igit̃ ſup ipſa ſenſoria impoſita ſenſibilia nō ſentimus? Fortaſsis ob ipſam proportionem. Aut etiam q̄n quidem eo per quod actio deferatur, opus eſt. Veluti & uecte opus eſt in motu lapidis a manu facto.

*De tactu aũt & guſtu, hẽt quidem ſeſe eodẽ modo. Non apparet aũt. Quã uero ob cãm, poſtea clarũ erit.*

In his etenim medium quid eſſe uult, non id tñ apparere: qm̃ intrinſecus, non aũt extrinſecus eſt medium.

T.76 *Medium autem, ſoni quidem aer.*

Cõ. Nunc ſane meminit aeris, quia manifeſtius hẽt illam (ut ſic dicatur) perſoniam. Qñ & aqua, licet minus, eſt delatiua ſoni, ut eſt dicturus poſt modum.

*Odoris uero, innominatum. Cõmunis .n. ſane quędam paſſio in aere & aqua eſt: quemadmodum diaphanum colori, ſic habenti odorem, quod ambobus ineſt his. Videntur autem & aquatilia animalia habere ſenſum odoris. Sed homo quidem, & pedeſtrium quæcunq; reſpirant, nequeunt odorare non reſpirantia. Cauſſa uero & de his poſtea dicetur.*

Id quod nõnulli dioſmon appellitant .i. quod eſt deportatiuum odoris, diaphano ipſi ꝓportionato exiſtẽs. Vt .n. hoc luminis & coloris, omnicq; eorum oium quæ uidẽtur actu effingitur, & efformatur, ſic & perſonium, qđ græci διηχὲς dicũt, ad ſonorum receptionẽ, & perodorũ, quod illi δίοσμον, ad odorum receptionẽ aptũ eſt. Ac per odorũ quidem ipſum & in aere & in aqua eſt. In ea uero clauſula: ſed hõ quidem: licet ad particulam illam, quidẽ, uicem
31 non reddidit, nihilominus quid reddendum ſit, manifeſtũ eſt hoc uidelicet. Quæ uero nõ reſpirant. Cur uero hæc quidẽ, etiã quæ non reſpirant, odorẽt, quæ uero reſpirãt, non odorent, poſterius cãm allaturus eſt.

T.77 *Nunc aũt primum de ſono & auditu determinabimus. Eſt aũt duplex ſonus. Alter quidem actus quidã, alter autem, potestas. Aliqua quidem .n. nõ dicimus habere ſonũ, ut ſpõgiam, lanas. Aliqua uero habere, ut ęs & quęcũq; ſolida, aut læuia. Qm̃ ſonare poſſunt. Hoc aũt eſt inter ipſum mediũ, & auditũ facere ſonũ actu.*

Cõ. Primo quidẽ de auditu eſt determinãdũ, eo ꝙ ipſe poſt uiſum pfectior eſt cęteris, atq; adeo in longius deferẽ. Eſt aũt duplex ſonus, alter quidẽ actus quidã, alter aũt pҁte. Quod uero pҁte, & qđ actu eſt. aliqñ quidẽ dicit ad ipſorũ ſubiectorũ eſſe, aliqñ aũt nõ ut exiſtentium, ſed ut ſenſibilium. Quæ nãq; cera iam alba eſt, cũ actu ſit alba, pҁte nonnũquã eſt uiſibilis. Quæ uero flaua exiſtit, etiam alba eſt pҁte. Quæ uero eſt & alba & cernitur, iuxta utrũque eſt actu. Sic ſane & ſonus, quidã .n. pҁte eſt, & hoc idem ſonus: cũ ſubiecta ſunt et ſolida & leuia, aptaq; ad ſonãdũ. Veluti in his, quę non ſunt talia, neq; pҁte eſt ſonus. Quidam uero & actu, q iam factus eſt, licet nemo audiat. Qui actu quidẽ ſonus eſt, pҁte aũt audibilis. Adeo ut cũ auditur & actu eſt, & ſenſibilis fit. Ac de eo quidẽ, qui actu ſecundum utrunq; ſit, id fuit dictum. Hoc aũt eſt, inter ipſum medium, & auditum facere ſonum actu.

T.78 *Fit autem qui ſecundum actũ ſonus, ſemper alicuius ad aliquid, & in aliquo: percuſſio nanq; ea eſt, quæ facit. Quare & impoſſibile eſt uno exiſtente fieri ſonum. Diuerſum nanq; eſt uerberans & uerberatum. Quare ſonans ad aliquid ſonat.*

Cõ. Alicuius, inquit, uidelicet pcutientis, ad aliquid uero .ſ. ad percuſſum. In aliquo aũt, perſonio .ſ. actionẽ ex percuſſione ſuſceptã deferente. Cum & utraq; ſolida fuerint, aut alterum eorũ, quæ mutuo cõcurrunt, ac eo magis cõcurſus ille fit ſi uelocia & uehementia, aſpera & leuia ipſa fuerint: ipſumq; medium ad ſuſcipiendũ idoneũ ſit, pariter et ad actionem ex ipſis redditã deferendã aptum. Vnde nec profecto in uacuo ſonus fieret, quoniam corpus eſſe oportet, quod deportare debeat, neq; in aliquo eorum, quod non ſit perſonium, aut ſoni deportatiuum.

*Percuſſio aũt non fit abſq; delatione. Quẽadmodum aũt diximus, non quorumcũq; percuſſio eſt ſonus. Nullum .n. ſonũ faciunt lanæ ſi percutiãtur, aut percuſſę.*

Oportet nãque percutiens ipſum, aliunde accedere, et pcuſſum offendere, adeo ut inter id, qđ pcutere debeat, & id qđ pcuti, mediũ adſit corpus. Qñquidẽ non datur uacuũ. Atque hoc eſt in quo ſonus eſt, cũ pſonium ſit, uniteque interclusum, ob delationis uelocitatẽ infractum maneat. Tunc .n. ſuſcipit actionẽ ex pcuſſione factam.

*Sed ęs, & quęcũq; leuia & caua, ęs quidem qm̃ leue. Caua aũt, quia p refractionẽ multas faciũt pcuſſiones poſt primã: cum non poſſit exire quod motum fuit.*

Non ſimplr nunc ea tradit nobis, quæ ſonũ ędunt, ſed quæ ſunt bene ſonora. Quæ quidẽ tũ ſolida eſſe oportet, ueluti ipſius æris exẽplum indicat, tũ pręterea & leuia, ut interclusus intermedius aer uni ſinnorę ſuperficiei occurrẽs, infractus ſeruet, atque adeo in uno toto actũ ſuſcipiat. Aliqua uero ut ſonũ ędãt, caua ſunt, quia multoriens fit interclusi aeris percuſſio, ob pcutientis uelocẽ motionẽ, manẽte aere infracto uehemẽterque moto, inque cauis incluſo, & ſępius ipſa pcutiente, ea rõne, quia difficulter exire põt.

*Præterea auditur & in aere, & in aqua, ſed minus. Non eſt aũt ſoni proprius aer, neque aqua.* T.79

Aer in panniculis illis contractus, eſt auditus organum. Cõ.
Quod uero corpus extrinſecus ſonum defert, non tñ eſt aer, ſed etiam aqua, licet aere minus, utpote quæ craſſior & auditus meatus obſtruens ſit. Non eſt aũt ſoni ꝓprius aer, nec aqua. Quatenus .n. ſuſceptiua, media ſunt cauſſæ ſono ipſi, non ut effectiua. Hæ aũt propriæ ſunt: ſuſceptiua .n. ſunt materialia. Niſi fortaſsis obiiciaẽ, qm̃ & ipſe aer a flagello, aut baculo percuſſus ſonat. Quo quidem loco duas quoque ſuſcipit rõnes. Alteram quidem, ut a quo ſonus, alterã aũt, ut in quo. Ac proprius quidẽ eſt ut a quo, non tamen ut ſuſceptiuus. De iis aũt tanquam de ſuſceptiuis dictum fuit, quod non ſunt propria.

*Sed oportet ſolidorum percuſſionem fieri mutuam, & erga aerem. Hoc aũt fit, ubi permanet percuſſus aer, neq; diffundatur. Vnde ſi uelociter, & uehemẽter percutiatur ſonat. Oportet nanque præcedere motum percutientis diuiſionem aeris. Veluti ſi aceruum aut cumulum harenę ſi cito feratur, uerberaret aliquis.*

Biſariam Ariſto. dictum intelligi põt. Etenim duobus ſolidis inuicem ſe percutientibus, medium quoque aerẽ in illo concurſu cõpræhẽſum, ſi ſonus debeat fieri, percuti neceſſarium eſt, ſubſiſtereque, atque adeo nõ diffundi, ob uelocitatem & uehementiã percuſsionis, percutientis motu ſuperãte aeris diſsipationẽ. Quẽadmodũ in ueloci illa plenorum uaſorum circũactione, quorũ aqua nõ diffundiẽ, licet eorum oſcula ſæpe ſæpius deorſum uergãt, cũ uelox illa uolutatio præueniat aquę effuſionẽ. Et ueluti ipſe quoque Ariſto. dixerat de uerberato cumulo, uerbi gratia tritici ibi collocati aut alterius ſimilis, aut aceruí harenæ, aut tritici, quod feratur, ſi præter uehementiam retineat etiam uelocitatem ipſa uerberatio, & ea ratione præueniat diuiſionem harenarum, quæ hactenus prope ſe mutuo erant. Percuſsio .n. ipſas diſsipat. Quæ uero præterea & uehemens & uelox eſt uerberatio ſiue percuſsio, ob ipſam qdẽ uelocitatem præuenit ipſam diuiſionem, atq; adeo tãquã uni cumulo aut aceruo occurrit, ob uehementiam uero ſonum reddit. Sic igitur præſens hoc dictum uenit intelligendum, quod ſimul ſolida ſe inuicem & intermedium aerem percutiant. Et præterea, ꝙ ſeorſim quidem aliquãdo

ſolida

ſolida mutuo ſe percutiant intelligi põt, aliqñ autẽ ſolida percutiant aerẽ, ueluti percuſsio aeris a flagello facta, ſubſiſtentis, atque adeo non diffuſi, compluraq; alia ſimili modo, his quæ dicta fuere.

T.80 *Echo autem fit, cum ab aere uno exiſtente, propter uas terminans & probibens ſcindi, rurſus aer reiciatur, ut pila.*

Cõ. Ariſto. in ipſa Echo dicere vr̃, ꝙ aer a principio percuſſus, delatus uſque ad aliquod ſolidum leue et cauum atq; adeo quaſi uas ob cauitatem euadat, tum manens unus, tum etiam infractus, ſolidoque & leui & cauo occurrens, retrorſus perinde atque pila retortus inde defertur, & hoc quidem eſſe, quod dicunt, Echo. Recte uero, ut ego opinor, cenſet Alexander, philoſophum exiſtimare, Echo ipſam fieri, nec quia ipſe prior percuſſus aer deferatur ad uas, neque rurſus quia hic idem aer reuerberatus, a uaſe ad ipſum percutiens deferatur. Hoc quidem igitur recte cenſet. Neque enim rõni conſonum eſt, motum aeris adeo uelocem ob percuſsionem fieri. Et oportet quidem, ueluti in ijs, quæ iaciuntur, eſt iudicatum, motæ rei ſemper adeſſe ipſum mouens. Verum illud eſt cõſiderãdum, an recte ſentiat. Scribit aũt ſic Alex. Sed prior quidem percuſſus aer, ob percuſsionis uelocitatem, continuus manens & indiuiſus, eum, qui ſequitur, ſimili plaga figurat, qua & ipſe fuerat informatus, & hic deinde ſubſequentem, & hoc ſerie continuata efficitur, donec deuentũ fuerit ad uas. Quouſque n plaga, quæ hac ſucceſsione fit, ualidior fuerit concuſsione aeris, eo uſque manet, alio poſt alium aere informato. Quod quidem uel in ijs, quę proijciuntur, oſtenſum eſt fieri. At ultimus ille aer, qui uaſi ꝓximus eſt ictus & informatus, impeditus a uaſe, ne ulterius plagam diſtribuat, retro a reſiſtentia ſolidi rejicıẽ, perinde ac ſphæra a ſolido aliquo, ac deinde iterum eum aerem percutit & informat, qui ſubſequitur, & eodem modo rurſus ſoni diſtributio ad talem percuſsionis et ſoni fit. Quibus omnibus Alexandri uerbis occurrere aliquis poſſet, ut ſonum in figura conſtituentibus, atq; adeo ut non determinantibus percuſsionis diſtributionem. Nunquid primus aer percuſſus eum qui ſequitur, percutiat quẽadmodum & formare manifeſte dicitur, & quonã fieri poſſet aeris plaga ab aere continuo atq; uno manẽte, & ea quidẽ etiam ſonora plaga? An ea fiet, percutiente ſolido priorem aerem, atq; eum, qui conſequitur, & eum rurſus, qui poſt illum ſubſequitur? Verum ſi omnino diuiſionẽ animaduertere uolumus, non prætetea ſonans aer, infractus manet, atq; unicuique adeſſe oportuerat ipſum percutiẽs. Ego igitur arbitror, quod non quẽadmodum præſentia illuminatuis in diaphano, & præſentia coloris in perſpicuo actu, ſtatim repræſentat, quod erat futurũ uiſile, ſic etiam ſola præſentia ſolidi in medio ſonum efficiat, ſed percutiẽs agit, hoc eſt paſsionem imprimit. paſsio.n eſt ipſa percuſſio, ſonus autem non paſsio, ſed percutientium actus, inſeparabiliter medio ipſa in paſsione preſens & aſsidens. Vnde & paſsio præcedit. Et totus quidem aer paſſus eſt, quouſque fuit protenſus actus, qui & unus manet, & continuus & infractus, non attamen ſecundum ſe totũ principaliter, ſed ſecundum eam partem ſui, quæ ſolido proxima eſt, reliquis uero quaſi compatitur, magis quidem, & prius his, quæ ſunt continuæ parti primo patienti, minus uero & tardius remotioribus. Atque iccirco qui propiores ſunt & magis & citius audiunt ijs, qui remotiores ſunt. Ex affectionis nanq; aut paſsionis menſuris & uehæmentia & uelocitas & contraria, determinantur. Nequaquam igitur percutiuntur, aut figurantur ſecundæ partes a prioribus, ſed compatiuntur & ſimul informantur ab eo, qui a principio percuſſerit, & egerit. Et quia diuiſibilia ſunt corpora, quæ patiuntur, diuiſibiliter paſsio diffunditur prioraque non percutiunt poſteriora, ſed ipſam deferunt plagam: uniuerſoque aeri qui percuſſus eſt, ſonora quoque adeſt actio. Non.n.alio modo fieri poſſet, ut eſſet ubicũq; ſonus diffuſus eſt. Diffunditur aũt, in quantumcũq; aerem paſsio a percuſsione deferatur, in aerem, inquam, infractũ & continuum, & unum remanentẽ. Quando igitur unus hic aer ſolido alicui corpori adhæreat, & occurrat, nõ amplius eodem cum prioribus particulis modo, ex directo continuitatem ſeruans, ob reſiſtẽtiam a ſolido corpore factam, ſed aut iuxta ſeipſum patientem atque adeo adhuc ſeruantem actum, aut iuxta eum, qui ſibi aſsidet & adhæret, ad huius ſolidi parteis deferatur actus illius, qui a principio ſonat, euadit Echo iam prædicta, non ita quidem quia ſolidũ corpus percutiatur, et ſonum efficiat, ſed quia, quod a principio ſonat, utitur coadiutore ipſo ſolido, & leui, & cauo ad reflexionem, cum ſolidum ob leuitatem aerem ſeruet infractum, una plurimum collectum, & ab ipſa Echo informatum, atque non diffuſum, et ea quoque ratione manifeſtius informatum. Solidum aũt rurſus, ob reſiſtentiam impedit actum illum ulterius procedere, et ut concauſa concurrit, ut ad eadẽ reflectatur. Sic igitur etiam illud Ariſt. dictum eſt intelligendum uidelicet, rurſus aer rejciatur, tanquã pila. Non ut is aer ſecundum delationẽ citatus, ſed ut actu ſonorus per ipſum ſonum.

*Videtur autem ſemper fieri Echo, ſed non manifeſta. Quoniam accidit in ſono, quemadmodum in lumine. Etenim lumen ſemper refringitur. Neq; enim fieret omnino lux, ſed tenebræ extra id, quod a ſole illuminatur, ſed non ſic refringitur, quemadmodum ab aqua, aut ære, aut quouis alio lucido, adeo ut faciat umbram, qua lumen terminamus. Vacuum uero recte* T.81 *dicitur proprium audiendi. Videtur nanque eſſe inane aer. Is autem eſt, qui faciat audire, cum moueatur continuus & unus, ſed quia fragilis eſt, non reſonat, niſi lene ſit, quod percuſſum eſt. Tunc autem unus fit ſimul, propter planitiem. Vna nanque ipſius lenis planities.*

Cõ. Cum uidelicet omnino aliquid ſonat, quemadmodum & in lumine, lumẽ nanque ipſum ſemper reflectitur. Reflexionem aũt appellat luminis actionem, quæ non tñ a ſolidis ipſis fit ſecundum angulos ęquales ſed & eam quę ab humidis fit, a iunioribus [illegible], appellatã. Et utriſq; nanque lumen reflectitur, nedũ in ijs ſolis, quę a ſole illuminantur. Quãuis non tale ſit qđ poſsit facere umbrã, ut id, quod ab aqua & ære reflectitẽ & reuerberatur. Luminis aũt reflexionẽ reſonantia in latus deducta imitatẽ. Qđ enim & ſonus non ſecus, atque lumen per rectam lineam magis procedat, id declarat, ꝙ magis audibilis ſit his qui aurem per rectam lineam ſono obijciunt. Reuerberationem uero imitatur Echo. Atque eam quidẽ quæ umbrã reddit imitatur Echo, quæ facillime auditẽ, quæ uero umbrã non reddit, imitatur Echo ea, quæ propter debilitatẽ nõ auditur. Inane aũt recte dicitur proprium eſſe audiendi, iuxta eos uidelicet, qui aerem uocabant uacuum ſiue inane. Et, ut ipſe ſubdit, proprium quidẽ eſt, non ut effectiuum (hoc enim negarat) ſed ut deportatiuum: & ea ratione audire facit. Rurſum uero refert quod lene oportet eſſe ipſum percuſſum, quo ſonus fiat. Si enim plana ſit percuſſe rei ſuperficies, unus etiam manet intercluſus aer, non fractus acie & compreſsione rei percuſſæ.

*Sonatiuum igitur, quod motiuum eſt unius aeris per continuationem uſque ad auditum. Auditus autem connaturalis eſt aeri.*

Sonatiuum quidem inquit, qđ motiuũ unius eſt aeris: quod non poteſtate tantum, ſed & actu quoque mouet. Vnius uero aeris motiuum eſt, ut quia mota res infracta manere debeat, ſiue modo ea res ſit aer, aut aqua. Sed id quod maxime ſoni deportatiuum eſt, nunc fuit dictum.

Ex quomodo, unius, declarat per uerbum, cõtinuationem non.n. aer unum eſt, quatenus indiuiſibile, neque ratione unum, ſed unum, ut continuum eſt unum. Particula uero ea, uſque ad auditum, non qui omnino audit, ſed qui aptus ſit audiri, ſignificat, licet audiens non præſto ſit. Audiſui aũt connaturalis eſt aer, non is, qui extrinſecus eſt. neq; enim is connaturalis eſt, ſed is qui ipſi ſecũ naturã eſt cõpactus, tanquam organum. Talis aũt eſt, qui & uiuẽs exiſtit, & per auditoriam uitam formatus, ueluti humidum, qd' in oculis eſt adſtructũ, per uiſoriam uitã formatur.

*Propterea autem quia in aere eſt, moto exteriori, mouetur qui interius eſt.*

Quia uidelicet auditus in aere eſt, & ea rõne connaturalis eſt internus aer, atque adeo in eo conſiſtit auditoria facultas. Quæ & ut uitalis organi characteriſtica, eſt connaturalis, ideſt uitalis, & ut utens huiuſmodi inſtrumẽto exiſtit. Quia igitur in aere eſt, ideſt in eo, quod eſt ſoni deportatiuum, moto exteriori, & actu facto ſoni deportatiuo, mouetur & ipſe una, ſonum ſuſcipiens, mouet, inquam, a primo percutiente, & ipſo ſenſorio patiente, & tranſportata actione, quæ ab ipſo fit percutiente per externum medium, ad huiuſmodi connaturale.

*Quare non ubiq; aĩal audit, nec quaq; pertrãſit aer. Non enim ubique aerem habet mouenda pars, & animatum: quemadmodum pupilla humidum.*

Non enim aĩal ubique habet aerem, talẽ uidelicet, qui connaturalis ſit auditoriæ uitæ, hacque natura formatũ.

T.83 *Ipſum quidẽ ſono carens, aer, quia facile frãgitur. Vbi uero prohibeatur frãgi, huius motus eſt ſonus.*

Cõ. Vniuerſaliter quidem particula illa, ſono carens, Ariſt. ſonat, & quod ſonum nõ agit, & quod ſoni non eſt ſuſceptiuum. Simpliciter igitur aer, quatenus aer ſono caret, quia facile frangitur. Aeris igitur conſtitutiuum eſt, & id, quia facile frangatur. Impeditus uero ut frangatur, atque adeo motus, aut ab eo, quod ipſum principaliter percutiat, aut ab eo, quod principali quidem intentione aliud uerberat, ſed ſecunda percutit aerem ipſum, tum temporis ſonũ facere poteſt: cũ uidelicet percuſſio ueruerit, ut ſcindatur. Adeo ut, non quatenus aer, ſed quatenus is, qui poſsit impediri, ut frangatur.

*Qui uero in auribus fabricatus fuit, ad hoc ut immobilis ſit, ut exacte ſentiat oẽs differentias motus.*

Aer ille, qui auditui connaturalis eſt, a ſolidis ambitum fuit, ne a percutiente uicine moueatur. Quo fieret omnium motus differentiarum exactus et certus ſenſus. Oportet.n. & ſenſorium aliquid perpeti, ſed eam quidẽ paſsionem eõ moderatam eſſe, ut iudicatoria potentia uincat, neque uero actio a paſsione obtundatur. Commoderata aũt ea eſſe poſſet paſsio, ſi proxime percutiatur. Quo uero exacte ſentiat, nõ eſt opus ut uehæmenter patiatur, ſed ſincero modo agere. Vehementior enim paulo facta paſsio impedit iudicium.

*Propter ea & in aqua audimus, quoniam non ingreditur ad ipſum connaturalem aerẽ, ſed nec etiam in aurem, propter anfractus. Quando uero hoc contingat, non audit, neque ſi pellicula laboret. Quemadmodum quæ ſuper pupillam pellis, cum laborat.*

Propter ea, inquit, hoc eſt, quia connaturalis aer eſt in auribus fabricatus, & quia a ſolidis corporibus obductus fuit, & quia proxime nõ mouetur a percutientibus. Quia enim obductus fuit, aqua non intrat ad connaturalem aerem. Si nanque intraret, ipſam auditoriam actionem obtunderet, uel refrigerando, uel humectando, uel incraſſando. Cum igitur in aurem ingreditur, auditum impedit, nõ facile aũt ingreditur, ob anfractus, & illas auris cõuolutiones. Sicuti aũt diaphanum quiddam habet pellicula ea, ſiue tunica, cornea uocata, ambiens quidẽ humidum, connatum uiſionis inſtrumentum, media aũt exiſtẽs inter diaphanum externum & internum, ſicut, inquã laborans impedit uiſionem, pariter & pellicula ambiens connaturalẽ aerem, ſimul & ſoni deportatiua exiſtens, atque adeo media inter id, quod intus, & extra tale eſt, ſic inquam & ubi hæc ægrotet, præterq; naturã ſeſe habeat, auditũ impedit.

*Sed & ſignum audiendi, aut non, ſonare ſemper aurem, quemadmodum cornu. Semper enim proprio quodam motu mouetur aer, qui eſt in auribus. Verum ſonus alienus, & non proprius.* T.84

Natura nolens connatum ſpiritum ab aliquo proxime extrinſecus moueri, aut incraſſari, aut agitari omnino, & obſtaculis & aurium conuolutionibus ſuppetias tulit. Vnde & immobilis fuit antea dictus, ut qui proxime a ſonoris minime moueatur. Quia uero uiuit, ſemper ex ſe mouetur. Manum igitur ad aurem apponentes, parumperq; illam intra impingentes ſonum factum ſentimus, nimirũ ſpiritu interno ob illam manus impactionem reſtricto, & quia dum mouetur, ob loci anguſtiam aures inculcat, ſonumq; faciat, quemadmodum & inſufflatus ſpiritus in auletarum cornibus. Sonare igitur audiendi ſignum eſt, qm̃ ſpiritus uitali motu mouetur. Neque.n. in aurium obſtructionibus ſonaret. Non ſonare aũt ſignum eſt nõ audiendi: eo quia laboret, aut non omnino, aut imbecilliter ſpiritus moueatur. Qm̃ aũt qui in aere fit ſonus, is fit aut ſolido corpore moto, et aerẽ ipſum percutiente, aut aere moto, & ſolido corpori incurrente, cũq; tradiderit Ariſto. eodem modo ſonum in auribus fieri, appoſuit hoc, quemadmodum cornu. Quod enim cornu concinit, ſonat ſpiritu moto, & corpori ſolido occurrente. Semper quidem igitur aer qui eſt in auribus, proprio quodam motu mouetur, non ſemper uero ſonat. Alienus nanque ſonus eſt, & nõ proprius. Hoc eſt, ſonus non eſt aeris per ſeipſum tãtum moti, & per proprium ſui motum. Sed fit aut incurſu ipſius ad aliud, aut alterius ad ipſum: eaque ratione, ſonus eſt alienus.

Cõ.

*Et ideo inquiunt audire uacuo & ſonãte, quoniam audimus eo, quod habet determinatum aerem.*

Ii uidelicet, qui non recte uacuum appellant aerem ipſum, nos quoq; dicũt audire uacuo, qm tanq̃ proximo organo audimus connaturali aere: quantiſper ſanus fuerit. Quod quidem notare uolens appoſuit, ſonante: in ea uidelicet manus, ut ſuperius eſt dictum, impactione. Et qm̃ audimus habente determinatum aerem. Determinatus quidem igitur eſt, non qui eſt circumſcriptus, id enim etiã qui extrinſecus eſt, pati poſſet, ſed qui a uitali ſono characterizatur, & formatur. Audimus aũt nos, qui ſumus cõpoſiti, aut & qui ex tota conſtamus aĩa, eo quod aerẽ habet determinatũ, ideſt audimus ex auditoria uita, ipſo aere perinde ac organo, utente.

*Vtrum uero ſonat, quod uerberatur, aut quod uerberat, aut utraque, modo uero diuerſo? Eſt enim ſonus, motus eius, quod poßit moueri eo modo, quo quæ reſilliunt a leuibus, ubi quis detruſerit. Non ſane omne, quemadmodum eſt dictum, ſonat uerberatũ & uerberans, ut ſi percuſſerit acus acum. Sed oportet quod uerberatur, æquale eſſe, ita ut aer unitus reſiliat, & concutiatur.* T.85

Hæc enim erant ſoni propria, uerberãtia, ſcilicet, & uerberata, alia uero ſoni ſuſceptiua, ut quæ ipſum deportãt. Cõ.

Dictum aũt fuit compluries, quod unum & idẽ duas has ſuſcipit rõnes. Simul.n.aer & uerberãs eſt, & uerberatus, ſuſcipienſque ſonum. Similiter & aqua ipſa. Inquirit igitur utrum magis ſit proprium, uerberans, an uerberatum. Subiungit, quod utraque, licet diuerſo modo. Aliud quidem tanquam efficiens, aliud autem tanquã patiens. Verberat aũt mota res, & incurrens. Illud aũt quatenus occurrit, uerberaſ. Quod uero utraq; ſint propria, illud demonſtrat, quia medium interclusũ ſic abſilliat, ut ea, quæ a leuibus reſiliunt, ubi quis ea detruſerit. Quia.n.non frangitur, neceſſum eo modo eſt abſillire, adeo ut maneat unũ & continuum. Percuſſum quidem aut primo, aut compatiens cum alijs principaliter percuſsis, ſic autẽ percuſſum, ut percuſsionẽ præueniat, percutientiumq; actionem ſonatiuam illi inditam ante lractionẽ præuertat. Atq; hic quidem motus nõ eſt delatio, ueluti motus is, qui ſalientium eſt, ſed uelox quædã percuſsionis & actionis diſtributio, aſsimilãda reſilitioni illi, quæ a leuibus fit, ubi quis aliquid eo detruſerit, propterea quia etiam & hic motus, & qui ſolidorum, & leuium eſt, unitus ex percuſsione fiat, ab iſ. que ad alia trãſeat. Qñ igitur & uerberans & uerberatũ latitudinem habere oportet, æqualeq;, hoc eſt, leue eſſe, ut ideo maior aeris quantitas interclusa collecta abſillſat, & quatiatur, merito non tantum oportet uerberans latitudinem habere, ſed & uerberatũ debet eſſe proprium ipſius ſoni. Ruſus uero ipſum reſillire præſefert percuſsionis et ſoni uelocem diſtributionem.

T.86 *Differentiæ aũt ſonantium in ſono ſecũdum actum declarantur. Quemadmodum.n.abſq; lumine nõ uidẽtur colores, ſic nec ſine ſono acutum & graue.*

Cõ. Ab actione, inquit Plato, potẽtias & ſubſtantias rerum cognoſcimus. Quemadmodum igitur, quod ſonatiuum ſit, ex ſono cognoſcimus. ſic & qđ taliter ſonatiuũ ſit, ex tali ſono cognoſcimus. Vt.n.abſq; lumine nõ uidenſ colores, ſic nec abſq; ſono pcipitur acutũ & graue, nõ intelligens per acutum & graue ipſos ſonos, ſed ſonatiua acute uel grauiter, ut hęc cum prædictis conſentanea ſint. Dicta uero ſunt ſonãtia, ut quẽadmodum lumen a coloribus diuerſum eſt, ſic & ſonus ab acuto & graui, ea tñ cũ differentia, qđ lumen quidẽ cã eſt ut colores uideanſ tanquã efficiens: ſonus uero, ut acutum & graue cognoſcaſ, tanquã perfectio ipſorum ſignificatiua.

*Hęc aũt dicuntur per translationẽ a tangibilibus.*

Non ſimili modo inquit ſe habere nomina, quibus in audibilibus utimur cũ tangibilibus. In tangibilibus enim oppoſitum acuto non graue, ſed obtuſum uocamus. Sed res ipſas ſimili ſe habere modo uult ſecundum proportionem, ut manifeſte dicturus eſt.

*Acutum quidem enim mouet ſenſum in pauco tempore multum. Graue uero in multo parum.*

Per uerbum quidem acutum, intelligit nunc ipſum audibile: per ſenſum uero ſenſitiuam potentiam, particula uero, in paruo multum, ſignificatiua eſt, ut cito, atq; adeo in multum interuallum, & multum tempus audibile ipſum remaneat: ueluti ipſum graue dicitur in multo parum. tũ quia & tarde audiatur, minuiq; per tranſeat ſpatium, tum quia breuiori tempore perduret. Hæc ſane Ariſto. ſcribit non quæ hæc ſibi uideantur, ſed ut, qui ex aliorũ ſententia loquatur. Ac uidetur quidem in Thimeum ſermonem ſuum dirigere, qui uoluit concentum fieri, acuti & grauis ſoni: præincipiente uidelicet acuto citiuſque auditũ mouente, ac in principio quidem uehementius poſtea uero remiſsius: quando grauis cum ipſo uniſonus, deſinenti acuto incidens ſimilis lenis, neque uero aſper ob ſimilitudinem fiat, tãquam quidem acuto prius auditum mouente, & ad quoddam tempus permanente, graui uero poſterius conſequente. Ariſto. autem non exiſtimat acutum & graue ex ueloci & tardo dijudicandum eſſe: ſed ꝓ ꝓportionem, cũ acuto & obtuſo quę in corporibus ſunt, altero quidem pungente, altero uero impellente: adeo ut & in ſonis acutum penetret, & quaſi ſecundum profunditatem percutiat. Graue uero quaſi ſuperficialiter & per alluſionem, perinde, atque ea que ſuperponũtur, ac præterea impellunt. Iccirco aliorum opinionem ubi recenſuit Ariſto. ſubdit.

*Non certe uelox acutum, graue uero tardum. Sed fit huius quidem ob uelocitatem motus talis: illius uero ob tarditatẽ ac uidetur proportionabiliter ſe habere cũ acuto circa tactum & obtuſo, acutum enim quaſi pungit: obtuſum uero quaſi impellit, eo quia mouet: altero quidẽ in pauco alterũ uero in multo, quare contingit hoc quidem uelox, hoc autem tardum eſſe. De ſono quidem igitur, hoc modo ſit derminatum.* T.87

Cõ. Quamuis enim uelocitas cõſequatur acutum, ueluti in ſonis, qui e longe fiunt (in his enim, qui de prope fiũt aut non fit, aut inſenſibilis fit acuti perſenſio illa) nihilominus ea proprietas diuerſa eſt, & propriam quandam denotat naturam. Verum licet, ut diximus, acutiem illam uelocitas conſequatur, grauitatẽ uero tarditas, nõ tñ idem ſunt, ſed acuti quidem talis motus ob uelocitatem fit, inquit ipſe, in pauco tempore multum, idque ob uelocitatẽ, ideſt ſecundum uelocitatem, neque uero ſecundum acutiem. In pauco nanq; tẽpore mouere ſenſum uelocitatem, nõ autẽ acutiem præſefert. Quemadmodum, e contra qui motus in multo tempore parum fit tarditatem, non aũt grauitatem portendit. Vnde licet dicamus hos motus eſſe acuti & grauis, non tanquã m̃ acuti & grauis eſſe dicimus, ſed ut uelocis & tardi. Quemadmodum enim in corporibus acutum & obtuſum, ob ſui tales figuras, hmõi ſunt, ut alterum quidem pũgat alterum aũt impellat, quia alterũ mouet in pauco tẽpore, alterum in multo, hoc quidẽ uelox, hoc aũt tardum contingit eſſe (per accidens nanque quodammodo, ac non per ſe uelox eſt ipſum acutum, obtuſum uero tardum) ſic & in ſonis acutum & graue nõ quatenus ſunt talia, ſed cõſequentia ſibi hñt uelox & tardum. Ac talis quidem eſt propoſitorum uerborũ ſenſus. Quantum uero ad Ariſto. textum attinet, ſi ſcriptura non ita ſe habeat, non ſane uelox acutum, ſed ita, ſane uelox acutũ, intelligendũ eſt Ariſto. inſiſtere ei, quod manifeſte falſum eſt, quod uidelicet inquit, uelox & acutum idem eſſe, graueque ac tardum, in quibus quidem iuxta id, quod ſibi uidetur, dijudicat, quõ fiat tum motus ipſius acuti in pauco, tum motus grauis in multo, quomodo inquam hi motus fiant, dijudicat qm̃.ſ. ſecundum uelox & tardum. Rurſus uero in particula illa: acutum quidem quaſi pungit, obtuſum uero quaſi impellit, eo quia mouent alterum quidem in pauco, alterum uero in multo, in hac, inquã, deeſt hoc totũ alterum quidẽ eſt uelox, alterum uero tardũ. Sic.n.recta ratione ſubiungitur hoc, quod ſequitur. Quare cõtingit ac quaſi per accidens fit, ut acutum quidem uelox ſit, obtuſum uero, tardum.

*Vox autem ſonus quidã eſt animati. Nullum enim inanimatorum uocem ædit, ſed per ſimilitudinem uocẽ ædere dicuntur, ut tibia & lyra: quæque reliqua ſunt inanimata extenſionem habent & cantum & locutionẽ. Videtur enim quod & uox hæc habeat. Multa uero animalium non habent uocem, ueluti exanguia, ex ſanguineis uero piſces: & hoc rationabiliter.*

Vox eſt quædam ſoni ſpecies, quæ aliis tum ineſt animalibus, tum rationali quoque: atque hac ratione una eſt,

& ut ſignificatiua, & ut communicatiua. Ideo & propriã quoq; ſortita eſt rationem. Manifeſtum aũt eſt etiam, uocem in ſolis adeſſe animatis, atque adeo ꝙ tibia uel lyra ꝑ ſimilitudinem uocem ædere dicatur, eo quia extenſionem habeat, quæ quidem interuallatam apud muſicos dictam uocem indicat, qualis ea eſt, quæ canit, quam muſica imitantur inſtrumenta. In extenſione quidem igitur imitaẽ cantum, qui in uoce eſt. In ſonorum autem interpolatione imitatur locutionem ſyllabis diſtinctam. Manifeſtum proinde quoque eſt, animalia multa non ædere uocẽ, quę cunque non reſpirant ſcilicet.

*Siquidem aeris motus eſt ſonus. Sed qui dicũtur uocem ædere, ueluti in Acheloo piſces, ſonant branchiis,*
T.88 *aut aliquo alio tali. Vox autem eſt animalis ſonus, et non in quacunq; parte: ſed quoniam omne ſonat uerberante aliquo, & aliquid & in aliquo: hoc autem eſt aer. Rationabiliter utique uocem ædere debent hęc ſola, quę cunq; recipiunt aerem.*

Cõ. Aeris inquit ipſe, uidelicet reſpirati, per ipſum uero ſonum, non omnem intelligit ſonum, qm̃ etiam in aqua fit, ſed tantum uocalem ſonum. Et qñ ſubdit, ſed qm̃ oẽ ſonat uerberante aliquo, & aliquid & in aliquo, hoc aũt eſt aer, id quod inquit, in aliquo id uidelicet ſonat, quod maxime ſonorum eſt, & cuius neceſsitas in uoce eſt. Qm̃ & aqua ipſa ſonum defert, licet mitius. Qua igitur de cauſa, uel in ipſa quoque aqua non adeſt uox? An qm̃ uox per imaginationem ſignificatiuam fit? Significare aũt eſt perfectioris uitæ munus, pariter & communicatiuæ, ac etiam imaginationis diſtinctæ, adeo ut etiam calidioribus & purioribus utatur inſtrumentis in elementis: unde & quę uocem ædunt animalia hñt cor, atque in aere uiuunt. Sed & ipſa uox tanquam in ſonis optima & principalis, eo quod a uita proficiſcatur perfectiori, in eo quoq; quod maxime ſonum defert, rationabiliter fit.

*Iam enim reſpirato utitur natura ad duo opera, quẽ admodum lingua ad guſtum, & ad locutionem. Quorũ guſtus quidẽ neceſſarius, unde & pluribus ineſt. Interpretatio aũt cã ipſius bene. Sic & ſpiritu ad caliditatẽ, quę intus, ut neceſſarium. Cauſſa uero in aliis dicetur.*

Neceſſario quidem ad refrigerationem calidi, quod circa cor, & ad excitationem, ad perflandum eo utitur. Immobilis enim ſtans extinguitur, ac non refrigeratus conſummit animal ob ſuperabundantiam, pręterea etiam ut fuliginoſas ſuperfluitates ibi præſentes extruderet, eo utiẽ. Hæc igitur omnia, licet plura ſint opera, commune habentia ipſum neceſſarium, tanquam unum ob id dicuntur, & tradita ſunt ab ipſo, tũ in tractatu de partibus animalium, tum & in eo, qui de reſpiratione eſt.

T.89 *Et ad uocem, ut inſit ipſum bene. Inſtrumentũ autem reſpirationi ipſi eſt guttur.*

Cõ. Platonico quoque more ipſe pħs ea, quæ ad ipſum eſſe pertinent, diiudicat: in quibus quidem neceſsitas eorum, quæ ad bene ſunt, conſiderari debet. Qualis eſt tum uox ſimpliciter, facta et ob ſignificationem, et ob cõmunicationem, tum etiam magis interpretatio, tãquam etiam rõnẽ perficiens. Quod enim guſtus neceſſarius ſit, manifeſtum eſt, ad nutritionem conferẽs, per quam quidem uiuere ipſum aĩalibus comparatur. Inſtrumentum aũt reſpirationi guttur exiſtit, uel trachea uocata arteria, per quam & ingreditur & egreditur reſpiratus aer, nõ omnino ipſam derelinquens, eo quod non ſimiliter cum aliis arteriis cõtrahatur, & concidat hęc arteria, impediente ſoliditate & craſſitie id ipſum, adeo, ut ſemper in ſe habeat aerem, ut ab exſpirato aere, aliquod tempus interius retento, collectimq; emiſſo, non ſola arteria in uoce percutiatur, ſed & is etiam aer, qui in ipſa continetur.

*Cuius autem cauſſa, & particula eſt hæc, pulmo.*

Primum quidẽ ac principalius id, cuius cauſſa, eſt cor. Proximus m̃ arteriæ finis, eſt pulmo. Quoniam hic cõtinue indiget reſpiratione. Qm̃ primo cor. Hoc enim calidiſsimum, & pulmo ob uicinitatem ipſius.

*Hac enim particula plurimum habent calidum pedeſtria ſupra alia, indigent aũt reſpiratione. Et locus, qui circa cor, eſt primus. Quare neceſſarium, eo quod intus, reſpirato, ingredi aerem. Quare percuſsio reſpi-* T.90
*rati aeris ab anima, quę iſtis in particulis eſt, ad uocatam arteriam, uox eſt. Neque enim omnis animalis ſonus, uox eſt, quemadmodum dictum eſt.*

Per uerbum, pedeſtria omnia, intelligit aĩalia non aqua Cõ.
tilia. Inter quæ, reſpirantia ipſa calidiora ſunt. Hac particula, hoc eſt pulmone, & multo magis corde, tanquã magis excitata ob perfectionem uitam. Quare reſpirati aeris percuſsio ab aĩa, quæ hiſce in particulis eſt, fit. Quoniam enim omnia mouentur ab aliquo, ab aĩa uero uitales motus fiunt, quo philoſophus ipſum mouens indicaret caute adiecit, ab anima. Non autem ut Alexander cenſet, philoſophus uult intelligendum eſſe, ſecundum animã. Ipſum enim a quo, ſignificat ipſum motiuum: ueluti ipſum, ſecundum quod, formale declarat. In anima autẽ ipſa, aliud eſt, ſecundum quod, tanquam uitalis organi determinatiuum, quod quidem etiam ſolum reſpicit Alexãder, aliud autem id eſt, a quo, ut quod utitur organo, quod quidẽ etiam uiuens corpus mouet. Quæ igitur anima in reſpiratoriis organi particulis ineſt, uidelicet ea, quæ illis utiẽ, paulum quid per has retinens, collectimq; reſpiratũ aerẽ mouẽs, & eo mediante in exiſtẽtẽ arteriæ aerẽ percutiens, per ſignificatiuum aliquem motũ, facit uocẽ, quæ quidem nil aliud eſt quam huiuſmodi dicta percuſsio.

*Eſt enim et cum lingua ſonare, ueluti tuſsientes. Verum oportet animatum tum eſſe ipſum uerberans, tum & cum imaginatione aliqua. Significatiuus enim quidam ſonus eſt ipſa uox, & non reſpirati aeris, ueluti tuſſis, ſed hoc uerberat.*

Quod quidem ſonus, qui in lingua eſt, non ſit uox, ſicut nec qui in manibus eſt, conſtat. Tuſsis aũt uideri forſitan uox poſſet, eo quod iuxta arteriam fiat a reſpirato ſpiritu: non tamen eſt ita. Tuſsis enim eſt incurſus uiolẽtus, non autem per debitum exitum, reſpirati aeris ad ipſam arteriam factus. Vox autem eſt per rectũ motum, & nõ immediate, reſpirato aere percutiente arteriam. (Quod non itidem in tuſsi contingit, eo ꝙ phlegma incurrens in ipſam, aut aliquid aliud ſolidum, aut humidum natura expurgare tentet) ſed mediante aere, inexiſtente ipſi arteriæ. Ita ut reſpiratus aer retẽtus, collectimq; inexiſtẽtẽ aerẽ uerberãs, eo mediante ꝑcutiat arteriam. Ex hoc qdẽ indicat inquiens, qđ ſonus eſt uox ipſa, nõ qdẽ reſpirati aeris, ueluti tuſsis, immediate ipſam ꝑcutientis, ſed hoc quidẽ, uidelicet reſpirato aĩatũ uerberat: hoc.n. ipſum aĩatum dixit.

*Eum, qui in arteria eſt, ad ipſam.*

Ita ut contentus aer ſit is, qui mouetur ab unito reſpirati motu, ac uehæmentius arteriæ occurrat.

*Signũ aũt eſt, nõ poſſe uocẽ ædere reſpirãtẽ, nec ex* T.91
*pirantem, ſed detinentem. Mouet.n.hoc, quod retinet. Manifeſtum enim & cur piſces ſine uoce. Neque enim guttur habent: hanc autem particulam non habent, quoniam non ſuſcipiunt aerem, neque reſpirãt. Verum di-*

*tentes quod piſces uocem ædant, aberrant: quam quidē igitur ob cauſſam alius eſt ſermo.*

Mouet quidem reſpirans, animatus uidelicet exiſtēs, & quia moueatur ab aīa, utatur aūt aere reſpirato non ad inſpirandum, aut ad exſpirandum, ſed retinens, ut hoc ipſo unice uerberet aerem, qui in arteria eſt, & obtrudat ipſum arteriæ. Vnde haud fieri pōt, ut & ſimul reſpiret animal & uocem ędat. Siquidem uox in retētione reſpirati aeris, & in motu ipſius in ipſa arteria facto, conſiſtit. Reſpiratio aūt in tranſitu aut ad exterius, aut ad interius ad pulmonem fit. De ipſis uero piſcibus ut non reſpirātibus, differt eē ad tractatum de partibus animalibus, ut ipſe de hac re loquuturus. Vtuntur enim aqua loco aeris, & branchijs loco pulmonis ad refrigerationem calorī, qui ipſis ineſt in pręcordijs.

T.92 *De odore autem & odorabili eſt minus bene determinabile iam dictis. Neq; enim manifeſtum quale quid eſt odor, ſic ut ſonus, aut lumen, aut color. Cauſa autē quoniam ſenſum talem non habemus abſolutum.*

Cō. Quod quidem non abſolutus, neq; expreſſus odoratorius ſenſus nobis inſit, hoc indicat, quod non manifeſte ſubm cognoſcit, quodnā ſit, præter quā quod ſit odorabile. Viſus n. non tantum cognoſcit quod uiſibile ſit, ſed etiam quod lumen, aut color, & huius ſpēs ſit. Pariter & auditus ſubiectum, ut ſonum cognoſcit & ſoni differētias. Non ſic odoratiua facultas, quid ſubiectum ſit cognoſcit: non omnino tñ ignorat. Siquidem hic quidem dulcis, hic aūt acris, aut amarus aut acutus, ſed non manifeſte exprimit, id quod maxime ex noſtromet ſenſu cognoſcere poſſemus. Manifeſtum etiam qđ ex eo, quod nullum adeſt communi odorabili nomen, ſubiectam ipſi indicat naturā atq; ex eo quod oīa magis particularia nomina ex guſtabilibus ſunt accepta. Illinc enim & dulce & acre & amarū percipiuntur. Sed non ſe habet ut in tangibilibus, licet cō mune ipſum innominatum ſit, idque ob differentiam, quę ſecundum genus ipſorum eſt, non inquā ab alio ſenſu magis particularia nomina ſunt deprompta. Quod quidem declarat & id, quoniam nullū odorabile ſentitur ſine moleſtia, aut iucunditate. Non quia odoratus hæc ſola percipiat, ut opinatus eſt Plutarchus, etenim iudicat, quod amarum aut dulce. Sed nec etiam quod ſimili modo cū guſtu, uelufi uult Themiſtius. Ille enim aliquos ſapores fortaſſis & ſine omni uoluptate & moleſtia percipit, in quibus gdē & qđ ſuaue & moleſtum cōſequitur, iudicatoria potentia in his magis, q ſecundū naturam guſtant excellit, q̄ ipſum, quod ex quadā affectione aut amplectitur ob uoluptatem, aut ob ingratum uitatur. Odoratus aūt multo magis ſecundum hoc, quam ſecundum iudicatiuam partem faciens(um) aut uoluptatem, aut ingratitudinem conſiſtit. Vtrum igitur homo cā eſt, ut male odorem percipiat, utpote non exquiſite ſenſum hmōi habens, ut inde etiam in hoc ſenſu a multis ſupereť animalibus: aut ut Platoni uidetur, natura odoratus ipſius talis eſt? Eo quia etiā odorabile ipſum ſemigenitū eſt, atque adeo non eſt in Elementis, ſed in his quæ media ſunt: non quod ſpecies odorabilis ſint imperfectæ (oīs enim ſpecies perfecta eſt, imo perfectio) ſed quia ea, quæ ipſas ſuſcipiunt, cōpoſita ſint, & nō ſimplicia, & per commutationē ſubſiſtētia. Etenim Ariſto. in mixtione ſaporoſi ſicci cum humido, communi tum aquæ, tum aeri, odorabile conſtruit. Aut etiā ſententiæ utræque ueræ ſunt. Etenim odorabile ipſum non eſt ſimplex, & ideo quoq; uel ipſe odoratus, non ſimiliter ut alij ſenſus eſt & abſolutus & exquiſitus. Ac homo quidem minus habet de ipſo odoratu, quam multa alia animalia. Sed cum ex quadam particula, cām dixerit qua minus determinari poſſit de odoratu & odorabili, quia uidelicet huiuſmodi ſenſum non exquiſitum habeamus, ſuſpicionē afferte vř, ut hoc ſolum cām eſſe uoluerit. In eo uero, quod inquit, quale quid eſt odor, nō accipiendum eſt dixiſſe, odor, pro odorabili, ſed exiſtimādum una cū odore, ſimul etiam odorabile cōpræhenſum eſſe, quandoquidem odor, qui actu ſit, odorabile ipſum eſt, ut etiā, id, ueluti ſonus, aut lumen, aut color, conſequenti modo ſubdatur audibile & uiſibile ipſi odorabili.

*Sed peiorem multis animalibus. Male enim odorat homo.*

Male quidem odorat homo, qñquidem iudicium hoc in ſenſu cum affectionibus commixtum eſt, ac male quidem, reſpectu cæterorum ſenſuum: peius aūt cæteris animalibus: nō quia quidē illa maiorem iudicādi facultatem ipſas odorabiles ſpēs nacta ſint. (Hoc enim illis ſecundū omnem ſenſum impoſsibile eſt) ſed quia illa iudicii cū affectionibus ipſis commixtio, ſecundum omnē ſenſum multo magis in illis uiget, q̄ in nobis in odoratu: ſed illa nos in eo ſenſu ſuperant, quia odorabile, e longe percipiunt, ueluti uultures et inſecta: atque etiam in eo qđ a minima quapiam incitatione moueantur ad ipſam, ueluti canes ferarum ueſtigia inſequentes.

*Et nullum ſentit odorabile, ſine moleſto, aut iucūdo, utpote non exiſtente certo ſenſorio.*

Non quia ſola hæc ſint, iucundum ſcilicet & triſte. Hęc enim alia ſemper concomitantur & conſequuntur, neque quia ſimul cum alijs odorabilium differentijs, ipſorum tū iucundum, tum moleſtum diiudicat: neque.n ideo, utpote non certum exiſtens, damnauiſſet ſenſorium, id enim eſſet, e contra certitudinis ſignum, ſed id quidem dicit, qa uehęmētiori indiget paſsione, & ualde percuſſoria, eo qđ noſtrum odoratorium organum non ſit ad iudicium certum & aptum, uehæmentiori inquā percuſsione indiget, ut ad cognoſcendum excitetur, adeo ut ob uehemētiam, iocunda, aut triſtis, paſsio illa fiat, atque ideo inquit non ſine iucundo, aut moleſto. i. tanquam nō ſine triſtari aut lætari, cum ſenſorium uehæmenti indigeat affectione, tanq̄ non certum aut aptum. Hoc aūt ita, quia nō eſt paratum ad facilem iudicandi actum. Atque inde adeo ſit, ut nō purum det iudicium, cum impediatur ab affectione. Oportet ſiquidē oīno ſenſorium a ſenſibili aliquid pati. Verum uehæmentior affectio, aut paſsio (nihil.n differre facio, ne error in nomine contingat) impedit iudicatiuā actionem. Secundū igitur naturā qđ in nobis eſt odoratorium ſenſoriū, uehæmētiori indigēs affectione, id qđ denotat ipſum oīno aut delactari aut triſtari, hebetiorē merito, reſpectu reliquorū noſtrorū ſenſuum hře debet dijudicationem.

*Rationabile autem ſic & quæ duros oculos habent, colores ſentire.* T.93

Cō. Exēplo illius quod duros habet oculos utitur, ad indicādum ſenſorium non certū & aptū. Etenim in his, quæ duros hñt oculos, ueluti in cancro maiorē ſenſorium uiſiuū & uehementiorem requirit paſsionem.

*Et non manifeſtas ipſis eſſe differētias colorum, præter terribili, & non terribili, ſic autem & odores, hominum genus.*

Non quia ſolum terribile, aut non terribile hmōi aīalia ſentiāt, nequaquā uero colorē, aut quę ſunt in colore differentias. (Neque.n. in horum ullo nmere eſt, quēadmodū neq; delectari, aut lætari. Si aūt aliqñ timent, aliqñ contrarie afficiuntur, manifeſtū, q diuerſa ſentiunt ſenſibilia. Videntur autem colores) ſed qm nō alio modo ipſos percipiunt, quā quia ualde percutiuntur & quaſi obtundātur. Quorum alterum quidem terribile, alterum aūt non terribile appellat. Eo quod uiſiua ipſorū facultas nō moueať, niſi ualde afficiatur id qđ indicat, quod dixit, præter terribili & non terribili, pro, niſi timeat & non timeat, cū uerbum non terribili, nō negatiue ſit dictum, ſed oppoſitam indicet terribili diſpoſitionem.

*Videtur etenim proportionem ad guſtum habere, et ſimiliter ſpecies ſaporum cum his, quę ſunt odoris. Sed certiorem habemus guſtum, eo quod ipſe ſit tactus quidam. Hunc uero habere ſenſum certiſsimum hominē.*
T.94 *In aliis.n.ſuperatur multis ab animalibus. Secundum tactum aūt multum alios differenter excellit.*

Cō. Vt enim olfactus ad olfactilia, ſic guſtus ad guſtabilia ſe habet, & uice uerſa, ut olfactus ad guſtum, ſic & olfactilia ad guſtabilia. Hæc autē conuenientiam inuicem hñt. Si quidē guſtabile eſt ſapor, qui eſt ſicci purgatio in aqua ipſa. Odorabile uero eſt immerſio ſaporoſi ſicci in humido communi tum aquæ tum aeris: ergo conueniētia quędam eſt olfactus cū guſtu, ut qui ſit cognatæ rei perceptiuus, uerum guſtus excedit olfactum in certitudine, eo qđ guſtus ipſe ſit tactus quidam, homo aūt exquiſitiſsimū habeat tactum, tum ob cutis tenuitatem, tum & ob optimā totius corporis temperaturam.

*Vnde & prudentiſsimum eſt animalium. Signum autem quod in genere hominum, iuxta ſenſorium hoc, ſunt ingenioſi, & non ingenioſi, ſecundum aliud uero, nullum. Qui enim duræ ſunt carnis, ſunt inepti mente, qui uero mollis carnis ingenioſi.*

Vtpote humano toto organo ob ſui bonam temperaturam ad receptionem apto exiſtente, cum aīa per prudētiam agit. Prudentiſsimum aūt dictum fuit, aut quia alia quoque quę diſtinctam, atq; adeo bene cōpactam habent imaginationem, cōmunius aliquanto prudētia dicuntur, ueluti uirtutem equi dicimus, aut quia ſolum humanum animal prudentia, inter generabilia animalia, et ea quidem optima imbutum ſit.

T.95 *Eſt autem ſicut ſapor, hic quidem dulcis, ille uero amarus, ſic & odores ſunt. Sed alia quidem habēt proportionabiliter odorem, & ſaporem, alia uero contrarium. Dico aūt ut dulcem odorem, & dulcem ſaporem. Similiter aūt & auſterus et acutus & pinguis eſt odor, ſed quemadmodum diximus, eo quod non multum manifeſti ſint odores, ueluti humores, ab his acceperūt nomina ſecūdum ſimilitudinem rerum. dulcis quidem.n.a croco & melle, acer autē a Thimo, & ſimilibus. Eodē aūt modo & in aliis.*
T.96 *Adhuc aūt ſicut auditus & unuſquiſque ſenſus, hic quidem audibilis, & non audibilis, ille uero uiſibilis & non uiſibilis: & olfactus olfactilis et non olfactilis. Non olfactile autem, aliud quidem ſecūdum id, quod impoſsibile omnino eſt habere odorē, aliud aūt paruum habens & prauum. Similiter & non guſtabile dicitur.*
T.97 *Eſt autem & olfactus per medium, ut aerem aut aquam. Etenim aquatica uidentur odorē ſentire, ſimiliter quoque & quæcunque ſanguinea & exanguia, ueluti etiam & quæ in aere. Etenim horum nōnulla, e longe occurrunt alimento ab odore concitata.*
T.98 *Vnde & dubium uidetur, ſi omnia quidē ſimiliter odorāt. Homo autem reſpirans odorat, non reſpirans aūt, ſed expirans, aut retinens ſpiritum non odorat: nec a longe, neque de prope, neque ſi in naſum intus apponatur. Ex hoc quidem in ipſo poſitum ſenſorio, inſenſibile eſſe, cōmune eſt omnibus. Verum ſine reſpiratione ſentire proprium eſt hominum. Manifeſtum autem tētantibus eſt. Quare exanguia, quandoquidem non reſpirant, alterum utique ſenſum habent, præter iam dictos.* T.99
*Sed impoſsibile eſt, ſi quidem odorem ſentiunt. Senſus.n. odorabilis, & male odoramenti, olfactus eſt. Præterea & corrumpi uidentur a uehæmentibus odoribus, a quibus quidem homo, ut Aſphalto, ſulphure, & talibus. Odorare quidē igitur hīe neceſſarium eſt, nō tamē reſpirantia.*
*Videtur autē hominibus differre ſenſorium* Tex.
*hoc, ab iis, quæ aliorum ſunt animalium, ueluti oculi cū* 100.
*oculis, eorum quę duros habent ipſos. Habent enim ſepimentum, atque tanquam uelamen, palpebras, quas qui non mouet, aut contrahit, nō uidet. Quę uero duros habent oculos, nihil habent tale, ſed ſtatim uident ea, quæ fiunt in diaphano. Sic igitur & odoratorium inſtrumētum aliis quidem ſine operimēto eſt, ueluti oculus. Aliis uero aerē recipientibus, habere cooperimētum, quod reſpirantibus retegitur, dilatatis uenis & poris. Atq; ideo quidem reſpirantia non odorant in humido. Neceſſarium enim eſt odorare reſpirantia, hoc autem in humido facere impoſsibile eſt.*

Ab ſaporibus quidem ad ipſos etiam odores translata ſunt nomina hæc, dulce & acre, & ſimilia. Non fruſtra autem. Cur nanque a tangibilibus, aut audibilibus non ſunt traducta? Sed quandoquidem & inter ipſas res affinitas eſt quædam, odorabilibus quidē cum guſtabilibus, ob ipſius ſaporoſi immerſionem in humido cōmuni aeris & aquæ. Cur igitur nō ſemper ſaporem dulcem, ſubſequitur dulcis odor? Qm̄ imbibitum ſaporoſum aliqñ digreditur. Digreſsio aūt illa in omogeneum aliquid infert, aut in propriam rei priuationem. Dulcis quidē croci, & mellis. In melle quidem concurrente guſtu cum dulci odore, non ſic aūt & in croco, ſed guſtus diſſonat ab odore, qui dulcis eſt, cum ipſe talis non ſit. Quod uero traducta ſint nomina, neque uero principaliter in odorabilibus conſtituta ſint, improprium ipſum indicat. Quis.n. proprie loquens uel dulcem, uel acutum odorem diceret, niſi per relationem ad guſtabilia? Quod uero etiam olfactus non odorabile omnino percipiat, eo quod non ſentiat, & non tantum uehemens odoratum, ſed & qđ debiliter eſt odoratum, manifeſtum eſt. Sed & conſtat, quod id facit, per aliquod medium extrinſecum, deportans actionē odorabilis in ſenſum. Et quod cōmune hoc eſt aeris et aquę, qđ δι οσμεν, uocamus, hoc eſt perodorum, piſces nāq; odorant in aqua, ad eſcam ipſam accedentes, ueluti & quæ ſunt in aere. Sunt.n. non ſolum in aqua ipſa exanguia, ueluti quæ teſtaceæ ſunt pellis, ſed etiam in aere, ueluti inſecta. Quæ uel nec reſpirantia odorant. Atqui & homo ipſe ad olfaciendum natus, quæque reliqua reſpiratiua ſunt, quando non inſpirant, ſed uel expirant, uel retinent ſpiritum, non olfaciunt. Cur igitur illa, quæ non nata ſunt apta reſpirare, odorant? Confeſtim nanque uideri poſſet, eo quod non reſpirant, neque odorare, ſed per alterum ſenſum odorabilia percipere. Quod.n. percipiant, planum ſit in ape tendente ad mel etiam e lōge, ubi comburatur, ſed & ea etiam, quæ a malis odoribus aut grauibus corrumpuntur, ſi enim ſentiunt, manifeſtum quod per odoratiuam potentiam, id ſentiunt. Hoc.n. ipſum eſt odoratus, is ſenſus qui odores percipit. Et in aere id faciunt, eoq; pero

doro

doro exiſtente utuntur, deportante odorabilis actũ non ut reſpirato, ſed ut perodoro appropinquante ad ſenſoriũ odoratiui, ſic enim & nos utentes ipſo odoramus, tanquã perodoro appropinquante ipſi ſenſorio. Verum nos quidem, quo appropinquetur, interim adaperire uolumus, quæ antea appropinquationem remouebant, & ad aperiendum quaſi utimur aere, ut reſpirato. Illa aũt non indigent utpote non habentia ipſum remouẽs appropinquationem. Sic & eorum oculi, quę dura ſunt oculos, nõ cõtrahentia palpebras, quamprimum cernunt non mouẽtes aliquid. Manifeſtum aũt quod & reſpirãtia haud poſſunt in aqua odorare, quando etiam nec reſpirare poſſunt.

*Eſt autem odor ſicci, ſicut ſapor humidi. Odoratorium uero ſenſorium poteſtate.*

Saporoſum enim ſiccũ immerſum in perodoro reddit odorabile, ut eſt dicturus in libello de ſenſu et ſenſibilibus. Guſtabile aũt licet ſic ſiccum, non ſit guſtui ſenſibile, iuxta ſaporem, niſi humefactum, ut paulo poſt dicet. Odoratiuum aũt poteſtate eſt, ueluti odorabile in operando iuxta ipſius cõſiſtit formã. Quemadmodum & oĩs ſenſus iuxta formã ſtat ſenſibilis ꝓprij, ante uero ꝗ agat, ꝑtãte eſt.

Tex. 101. *Guſtabile autem eſt tangibile quiddam, & hæc eſt cauſſa, ut non ſit ſenſibile per medium extraneum corpus. Neque enim tactus. Et corpus quoque in quo ſapor eſt, guſtabile in humido, tanquam materia, hoc autem tangibile quiddam.*

Cõ. Non per ſe, ſed per ſubiectum, per ſe nanque guſtabile eſt ſapor. In ſubiecto autem ſaporoſam qualitatem eſſe oportet, ſi actu guſtabilis fieri debeat. Vnde & guſtabile ipſum, eſt etiam tangibile ob ſubiectum. Humiditas nãque tangibilis. Nullum aũt tangibile tactum mouet, per externum medium aliquod. Quod ſi tamen per aliquod medium, nihilominus id ſibi conueniens & familiare eſt. Quare nec guſtabile guſtum. Cum humido nanque mouet, humidum aũt tangibile. Particula uero. Neq; enim tactus, ad id prolata eſt, quod dixerat. per medium extra-
» neum corpus. Et corpus quoque, in quo ſapor eſt, gu-
» ſtabile autem in humido, tanquam materia hanc ſane orationem ſic erigere debemus. Et corpus, quod humoroſæ qualitati. guſtabili exiſtenti, omninoque in humido fundatæ ſubiectum eſt, tanquam materia ſubſtratum ſuit. Non enim ut diaphanum non colores ſuſcipit, ſed actionẽ, quę ab ipſis deuenit, ſic & humidum ſaporis actionem, ſed & ipſum ſuſcipit ſaporem, ueluti materia formas, ex ſuſceptiua ſola ſuppoſitione per proportionem reſpondens rebus ipſis, quarum eſt ſuſceptiua. Qm̃ uidelicet aliquomodo tanquam accñs, ſapor eſt in humido, tanquam in ipſo ſedem hñs, aliquo modo aũt tanquam formæ in materia, ut ſuſtinentes & in ſeipſis firmantes illam.

*Vnde & ſi in aqua eſſemus, ſentiremus appoſitum dulce. Non eſſet autem certe ſenſus nobis per medium, ſed quia miſceretur cum humido, quemadmodũ in potu.*

Non quia aqua deportet actionem dulcis, ueluti aer deportat actionem colorum, ſed quod aqua ipſa dulcedine afficiatur, & tanquam dulcis in ſenſorium agat. Vnde nõ eſſet tanquam per medium.

*Color autem non ita uidetur, eo quod miſceatur, neque defluxione.*

Mixtio alicuius, quę ad aliquid eſt, paſsiuã denotat participationem. Color aũt inſeparabiliter & actu adeſt aeri. Neque.n. aer odoratur, & ita in ſenſorium agit. At uero nec corporeis ſuipſius defluxionibus, ad ſenſorium delatis, colorarum aſpicitur.

*Tanquam igitur medium, nihil eſt, tanquã uero color uiſibile. Sic guſtabile, ſapor. Nihil aũt facit ſaporis ſenſum ſine humiditate. Sed habet actu, aut potẽtia humiditatem, ut ſalſum. Bene enim liquidum ipſum eſt, & colliquatiuum linguę.* Tex. 102.

Quemadmodum in coloribus & in uiſu eſt aliquid, & externum medium, diaphanum ſcilicet ipſum, nõ ſic in guſtu eſt medium aliquod externum. Vt quidem igitur color eſt ad uiſum, ſic ſapor ad guſtum. Fit autem ſapor guſtabilis, aut iam exiſtens actu. in humido, ut dulce ipſius mellis, aut qui poſsit humefieri, ubi humefiat, aut quod ipſe ſpargatur a caliditate, quæ eſt in ore, ut ſucci ipſi, aut commixtus humiditati, quæ in ipſo eſt, ut piper. Sal uero ipſum ab humido oris colliquatũ diffundit et colliquat linguã, ac maiori humido ipſius linguæ commiſcetur. Cõ.

*Quemadmodum autem uiſus eſt ipſius uiſibilis & inuiſibilis, tenebræ nanque inuiſibiles, iudicat aũt & ipſas uiſus. Preterea & ualde ſplendidi. Etenim hoc inuiſibile eſt, diuerſo autem modo a tenebris. Similiter autem & auditus ſoni, ſilentiique: quorum alterum eſt audibile, alterum non audibile, & magni ſoni, quemadmodum uiſus ſplendidi. Quemadmodum enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo eſt, ſic et magnus & uiolentus. Inuiſibile autem aliud omnino quidem dicitur, ſicut & in aliis, impoſſibile ipſum. Aliud autem quamuis aptum natum ſit, non habeat, aut male, ueluti quod expes, & ſine gradu dicitur. Sic autem guſtus guſtabilis & non guſtabilis. Hoc autem eſt paruum & malum habens ſaporem, aut corruptiuum guſtus.* Tex. 103.

Quod ſæpius dictum fuit, manifeſtum eſt, unũquodq; ſcilicet ſenſum principaliter & ex primo ſui occurſu proprium ſenſibile cognoſcentem, eo quod non ſentiat, tentantẽ, & in eo quod non occurrit, priuationẽ proprij ſenſibilis cognoſcere. ſed eam quidem ſenſit, ob inopiam inſenſibilis, cum non adſit ſubiecto ſenſitiuæ formæ. Cognoſcit autem et immoderate excellens ſenſibile, alioquin melius inſenſibile dictum, quam priuationem. oppoſite quidem, ob excellentem ſenſibilis formæ præſentiam, appellatum. neq; enim ipſi ut pote excellenti adaptari priuatio poteſt. Ac rurſus in hoc ipſo, qđ nõ una conueniat, inſenſibile ipſius cognoſcit. ſic uiſus nimium ſplendidum, & auditus excellentẽ tonitrum & ſtrepitum. Guſtuſque corruptiuum ipſius guſtus, quodque obtũdat ſui occurſu ipſius actionem. Quando igiť inſenſibile dicimus per priuationem in ſubiecto, quod etiam ſenſibili ipſi e recto occurſu ſubſtratum eſt, quod inſenſibile dicimus, ubi formã nõ habeat, licet quidem aptus natus ſit ut habeat, aut habeat quidem, ſed obſcure: ueluti expes, & quod ſine gradu aliquando dicimus, in ijs quæ perfecte hæc hñt, huiuſmodi inſenſibile cognoſcit proprius cuiuſque ſenſus. Vbi uero pro negatione, inſenſibile dicimus, ueluti uocẽ inuiſibilẽ, non amplius oĩno hoc ſenſibile a proprio ſenſu ſentitur. Quandoquidem negatio ipſa uel in his, quæ nõ ſubijciuntur formæ, profertur. Vnde & ipſe in uno inuiſibili, quo ſupſr dicatur, moram fecit, atque ideo ut ſciamus, quale quidẽ inuiſibile cognoſcat uiſus, quale uero minime. Viſus n. nõ percipit, quod impoſſe eſt uideri, ueluti ipſa ſe habet uox. Quod uero natum eſt aptũ, ut uideatur, licet nõ habeat, aut diminute habeat, uiſu cognoſcit. Diminute autem aut quod obſcure, aut quod per excellẽtiam offendit. Sic ſane & guſtus guſtabile percipit, & inguſtabile, nõ id uidelicet quod guſtari non poſsit. Vnde id quidem dimittit, diuidit aũt id quod diminute guſtabile eſt, quod uidelicet aut paruum, aut malum habet ſaporem, aut guſtus

corruptiuum, uerbum paruum, aut pro eo, quod eſt nec omnino dixit, ex attica conſuetudine: cum uidelicet, natũ eſt aptum habere, ſed nõ habet, aut hoc quidem omittẽs, tanquam ex ſæpius dictis notum exiſtens, paruum intelligens, quod obſcure habet & male, non quidem, ὡς παραλλάλων hoc eſt ex geminatione idem indicans, ſed opinor, quod guſtum ipſum affligit: quod quidem etiam inguſtabile eſt quodammodo, eo quod guſtus circa ipſum non oblectetur, ſed & præter id etiam indicat, quod guſtum corrumpit.

*Videtur autem eſſe principium potabile, & non potabile, guſtus enim quidam, utraque. Sed hoc quidem ut prauum & corruptiuum guſtus, hoc autem ſecundum naturam.*

Sapor quidem forma eſt ipſius guſtabilis. Sed quoniam hic uel actu, uel poteſtate eſt humidus, ad hoc ut fiat ſenſibilis, ante uero id, quod poteſtate, id quod actu eſt, exiſtit, quod aũt actu humidum, potabile eſt, merito hoc eſt principium. Potabile aũt nunc temporis appellat, ſaporoſum aqueum humidum, lenemq; saporẽ, & ut principium ſe habens, ſic ex his, quę ipſe dixit, manifeſtum eſt, aqueum quidem humidum, inſipidum aũt, aut obſcurũ, aut indelectabilem habere ſaporem, aut guſtus corruptiuum. Neque n. principium eſſet, non exiſtens humidum. Manifeſte aũt dictum fuit, praue. In quo & non omnino ſapidum, & quod obſcure, & quod ſine oblectatione, eſt compræhendẽdum. Dictũ aũt fuit & ipſum corruptiuũ.

*Eſt autem cõmune tactus & guſtus ipſum potabile.*

Non tantum potabile nunc dicit, quod ſuperius cum non potabili contradiſtinctum eſt, ſed etiam quod eſt cõmune ambobus. Etenim quod ibi, non potabile erat, etiã cõmmune erat tactus, ut humidum, & guſtus, ut per priuationem inguſtabile exiſtens, aut per obſcuritatem, aut per excellentiam.

Tex. 104. *Qm̃ autem humidũ eſt ipſum guſtabile, neceſſariũ eſt, ſenſorium ipſius neque humidum eſſe actu, neque impoſſibile humefieri. Patitur enim aliquid guſtus a guſtabili, quatenus guſtabile. Neceſſarium ergo eſt humefieri quod poteſt humefieri ſaluatum. Non humidum autem guſtatorium ſenſorium. Signum autem eſt, quod neque per ſicca lingua exiſtens ſentit, neque ualde humida. Ipſe nanque tactus eſt primi humidi, ueluti ubi quis prægustauit fortem humorem, guſtet alterum, & ut ægrotantibus amara omnia uidẽtur, eo quod lingua plena huiuſmodi humiditate ſentiat.*

C3 Quod quidem ſine ſapore eſſe oporteat guſtatorium ſenſorium, conſtat. Qm̃ proprium guſtus ſenſibile eſt ſapor. Ne igitur adiacens ſapor negotium faceſſat ad aliorum iudicium, ideo ſine ſapore oportet eſſe. Paſſiuum autem a ſaporibus non quia ſecundum ſubſtantiam trãſmutetur, ſed ut ſaluatum qualitatem percipiat. Ariſtote. aũt neque humidum ipſum eſſe uult. Qm̃ licet humidum, quatenus humidum guſtus non percipiat, non tñ ſine humiditate ſentit. Cæterum morbus cenſetur eſſe linguæ ſiccitas. Vnde ſecundum naturã oportet hẽre quandã etiam humiditatem, licet inſipidam, aut talem, ut non commutãdo in aquam ſaporoſum, ingrediens humidum impediat ipſius actionem. Sed & ſiccitas cum introeunte humiditate pugnans, non ſinit pati, et quia ſenſorium patitur, in eo iudicat ſaporem, qui in tangibili fundatur. Vnde nec perarida nec per humida lingua bene ſentit, atque eo magis ſi ſaporoſa ſit, quæ in ea humiditas eſt, ueluti in ijs, quę regio morbo laborant, aut in ijs, qui aliquid aliud ſaporoſum prægustauerint. Ipſe nãq; tactus eſt primi humidi. Qm̃ quidem non per aliquod medium, ſed contacta lingua patitur a guſtabili. Si igiẽ quod humidũ in ipſa eſt, maius ſit tanquam proximi, huius eſt tactus. Quo uerbum illud, primum, denotet & indicet, proximum: aut etiam præexiſtens ſaporoſum humidum, ut in ijs, qui ſaporoſum aliquod humidum prægustauerint.

*Species autem ſaporum, quẽadmodum etiam in coloribus ſimplices quidem contrariæ dulce & amarum.* Tex. 105. *Adhærentes autem huic pingue, illi autem ſalſum, media uero horum acre & auſterum. Et acerbum, & acutum. Hæc enim fere uidentur eſſe differẽtiæ ſaporum. Quare guſtatorium eſt poteſtate tale, guſtabile eſt factiuum actu huius.*

Quemadmodum in coloribus extrema ſunt album & Cõ. nigrum, reliqui autem colores ſunt inter illa extrema medij, ſic in ſaporibus extremi ſunt dulcis & amarus, reliqui intermedii. Ac extremi quidem ſunt ſimplices, tanquam inuicẽ immixti. Medii aũt ex extremis mixti, nõ tãq̃ ex illis commixti. Simplici aũt modo & ipſi ſubſiſtentes, ob communicationem cum utroque extremorum, mixti nõ nunquam ex inuicem dicuntur. Alii quidem igitur ex alterna forma differentes ſunt. Acerbus aũt ſiue ponticus uidetur eſſe auſteri intenſio. Incompræhenſibiles igitur ſunt ſaporum ideæ ſiue ſpẽs, conantur aũt reducere omnes in has, tanquã manifeſtiores ſpẽs. Ideo recte dixit. Fere tot uideri eſſe differentias. Vbi uero dixit quid ſit guſtabile, inquit, guſtatorium, de quo etiam loqui propoſuerat, poteſtate tale eſſe (quandoquidem & cognitio quæ actu ſit, per cognoſcibile determinatur, iuxtaque ipſius conſiſtit formam) patitur uidelicet organum, facitq; guſtabile pati, eo q̃ aliquid in organum agat.

*De tangibili autem & tactu eadem ratio.* Tex. 106. Cõ.

Quoniam quemadmodum in aliis ab ipſo cognoſcibili conſiderabat affinem cognitionem, pariter nunc a tangibili, quiſnam ſit tactus determinat, duo de ipſo proponẽs dubia. Alterum quidem, utrum unus ſit tactiuus ſenſus, an plures: eo quia & tangibilia plura uideantur, diſsimiliumq; generum, pluresq; habere contrarietates. Alterum aũt eſt, an ſenſorium ipſius, & inſtrumentum primo tactiuo ſenſui ſubſtratum ſit, caro in ſanguineis animalibus, in exanguibus autem proportionale ipſi carni, aut hęc quidẽ media ſint, ueluti in prioribus duobus ſenſibus, aer eſt mediũ, ſenſoriũ uero quid aliud. Atq; ita quidẽ ipſe pbs iudicare uidetur carnem, aut proportionale carni nõ eſſe primum ſenſorium tactus. Sed ut ipſe in libro de ſenſu dixit, iuxta cor tum tactus ſenſorium, tum et guſtus collocatum fuit, licet quidẽ ſenſitiua ſit & caro, & nerui, licet non primo. Quod quidem inueſtigans, carnem ut nõ ſenſitiuã, ſed ut proportionalem medus, aeri ſcilicet & aquæ, deſcribit reſpondere. Indicat igitur concludens ſermonem, tangibiles quidẽ etiam eſſe inquiens corporis, quatenus corporis, differentias. Senſitiuum uero ipſorum, quod tactiuũ eſt, & in quo ſenſus, qui appellatur tactus, primo ineſt, potentia tale eſſe. Particulam aũt, primo, adiecit, ut ſic perſpicuum ſit, de quo tactiuo ſenſorio inueſtigaſſet, quoque in loco ſit ponendum. Et ad quod intuens nolebat carnẽ eſſe ſenſorium, tanquam cor ſit primum guſtus & tactus ſenſorium. Carnem aũt reſpectu cordis medii locum obtinere licet & ipſa ſenſitiua ſit, at ſecundario modo. Qđ quidem & ipſe indicat, uolens connaturale, atq; adeo non alienum eſſe. Connaturalis uero medietas, & non aduentitia cõmunicat cum principali uitæ parte. Verum quamnam ob cãm, inquiet aliquis, non & oſſa ipſa ſunt ſenſitiua, licet connaturalia, ſiue connata ſint? Quandoquidem dixero, nec mediorum rationem ad ſenſum obtinent, connaturalia uidelicet exiſtentia, iuxta uegetatiuam uitam. Sic igitur ſecundum problema determinatur. Cum uero ante

dubitaſſet,

dubitaſſet, ne forte plures eſſent dictorũ tangibiliũ ſenſus, ob plures ipſorum cõtrarietates (neque enim ſi omnibus commune eſt ſenſorium, ſiue primũ, ſiue connaturale medium ſit, hoc ſufficiens eſſet ad probandum unum eſſe ſenſum) quandoquidem lingua cõmunis ſit guſtus et tactus, licet non ſint idem ipſi, nihilominus ponit unum eſſe tactiuum ſenſum, recte ſane oſtẽdens, & quemuis reliquorum ſenſuum plures habere contrarietates, ac rurſus recte inquirens, quod licet plures ſint, unam tñ quãdam eſſe oportet naturam ſecundum unumquemq; ſenſum, circa quam plures adducuntur: ueluti in uiſu Lumen. Etenim color eſt tanquam lumen quoddam uiſile In auditu aũt ſonus, in odoratu odor, qui ſaporoſum illud eſt immerſum, in cõmuni aeris & aquæ humido, ſic in guſtu ſapor. Recte igitur inquirens quidnam ſit in tactu cõmune, licet non id ſit nominatũ, cõſtituit id eſſe corporũ, quatenus ſunt corpora, determinatiuum. Quorum principia ſunt quatuor elementa, hoc eſt generabilium & corruptibilium. Eſt.n. quid cõe, tanquam forma eorum, quæ fiunt, determinatrix, peculiares hñs ſubſequentes proprietates. In poſitione quidem & ſitu habens grauitatem & leuitatem, & inter iſtas, medios impetus et declinationes. Iuxta uero actiones, quas adinuicem hñt, caliditatem & frigiditatem, ſiccitatem & humiditatem, eaſq;, quæ ex his ſunt complicatę, lenitatem ſcilicet & aſperitatem, duritiem & mollitiem, & ſimiles. Adeo ut nobis traditum ſit ab ipſo unum cõmune genus tangibilium, res ipſa ſcilicet, licet nomen ipſi nõ ſit datum Sed iam ad textum accedendum. Eandem inquit eſſe & de tactu & tangibili rationem.

*Si enim tactus non unus eſt ſenſus, ſed plures, neceſſarium eſt & tangibilia plura ſenſibilia eſſe.* Habet aũt
Tex. 107. *dubitationem, utrum plures, an unus ſit.* Et *quod nam ſenſorium tangibilis tactiuum, utrum caro, & in aliis proportionale, an non, ſed hoc quidem eſt medium.*

Cõ. Verum quidem etiam eſt & quod conuertitur, uidelicet ſi tãgibile eſt plura ſenſibilia, tactum quoq; plures eſſe ſenſus eſt dicendum. Sed quia hic ſermo principalis eſt de tactu, ab ipſo exordium ſumit. Vt cum demonſtrarit, quod tangibilia non ſunt plura ſenſibilia, ab oĩbus cõceſſum habeat, conuerſionem, quæ in oppoſitione eſt, tactũ uidelicet unum eſſe ſenſum. Reſumens aũt dubitationem, utrum unus an plures, aliam quoq; coniungit, quid uidelicet tactiui ſenſorium, utrum caro, & quod in alijs eſt proportionale, an non. Per uerbum, alijs, intelligens, ſanguineis animalibus, ſtatimq; quod ſibi uidetur, demõſtrat, quod hoc quidem eſt medium, & quomodo medium, innuit, cum ſubiungit.

*Primum uero ſenſorium aliquid aliud eſt intus.* Et *omnis quidem unius contrarietatis eſſe uidetur, ut uiſus, albi & nigri.* Et *auditus, acuti & grauis, & guſtus amari & dulcis. In tangibili autem multę inſunt contrarietates, calidum frigidum, ſiccum humidum, durum molle, & aliorum quęcunque talia.*

Tanquam caro ſit quidem ſenſorium, ſed ſecundum. Neque enim aliud eſſe poſſet primum ſenſorium. Sed ſimpliciter ſenſorium. Veluti humidum oculi, quiq; in auribus eſt aer. Neq; enim ibi erat medium ſenſorium externus aer, aut aqua. Deinde priorẽ dubitationẽ Ariſto. aggreditur. Ex eo qđ uideatur unuſquiſq; ſenſus circa unã ſe habere contrarietatem, is aũt circa plures uerſari.

Tex. 108. *Habet autem quandam ſolutionem ad hanc dubitationem. Quoniam & in aliis ſenſibus ſunt contrarietates plures, ueluti in uoce, nõ ſolum acuties & grauitas, ſed & magnitudo & paruitas, & lenitas & aſperitas uocis, & alia huiuſmodi. Sunt autem & circa colorẽ differentiæ huiuſmodi diuerſę.*

Recte & quandam dixit ſolutionem, & eam quidẽ reſpondẽtem ad eam ſolam dubitationem, quæ ex pluribus emergit contrarietatibus. Subiunget nanque & alterã de eo, quod eſt, utrum unus ſit, an plures, ex eo quod nõ appareat tangibilium genus unum quid eſſe commune. Ad quam quidem præſens ſolutio non occurrens ſed ad eam ſolam, quæ ex contrarietatibus inſurgit, merito non ſimpliciter, ſed quædam tñ eſt ſolutio. Quænam igitur hæc eſt ſolutio? Quod ſcilicet & in alijs ſenſibus ſunt contrarietates plures. Conſtat n. quod auditus ſonum cognoſcet, ſecundum omnem proprietatem ipſi conuenientem, atq; eas quoq; accidẽtes ipſi proprietates oppoſitas, ut magnitudinem & paruitatem, lenitatẽ & aſperitatem. Non eas intelligens, quæ in corporeis ſunt magnitudinibus, ut inde communia, quod alioqui nihil ad rem faciat, dicẽdum ſit in medium deducere ſenſibilia, ut Alexander eſt opinatus, ſed ipſorum ſonorum propria, quæ ſolus auditus cognoſcit. Vnde & uerbum, uocis, adiectum fuit, ueluti etiã optime notauit Plutarchus. Sunt autem & circa colores differentiæ huiuſmodi diuerſę, ut magnitudo in colore ipſo fulgente, atq; omnino qui citius cernitur, uehæmentiuſque uiſum excitet & percutiat, ueluti color auri & argenti. Paruitas autem, ut in eo, quod ad hoc ut uideatur, pluri indiget lumine, obſcuriuſque uiſum mouet, ut plumbi color. Ac leuitas quidem in ijs, qui uiſui ſunt iocundi & delectabiles, locatur, qualis eſt florum ipſorum. Sicut aſperitas in ingratis & moleſtis. Si aũt & oĩbus ijs, quę uidentur, lumen eſt commune, plurimas profecto inuenies differentias, tum inter lucida illuminantia, tum & quę nõ ſunt talia, ſed quæ in tenebris cernuntur. Atq; in ijs quidem quoque, quæ ſe mutuo illuminant, quęq; in tenebris uidentur, atq; in ipſis diaphanis plurima differentia adeſt, cum manifeſtius, aut obſcurius illuminentur, aut ob diuerſitatem illuminantium, aut diaphanorũ, aut etiam ob utrunque. Non igitur mirandum, ſi etiam in una tangibilis natura, multę contingerent differentię. Dubitatio igiť, quæ ex multitudine oppoſitionũ emergebat, ſoluta fuit. Quod uero reſtat, aggreditur inueſtigare.

*Sed quodnam unum ſubiectum, quemadmodum auditui ſonus, ſic tactui, non eſt manifeſtiſsime. Vtrũ autem eſt ſenſorium intus, an non? Sed confeſtim caro.* Tex. 109.

Dubitatio nanque ipſa non ex rerum natura, ſed ex noſtra ignorantia inſurgit. Vnde non quidem dixit non eſſe unum, ſed non eſſe manifeſtum. Fortaſsis autem ex eo quia non adſit cõmune nomen noſtraq; cogitatio non deueniat ad naturam rerum, nonnunquam etiam uice uerſa, quia uidelicet res ipſa ſit difficilis cõſiderationis, quæ communiter ſit corporum quatenus corporũ determinatrix, ac nomine deficiente Vbi uero philoſophus addubitauit, quid nam ſit commune, anteaquaquam afferat quod ſibi uideatur, inueſtigat ſenſorium tactus. Id autem ea rõne facit, ut per hæc magis intendat dubitationem de tactu, qđ ſcilicet unus ſit: inſtando contra demonſtrationem eam, quæ aſſerere uideť quod unus ſit, ex eo quod unũ ipſius ſit tactiuũ ſenſorium. Si.n. caro nõ eſt primũ ſenſorium, maxime quidẽ immanifeſtũ eſt, niſi plura ſint prima ſenſoria. Si autem & unum eſſe dicamus, nondum eſt manifeſtum. Qm̃ & tactus omnium unus eſt ſenſus. Vt.n. lingua cõe ſubſternitur organum tum guſtui, tum tactui, nõ tñ ipſi idem ſunt, ſic nec ſenſus oẽs dictorum tangibilium ſunt unus, licet omnium ſit cõmune ſenſorium. Hoc autẽ ideo facit, ut per ſenſorium oſtendens tactum magis corporeum, magiſq; cæteris ſenſibus paſsiuum eſſe, ipſi quoque cognatum adinueniat ſenſibile, quod ſit paſsiuorum corporum characteriſticum. Qũo igitur tactus demonſtratur corporeus & paſsiuus ex ipſius primo ſenſorio, ga

ſtatim nec hoc, quemadmodum nec aliorum ſenſuum ulliũ ſenſorium immediate ſenſibili occurrat, idque ideo ne uehæmens affectio iudicatoriam impediat actionem. Eo qa nõ præterea poſsit per aliena media ſenſibile percipere, ſed cõnaturali medio indigeat, quod uiuaciter patiatur a ſenſibili: atque adeo, licet obſcure & ſecũdo modo, iuxta iudicatoriam conſiſtat actionem, moueatq; tũc temporis, qđ primo & puriori modo prope ipſam conſiſtit, ueluti primum tactus ſenſorium, etenim guſtus eſt tactus quidam, & non bene ad propriam excitatur actionem, niſi a uitali & ſenſitiua portione moueret, indigeretq; ualẽtiori mouente, neq; certe uita ipſum determinans ſimiliter cũ alijs ſenſibus inſolubilis eſſet, uerum quia magis eſt inſeparabilis, ideo ad aliena non extenditur.

*Nullum uidetur ſignum eſſe, fieri ſenſum ſimul tãgentibus. Etenim ſi quiſpiam circa carnem extenderet, tãquam pelliculam faciens, ſimiliter ſenſum ſtatim eſt,* Tex. 110. *quod non eſt ſenſorium in hoc. Sin autem & innatum ſit, citius adhuc pertrãſiret ſenſus. Vnde & talis particula corporis habere ſic ſeſe uidetur.*

Cõ. Tanquam quia, cum caro corporeum magis quid referat & ſpẽm magis paſsiuam ſuſpicionemq; primi præſeferat ſenſorij iccirco immediate occurrat ſenſibili. In qđ primum Ariſto. inſurgit, quod caro non ſit primum ſenſorium, probans, licet, ſimul dum ipſa tangit ſentiamus. Etenim ſi pellicula digito circumducatur, ſimul cum tactione fit tactus, atque etiam adhuc magis, ſi etiam connaturalis eſſet, non tñ iccirco uiuaciter ſenſitiua participaret uita. Propter id nanque citius. Veruntamẽ primum ſenſitiuũ neq; in pellicula, neque in connato illo iccirco adeſt. Cur non igitur & tactus fieri põt per medium alienum? Siquidem & per pelliculã & per aquã in digito humectato ſentimus. Aut nõ dicendũ, per medium tale, per quale uiſiua potentia uidet: ueluti ipſe declarabit per exẽplũ a clypeo.

*Quemadmodum ſi circulariter circa nos adnatus eſſet aer. Videremur nanque uno quodam ſentire, & ſonum, & colorem, & odorem: & unus quidam ſenſus eſſet, uiſus, & auditus, & odoratus. Nũc autem quia determinatum eſt per quod motus fiunt, manifeſta, quæ di-* Tex. 111. *cta ſunt ſenſoria, diuerſa exiſtentia. In tactu autem hoc nunc immanifeſtum.*

Cõ. Ex hac ſuppoſitione ſimul quidem demonſtrat, qđ nõ eſt neceſſarium, id quod nobis eſt connatum, & quod e proximo ſenſibili iungitur, eſſe primum ſenſorium: ſimul quoque quod non eſt neceſſum, quia unum medium ſit, iccirco ſenſus, qui per medium mouẽtur unũ eſſe ſenſum: idq; exagerans priorem dubitationem. Verum nunc determinato medio, ſenſorijſq; manifeſtis exiſtentibus, in illis primis tribus ſenſibus, eorũ apparet multitudo. In ipſo uero tactu nũc tẽporis immanifeſtũ, quidnã ſit primũ ſenſitiuum, & an una, an plures tactiuæ potentiæ.

*Ex aere quidem enim, aut aqua impoßibile eſt conſtitui animatum corpus. Oportet enim ſolidum quid adeſſe. Relinquitur ſane mixtum ex terra, atque his eſſe, ut uidetur caro, & quod ei proportionale eſt. Si.n. omnis ſenſus per medium eſt, etiam & tactus.*

Philoſophus per hæc cãm afferre uult, qua ſit immanifeſtum primum ſenſorium in tactu. Vnde & ea quoq; cõiunctione utitur, quæ rei ſemper cãm aſsignat, uidelicet, enim. Simul aũt aperit, quale ſit in tactu medium. Quænam igitur eſt hæc obſcuritatis cã? Quãdoquidem in tactu qui hoc idem, quod tactus, eſt, oportet ſenſibile immediate occurrere & uicinũ ſe facere uiuenti corpori, & ſenſitiuo ipſi. Viuẽs uero corpus in ipſis generabilibus & corruptibilibus, non poteſt aut aereum, aut aqueum eſſe, ut profecto ſit ſimile alienis medijs, quæ in alijs ſunt ſenſibus. Verum ſolidum eſſe, & iccirco ex terra, atque alijs mixtum oportet eſſe.

*Quare neceſſarium eſt, & corpus eſſe medium, ei, quod tangit, adnatum.*

Corpus ipſum intelligit, uiuentium corpus. Quodquidem adnatum exiſtens, neceſſarium eſt eſſe tum inter tactiuum, tum inter tangibile. Atque hoc quidem non ex neceſsitate collectũ his ex dictis fuit, ex eo, inquam, quod adnatum in tactiua facultate eſſe oporteat medium. Sed id quidem ex eo acceptum fuit, quod oĩno id, per qđ, infit: quod poſterius in mentem reuocabitur. Et ex eo quod non per aliquod externum in tactiua facultate motus fiat: ſed qa ab ipſo ſenſibili oporteat pati corpus. Quibus oĩbus ex neceſsitate quoq; ſubſequit̃, noſtrum corpus (qđ quidem indicarat illud, adnatum) rationem eius, per qđ ſubire. Ac ita quidem textus eſt intelligendus. Quare neceſſum eſt adnatum corpus eſſe, id quod inter tactiuũ eſt, & primum ſenſorium, & ipſum præterea ſenſibile. Quãdoquidem oportet quidem tactui adeſſe id, per quod, nõ aũt extrinſecus. Quæ uero in medio ſunt, ea id, per qđ, exponunt. Qm̃.n. animatum etiam ſolidum eſt, ex terra & cæteris eſt cõmixtum. Etenim medium uiuaciter pati oportet, ut magis ſit ad motum aptum. Cũ primum tactiuum non parum ſit iners, reſpectu aliorum ſenſoriorũ. Idq; ideo ſit, quia corporea uita corporeũ quid magis referat, & mixtionem. Quandoquidem huiuſmodi aĩatum corpus eſt, quale generabile animal.

*Per quod fiunt ſenſus, qui plures ſunt. Indicat aũt* Tex. 112. *quod plures, tactus, qui in lingua eſt. Omnia.n. tangibilia ſentit, ſecundum eandem particulam, & ſaporem. Si quidem igitur alia caro ſentiret ſaporem, uideri certe poſſet unus & idem ſenſus, guſtus & tactus. Nunc autem duo, quia non conuertuntur.*

Occaſionem dubitationis dedit, ex eo quod lingua, ut Cõ. ipſe infert, duorum ſenſuum ſit inſtrumentũ ſecundũ eandem particulam. quæ tum ſapores, tum tãgibilia percipit & ſentit, tanquã duo unus eſſe uideantur. Si etiam alia caro ſaporum eſſet iudicatrix. Sed qm̃ alia caro ſola ſentit tangibilia, ut non poſsit conuerti, ſed quod quidem eſt ſaporis iudicatiuum, id etiam tangibilia iudicat, nõ aũt e cõtra quod tangibilia iudicat, idem & ſapores omnino iudicat, manifeſta ideo eorum eſt diuerſitas.

*Dubitaret autem aliquis, ſi omne corpus profundi-* Tex. 113. *tatem habeat. Hæc autem eſt tertia magnitudo. Quorumq; eſt duorũ corporum medium aliquod corpus, non contingit hæc ſe inuicem tangere. Humidum autem nõ eſt ſine corpore, neque liquidum. Sed neceßarium eſt aquam eſſe, aut habere aliquid aquæ. Quæ uero ſe inuicem tangunt in aqua, extremis non exiſtentibus ſiccis, neceßarium aquam habere medium, quo ſint plena extrema. Sin autem hoc uerum, impoßibile eſt, tangere aliud aliud in aqua. Eodem aũt modo & in aere. Similiter enim ſeſe habet aer cum iis, quæ in ipſa ſunt aqua. Latet aũt magis nos, ueluti & quæ in aqua animalia, ſi liquidum liquidum tangit. Vtrum igitur omnium eſt eodẽ modo ſenſus, an aliorum alio modo, quemadmodum nũc uidetur?*

*uidetur: guſtus enim & tactus quia tangunt. Alii autē procul. id autem non eſt. Sed & durum & molle per alia ſentimus. Veluti & quod ſonatiuum, & uiſibile, & odorabile. Sed hęc quidem procul, alia uero prope: ideo latet. Qm̄ ſentimus oīa per medium. Sed in his latet. Atqui quēadmodum diximus & antea, licet & p pelliculā ſentiamus tāgibilia oīa, ita ut lateat, quādo agat, eodē modo nos haberemus, ueluti & nunc in aqua & aere. Videmur nanq; ea tangere, & nihil eſſe in medio.*

Quandoquidem tres ſunt corporis dimenſiones. Vbi uero accepit iam, in tactu mediū nō eſſe extrinſecus, ſed adnatū dixitq;, qđ ſuperextēſa pelle tactus fit, quo quidē tēpore p alienū medium fieri vr̄, nūc ex his diſcrimē ipſius cū alijs tribus ſenſibus demōſtrare intēdit, non tm̄ in pellis extenſione, ſed etiā ſi ſemp aliquid medium interponaẽ inter tactiuū & tactile: ut ſi in aqua utraque humectāt, intercedatq; aqua quæ & corpus eſt, & ideo profunditatē hēt, immediatūq; eorū, quæ ſe cōtangunt, impediat contactū. Id qđ fortaſsis etiam in aere accidit, cū aliqđ aereū intercedat corpus medium, ſi modo & aer ad uicinationē eam ſe hēt ſicuti aqua. Sēper igiẽ nō adeſt medium aliqđ. Neq; enim uel ipſius aquæ, uel aeris. Ac in quibus quidem eſt medium, tactiuū ſenſum nō impediens, id non deportabit actionē ueluti in primis tribus, ſed cū carne cōpatieẽ: ueluti hoc ipſum optimę repræſentat ex clypei exēplo. Et hęc qdē manifeſta ſunt. In ea uero orone. Sed neceſſariū aquā eē aut hēre, quo ad humidū dictū eſt, aquā eē, quo ad uero liqdū datū eſt ſbū, hēre. In eo uero, impoſſe eſt aliud, aliud tāgere in aqua, præſupplēdū eſt, immediate. Colligēs aūt demū, nūquid alij ſenſus cum reliquis tribus ſiſr ſe habeāt, eo quod in his aliqđ intercidat medium, hinc rē iudicat.

Tex. 115. *Sed differt tangibile a uiſibilibus, & ſonatiuis, quod illa quidē ſentimus, qm̄ medium quadā rōne nos afficiat. Tangibilia uero, non quia a medio, ſed ſimul cū medio: quemadmodum qui per clypeum percuſſus. Neq;.n. clypeus percuſſus percuſſit, ſed ambo cōtingit pcuſſum eſſe.*

Cō. Qm̄quidē in tactu, & guſtu nullū externū rōnē per qđ, ſubdit, oporteat aūt uel in ijs adeſſe id, per quod, ne primū ſenſorium immediate, ut fuit dictū, a pprio ſenſibili patiēs ineptū fiat ad pprīā iudicatoriam actionē, uel in iis quoq; id, p quod, licet quidē non externū, attamē adnatū querēdū eſt, aīatū pfecto exiſtens, ut fuit dictū, id p per ſenſitiuā quoq; aīam: hic.n. rōne adnatū maxime eſſet primo ſenſitiuo. Oportet qdē.n. & primū ſenſitiuū aliquid a ſenſibili pati, (quēadmodum id probe indicāt excellētiæ illæ quæ ſenſibilem faciunt affectionē) ſed tm̄, quantū poſsint excitari ad actionē. Excellēs uero impedit paſsio. Tūc uero excellit, cū immediata fiat actio ſenſibilis, ad primum ſenſorium. Qđ nā igitur in guſtu & tactu eſt id, per quod? Lingua, inquit, in ipſo quidē guſtu. Tota uero caro in tactu: & hæc quidē diſtinguit, cum ita ſcripſit.

Tex. 116. *Oīno aūt uidetur caro et lingua, ueluti aer & aqua ad uiſum, & auditū, & odoratū ſeſe hñt, ſic ſe habere ad ſenſorium, quemadmodum illorū unūquodq;. Ipſo autē ſenſorio tacto, neq; illic, neq; hic fieret certe ſenſus: ueluti ſi quis corpus albū in oculi poneret extremū. Quo etiā manifeſtū eſt, quod intus eſt tāgibilis ſenſorium. Sic.n. profecto contingeret, quemadmodū in aliis. Quę enim imponūtur ſupra ſenſoriū, nō ſentiūt. Super aūt carnē ſi imponātur, ſentiunt. Quare medium tactiui eſt caro.*

Cō. Particulā qdē, unūquodq; illorū, dixit, licet duo tm̄ pręmiſerit, aerē ſ. & aquā. Aut quia illa tribus dixit inſeruire ſenſibus. Aut p uerbū, illorum, non intelligēdus eſt aer & aqua, ſed ſimplr, diaphana, & [illegible], hoc eſt (ſi uerbū uerbo aſsignare uolumus) pſonia, et perodora, quæ uidelicet ſonū & odorē deferūt. Hæc aūt tria ſunt, nō tm̄ in aere & aqua ſolis, ſed & in aliis. Cōſimili modo ſeſe hñt caro & lingua, inquantū ipſæ media ſunt, rōnēq;, per quod, ſubeunt. Qm̄ ſ. quatenus hæ ſunt adnatæ, illa uero externa, nō eſt ſimilis analogia & proportio. Vnde nec præterea dicendum eſt carnē oīno inſenſibilem eſſe, ſicuti aquam. Neque.n. ea rōne ſimilitudo eſt ipſorū, ſed inquātū reſpectu primi ſenſitiui ipſa quoq; rōnē, p qđ, ſubeāt. Quo etiā fit manifeſtū, qđ intus eſt tangibilis ſenſitiuum. In corde.ſ. adeſt, ueluti in aliis fuit dictum.

*Tangibilia quidem igitur ſunt, differētiæ corporis, quatenus corpus. Dico aūt differētias, quæ determināt elementa: calidum, frigidum, ſiccum & humidum. De quibus diximus prius in iis, quæ de elementis.* Tex. 117.

De qbus dixerat, qđ carni ſuperpoſitæ ſenſibiles ſunt, per hæc aūt, ut iam diximus, tradit unū eſſe genus naturæ tangibilium ipſorum, qđ eſt corporū, quatenus ſunt corpora characteriſticum. Non ſimplr aūt, ſed qualia denotauit ipſe per differentias determināntes elementa. Nimirū quatenus corpora paſsibilia: quæ quidē generabilia ſunt & corruptibilia. Horū nāque principia ſunt quatuor elemēta. Atque horū differētiæ primo ſunt paſsibiles qualitates. De qbus in libro de elemētis dixiſſe inquit, ſic qdē ea appellās, quę de generatione & corruptione cōſcripſit. Cō.

*Senſorium uero ipſarum tactiuum, & in quo uocatus tactus ineſt primo, poteſtate talis eſt particula. Sentire nanque eſt pati quoddam. Quare quod facit ipſum actu huiuſmodi, illud facit, cum poteſtate eſſet: unde ſimili modo, calidum, aut frigidum, durum & molle non ſentimus, ſed excellentias. Tanquā ſenſus quaſi medietas quędam ſit cōtrarietatis, quę eſt in ſenſitiuis. Et ideo iudicat ſenſibilia, medium enim iudicatiuum eſt.* Tex. 118.

Vbi tāgibilium genus diffiniuit, nūc incipit tactiuū diffinire. Ptāte nāque eſt tale, quale ipſum tāgibile. Qm̄ qđ actu cognoſcit, iuxta cognoſcibilis ſemp fiet formā, ſenſitiuū aūt a ſenſibili moueẽ cū ex ſeipſo ad id nō ſit ſufficiēs. Vnde & pati quoddā eſt ipſum ſentire, nō quidē qa corrūpatur, ſed quia perficiaẽ. Et ideo nō ſimplr eſt pati, ſed quoddā pati. Pati itaque oportet, tāquā qđ aliunde pficiatur. Ptāte uero nō aūt actu tactiuū eſt. Qđ.n. tāgitur eſt tale. Sēſitiuū aūt a ſenſibili tale fit actu, quale illud eſt, idq; per formæ impræſsionē ab ipſo in ſenſorio factā. Qm̄ iudicatiua actio pfectuſque prope formā ſtatus intrinſecus & iuxta ſubſtantiales ſenſibilium rōnes ſenſibilium fiunt. Non.n. ut impreſsio aut figura aliqua, imponiẽ cognitio ipſa, atque cognitionis terminus. Verū enimuero neceſſarium eſt ſenſoriū a ſenſibili pati. Patiẽ.n. quod ptāte huiuſmodi eſt, at nondū actu. Qui fieri ergo pōt, ut cū ſenſoriū paſsibile ſit, non participet etiā actu paſsiuis qualitatibus? Cum uero de ipſis iam participet, qūo ſcđm ipſas pati poterit. At non inquit id, quod ſimiliter calidum, aut aliqđ aliorum eſt ſentiens, ſed excellētias. Et ea rōne a diſsimili patitur, utpote quia ſenſus ſit quædam medietas. Aut loco ſenſorii dixit, ſenſum, aut etiam quia ipſa ſenſitiua ſubā, nō ſimplr, ſed quædam ſit medietas, eo quod ſubiecta utatur ſenſorii media temperatura. Cō.

*Fit enim ad utrunque eorum alterum extremorum. Et oportet quemadmodum quod ſentire debet album & nigrum, neutrum illorum actu eſſe, poteſtate autem ambo. Sic ſane & in aliis & in tactu, neq; calidū neq; fri-* Tex. 119.

Tex. 120. *gidũ. Prçterea uero, ueluti uiſibilis & inuiſibilis erat quodãmodo uiſus, ſimiliter aũt & reliqui oppoſitorum.*

Cõ. Medium fit excellens calidum, ueluti frigidum. Quando igitur cenſet rurſus, tactiuum neque calidum eſſe, neque frigidum, non oĩno de ipſis non participare dicit, ſed tanquam ex utriſq; temperatum eſſe.

*Sic & tactus tactilis & intactilis. Intactile uero, quod habet omnino paruam differentiam tangibilium. Quale perpeſſus eſt aer, & tangibilium excellentię, ueluti corruptiua.*

Etenim in frigore, calidũ nõ eſſe aerẽ ſentimus, atq; eum qui paruam habet caliditatẽ, & qui excellentem.

Tex. 121. *Secundum unumquemque igitur ſenſum, dictum eſt adumbrate.*

Cõ. Diligentior nanq; fuit de ſenſibilibus diſputatio ab ipſo facta in peculiari de ipſis tractatu.

*Vniuerſaliter aũt de omni ſenſu oportet ſumere.*

Vbi priuatim de unoquoq; conſiderauit ſenſu, cõem modo de omni reiterat ſermonem, tradẽs, quod ſenſum, ut ſenſum determinat, & quo ſimpliciter ſenſorium cuiuſque ſenſus characterizatur & effingitur.

*Quoniam ſenſus quidem eſt id, quod ſuſcipit ſenſibiles formas ſine materia, ut cera ſigilli ſine ferro, & auro recipit ſignum. Accipit autem aureum aut æneum ſignum, ſed nõ quatenus æs aut aurum.*

Manifeſtum eſt ſenſum eſſe ſuſceptiuã ſubſtantiam. Qm̃ aũt & multæ aliæ ſunt tales, proprium impræſentiarũ ſenſitiuæ tradit, quod id quidem eſt, ut ab aliquo externo patiatur, atq; adeo in totum a ſeipſa non excitet ad contemplationem, quæ in actu fit: ut intellectus, ſcientia, & opinio, atq; etiam ipſa imaginatio. Sed quandoquidẽ omnis, quæ actu fit, cognitio cognoſcibilis rei forma determinat, nõ quidẽ patiens, ſed agẽs, agẽs aũt non faciendo, ſed iudicando & cõplectendo. Aliæ nanque cognoſcitiuæ actiones ex propria pficiuntur ſubſa, quę a ſeipſis cognoſcibilis rei formam expromũt. Senſitiua aũt ſenſibili quoq; exterius poſito indiget, ad dicẽdum actu cognoſcibilis rei formã. Inde adeo fit, ut & paſsiua & formarũ dicat ſuſceptiua, utpote aliunde ingredientium, & ab alijs perficiat. Qđ ex eo declarat quod cum extrema ſit, inſtrumento utitur, atq; ita, ut non poſsit ipſa talis eſſe, quo ſibijpſi ad uſum ſuum ſufficiat, neq; inſtrumẽtũ habeat utenti uitę ſufficiẽs, quod quidẽ ĩdiget aliquid a ſenſibili prius pati, ſimul autẽ ei ut cũ externa paſsione uitalis quoq; excitet actio. Adeo ut cum organum ſit corpus ſenſibiliter uiuẽs, paſsiuam habeat actionem. Vtens uero inſtrumẽto uita non patiendo agit, cõuenienter cũ paſsiua organi actione, ſenſibilium rõnes intrinſecus eliciens, ſecundum quas quidẽ cõpræhendit, & iudicãdo agit. Sẽſus igit formarũ dicit ſuſceptiuus, diciturq; pati ab eo qđ colorẽ, aut ſaporẽ, aut ſonum habeat, eo qđ ipſius inſtrumentũ oporteat quãdã ab his impræſsionẽ perpeti, impreſsionẽ inquã ſuſcipiendo formarũ, quæ in hiſce fuerãt. Quẽadmodum.n. quę in agẽte eſt actio perfectę formę cõueniens eſt, ſic & paſsio iuxta formas facta præfert cum agentibus cõuenientiam, & cum ſignificatione ſiue impræſsione formæ a ſenſibili facta in ſenſorio. Et quæ in ipſo agit uita, quæq; utit per cõuenientes paſsiuæ actioni, quæ in ſenſorio reſidet rationes, purã iudicatoriam promit actionẽ, nõ hæc quidẽ patiens, atq; adeo neque extrinſecus formas recipiens. Intrinſecus.n. eſt cognitio, quare & ſtatus ille quoque, qui ppe cognoſcibile fit. Verum ſenſus quidẽ pati & fieri, euadereque formas dicit, & eo qđ ſenſorium formales actiones extrinſecus ſuſcipiat, idque nõ ſine actione facit, formæ aũt ſine materia recipiuntur. Neque.n. forma, ſed formatũ eſt oẽ ſenſibile. Quẽadmodũ eſt ob formã, ita & ſenſus ipſum ſcđm formã cognoſcit, & p illã cognoſcit. Senſorium igit recipit impræſsionẽ formę, ſenſuſq; prope formã cõſiſtẽs, cognoſcit ſenſibile. Sic igitur cera aurei ſigilli impreſsionẽ recipit, non aurum recipiens neq; ut ab auro patiens, ſed tm̃ figuram recipiens, & tanquam a figurato patiens.

*Similiter aũt & ſenſus cuiuſque ab habente colorẽ, aut saporẽ aut ſonum patitur, ſed nõ quatenus unũquodque eorũ dicitur, ſed quatenus tale, & ſecundũ rõnem.*

Senſus quidẽ patitur ſenſorio principaliter patiente, dũ in propriam excitat actionẽ, & ab utroque patit, ſed non quatenus eorũ unũquodque dicitur. Ac utrũque etiã ſecũdum formã agit, & ſenſus formalẽ recipit actionẽ, nõ q determinatus fit, tanq̃ q albefiat, aut ſonet, aut dulce fiat, aut calefiat, nec etiam ea rõne patiat, ſed tanq̃ qui cognoſcẽdo circa album, aut ſonũ aut quoduis reliquorũ agat, pati aũt ea ratione dicatur, quia ſenſorium extrinſecus actionẽ recipiat, quia & ipſe excitatur. Licet nanque corpus calefiat, receptio formæ nõ in eo fit, cum calefiat, ſed in eo qđ cognoſcendo circa calidi formã agat. Qm̃ quatenus organum calefactũ eſt, ſenſibile reddit nõ ſenſitiuum fit. Quare licet uiſiua facultas diſgregetur ab albo, iudicium fit, nõ quia patiatur, ſed quia circa albedinis agat formam.

*Senſorium autem primum, in quo talis eſt potẽtia.* Tex. 122.

Cõ. Senſorium quidẽ unoquoque in ſenſu eſt diuerſum. Id uero in quo eſt cuiuſque ſenſus cõe: de quo qdẽ nũc principaliter eſt ſermo, merito eſt uitalis ſpũs. In quo talis eſt potẽtia. ſ. cõis ille ſenſus, oĩa compræhendens: & non quidam ſenſus, ſed ſimpliciter ſenſus exiſtit, ut qui cum omnibus agat, & totus in ſeipſum agat.

*Eſt quidem igitur idem. Eſſe uero ipſum diuerſum. Magnitudo ſiquidem quędam eſſet, quod ſentit non tamen quia ſenſitiuum ſit. Nec ſenſus magnitudo eſt, ſed ratio quædam & potentia illius.*

Erat quidẽ.n. & aĩa uitalis inſtrumenti, quatenus talis, effectrix, quæ ipſius quidem reſpectu formę rõnẽ obtinet, nimirũ quia per ipſam informat & abſoluitur. Erat aũt & aĩa ea, quæ ipſo ut organo utit. Ipſius nãque uel hæc quoque erat actus, iuxta declinationem eã, quæ ad ipſum ſpectat, determinata, eo quia ipſo utat. Adeo ut & inſtrumẽtum & utẽs illo, euadãt unũ, quia utriuſque eſt actio una, ita ut unũ quidẽ ex utriſque reſultet, in ipſo aũt eſſe mutuo differãt & diſtinguant, ac multo magis utẽs, & ſenſoriorũ qđ qdẽ ſentiendi munus obit. Ac ſenſitiuũ qdem ipſum duplicem habet cãm. Alteram quidẽ materialẽ, ut magnitudo & ut corpus. Alterã aũt formalẽ, iuxta uidelicet uitã ſenſitiuã, quæ ipſum tãquã uitale organũ informat. Neque.n ipſa magnitudo eſt, neque multo magis ipſa utens aĩa, ſed illius quidẽ ratio & potẽtia quædã. Altera quidẽ tanquã ipſius organi determinatrix. Altera aũt, quæ eo qđ ipſo utitur, perficitur, quæ ꝓprie rõ, non forma uenit dicenda. Forma.n. indiuiſibilis eſt. Illa aũt ſubſtantia eſt complicata. Huiuſmodi aũt eſt animata uita. Verũ quando multæ etiã uitales, & naturales ſunt rõnes, merito ſenſitiua uita dicta fuit quædam ratio, ſed & merito quoque potentia ſenſorij eſt dicta. Altera per quam uiuaciter mouetur, altera aũt tanquam motiua. (Motus enim eius eſt actus, quod poteſtate eſt) potẽtia igitur etiam eſt, quęque in mota re, quæque in mouente reſidet. De potentia autẽ fuit determinatum in ijs, quæ tranſnaturalia dicuntur.

*Manifeſtum autem ex his eſt, & propter quid interdum ſenſibilium excellentiæ corrumpunt ſenſoria. Si enim fortior ſit ſenſorij motus, ſoluitur ratio. Hoc autem erat ſenſus.* Tex. 123.

Ipſa nanque ſenſitiua uita tum oppoſitorum cognoſci- Cõ.

tiua

dia exiſtens, tum ad utraque ſimiliter ſe habens, medietas eſt, non quia ab utriſque determinetur, ſed quia utraq; agat, & proprio innaſcatur inſtrumento, quod ſimiliter impreſſiones ipſas recipit, quę ab utriſque proficiſcuntur. Vnde & ipſa in quadam eſt conſtituta medietate, quæ non quidem expromit ſed ſuſcipit, non quidem puram actionē, ſed quæ cum affectione commixta ſit. Si igitur affectio eō poſitam iſtam medietatem corrumpit ob excellentiam cuiuſuis extremorum, corrumpitur ſenſorium ut ſenſoriū, deperitque, inqt ipſe, ratio, qui quidem eſt ſenſus. Eo.n. corrupto, quod cum commoderantia recipit, neceſſarium quoque eſt uitam organi determinatricem corrumpi, quę quia illud determinet, perficitur, ſimul & utens ipſa uita ſi quidem in hoc ſolo, ꝙ utatur, perficitur. Quod ſi non ita fuerit, ſed uel ſeparabiles habet actiones, ueluti nauta a naui, quatenus homo: uel primo in perpetuo corpore ſubſiſtit, adeo ut non amplius hoc utatur, ſoluitur, at uero nō ſimpliciter.

*Quemadmodum et ſymphonia et tonus, pulſatis ualde chordis.*

Nonnunquam etiam et his inciſis, cum ſimpliciter quoque ſymphonia perditur. Nonnūquam aūt impeditur ſola concinentis ipſius actio, idq; ob uehæmētiam percuſſionis. Hoc uero exemplum proprie ſe habet ad corpoream illam inſtrumenti commoderationem, at non ad uitam ſenſitiuam, neque enim ipſa eſt ſymphonia, ſed ſymphonia eſfloreſcit ipſa.

Tex. 124. *Et propter quid nam plante non ſentiunt, cū habeāt aliquam particulam animatam, & patiantur a tangibilibus: frigeſiunt nanque, & caleſiunt. Cauſa enim eſt, quia non habent medietatem, neq; huiuſmodi principiū, quo recipiant formas ſenſibilium.*

Cō. Manifeſte fuit & quæſitum propoſitum, & cauſæ inuē tio, tum a corporea proprietate, tanquam materiali tum a uita tanquam formali. Id enim, quod dicit, non habere medietatem, eſt intelligendum ob corpoream illam, intermediamq; cōmenſurationem, quæ inter extrema ſtat. Suſceptiuum uero ſenſibilium formarum principium intelligendum per ipſam ſenſitiuam uitam. In qua quidem quō ſit ſuſceptiuum ipſum intelligendum, iam fuit dictum.

*Sed patiuntur cum materia.*

Videlicet cum qualitatibus determinentur, & per ipſas effingantur, ſed non quia excitentur per ſe ad cognoſcitiuam actionem. Et quemadmodum actio prope formam fit & cum forma, ſic ſane paſſio cum materia. Licet enim compoſitum a caliditate, dum calefit, principaliter determinetur, id tn̄ compoſiti materia patitur. Et quēadmodū ipſa a ſubſtantialibus formis primo abſoluitur & elaboratur, ſic & cōpoſita a qualitatibus determinantur.

*Dubitaret autē aliquis, an pati poſſet aliquid ab odore quod impoſſibile eſt, ut odoret.* Aut a colore, quod nō poteſt intueri. *Eodemque modo & in aliis.* Sin autem *quod odorabile odor, ſiquid facit odoratum, odor facit. Quare ex iis, quæ non poſſunt odorari, nihil pōt quieq̄ pati ab odore.* Eadē præterea rō *& in aliis.* Neq; *ex poſſibilibus, ſed quatenus ſenſitiuū eſt unūquodq;.*

Vbi dixit quod quædam etiam non ſentientia patiuntur, & horum quidem alia cum materia, ut quæ calefiunt & frigefiunt, alia autem ſine materia, ueluti cera recipit ſignum ſigilli ſine auro aut ferro: dixerit aūt ſenſum etiā pati, per propoſitas & dubitationes, & ſolutiones, differētias paſſionū modo diſtinguit, & actionum, quę paſſiones imprimunt: aliquę nāq; alterātes & mutātes recipiens ipſum agunt. Ac manifeſtum quidē quod etiam recipientia ipſa patiuntur, dū alterantur, ut quæ tinguntur, patiuntur dum colorantur: ſimul et quæ aliquē bonū corradunt ab his, quę ſibi uicina ſunt, odorē, quæq; dulceſiunt, & caleſiunt, aut ad ſonum aptiora euadūt, ut remiſſa & intēſa chorda: aliquæ aūt iuxta ſolā agunt formā, traducuntq; in recipiens formā aliquā ſine materia. Veluti antea dixerā cerā recipere ſignū. Et adhuc quēadmodum purius aer recipit lumen, atque adeo oīno media, inter ſenſorium & ſenſibilia ſenſibilis actionē deferentia. Sic.n. diaphana actionē coloris & ſonatiui actionē, διηχῆ, idest pſonia, odorabilis δίοσμα hoc eſt perodora deferunt. Si aūt & lingua & caro media eſſent, haberemus utique & in ſaporibus & in tangibilibus, perinde ut deportatiua, recipientia actionē. Sed hęc quidē ſunt, ut ſimul ſenſitiua, ſecūdo tn̄ modo. Quædam aūt ſunt ſenſibilium actiones, quatenus ſenſibilium, cū.ſ. recipiens eſt ſenſibile. Siquidē hæc adinuicē & dicuntur & agūt, cū ſenſitiuū ſit ſenſibilis ſenſitiuū: ſenſibile aūt ſit ſenſitiuo ſenſibile. Agit igit̄ ut ſenſibile in ipſum ſentiēs. Quatenus uero color & ſonus, hic quidē agit in diaphanum, hic aūt in perſonium qđ ſonū deportat: licet uidēs, uel audiens nō adſit, nō quidē in eo qđ aliquid agant, ſed in eo qđ mutuam recipiant actionē, cū diaphanū actu fiat, aut actu perſonium, ſenſitiuū aūt actionē hēt cum etiam agat. Ipſius.n. actio iudicatoria eſt. Triplex igit̄ eſt actio & paſſio. Prima quidē per alterationē et mutationē recipientis. Secunda aūt per tranſlationē formalis actionis ipſius quidē agētis ſed per traductionē recipientis in ſe: quæ & ipſa paſſio dicit̄ ob pfectionē extrinſecus acceptā. Tertia eſt, quæ iuxta receptionē ab exterioribus factā, p propriam quoque determinat̄ actionē, quęmet paſſio quoq; eſt ob receptionē illā extrinſecus acceptā. In qua ſenſus ſolummodo eſt collocatus. Quo fit ut non oībus paſſio hæc ſit ſenſitiua. Diſtinguens igitur hæc pħs dubitat, an odorabile aut color aliquid in ſenſitiuum agat. Ac tādē nihil agere colligit. Siquidē inquit odorabile eſt odor, odor aūt in odoratum agit, ſenſus aūt quidā eſt odoratus. Cōcluditq; nō odorātia nō patiuntur ab odore. Eadē præterea rō & in aliis, inquit ipſe, eſt quod ſ. nō quid aliud a colore patiatur niſi ſit uiſiuum. Vnde ſubiungit. Quod neque eſt ex poſſibilibus, ſed quatenus ſenſitiuum unūquodque eſt, licet.n. quod audire pōt, id ſentire poteſt, id tn̄ a colore non patietur. Quatenus uero eſt ſenſitiuū, ſentiet a ſono, guſtatiuumque a ſapore. Conſtat aūt uera eſſe quæ dicuntur, ſi non ut color ſimpliciter, aut odor, ſed ut ſenſibile intelligetur & dicetur. Neque enim quæ non ſentire ualent, tanquam a ſenſibilibus patiuntur.

*Simul autem patet & ſic, neque.n. lumē, neque tenebræ, neque ſonus neq; odor, quicquam faciunt corpora, ſed in quibus ſunt, ut aer cum tonitru ſcindit lignum.* Tex. 125.

Hoc quoque argumentum in idem, in qđ prædictum Cō. tendit ad probandum ſcilicet, quod formæ ſenſibilium nō per ſe in corpora, uidelicet quatenus corpora agūt, ſed per ea, quæ ſibi ſubiecta ſunt. Veluti Tonitrus nonunquam frangit ligna, nō tāquam ſonans: ſed quia ſpūs, in quo ſonus eſt uehæmentius motus & citatus, in lignū cadat. Qm̄ non ſolum ut ſenſibilia, nihil agunt ſenſibilia: ſed nec per ſe, utpote actionis ſuæ ipſius aliquid tranſmittentia ſed agūt per aliud aliquid. Quemadmodum ſi coloratum alicui ſuperimpoſitum, deorſum impelleret: non ſcilicet ſecundū colorē id patiens, ſed ſecundum grauitatem. Et ſi calefieret, ſecundum caliditatem id pateretur. Non igit̄ ut ſenſibile, neque ut color tūc temporis ageret.

*Sed tangibilia & ſapores agunt.* Si.n. non, *a quo pa-* Tex. 127.
*terētur animata, aut alterarentur?* Nūquid igitur *& alia agent, an non omne corpus paſſibile eſt ab odore, & ſono? & quæ patiuntur indeterminata, & non manent, ut aer: olet enim, tanquam qui paſſus aliquid.*

Ariſto. quidem uidetur oppoſitum confiteri, qđ ſcilicet ſenſibilia agant, uel etiam in ea, quæ ſenſitiua non ſunt. Duabus uero rationibus ueritatem ipſam declarat, qm̃ & ut ſenſibiles etiam, ſenſibilium formæ agũt. Quare in ſenſitiuum agunt, ut non etiam ſenſibiles. Et hoc quidem duplici modo fit. Etenim & per ſuaſmet agunt formas, aut per ea, quæ ſibimet ſubiecta ſunt, & inſunt. Quod enim agant, maxime fit ex tangibilibus ut ſaporibus manifeſtũ. Etenim uel inanimata caleſiunt, dulciaq; fiunt atq; ſalſa, dum alterentur, ueluti & ipſe quoq; inquit, dum eo modo, qui a nobis eſt dictus, patiantur.

*Quid itaque eſt ipſum odorari, præter ipſum pati quicquam?*

Pręter ipſum pati, ita, ut aer olentis defert actionẽ: cum utrunque medium ſcilicet & ſenſitiuum, formalem recipiat actionem.

*Aut ipſum quidem odorari, ſentire.*

Hoc eſt, ut non ſecundum ſolam externã cõſiſtat actionem, ſed etiam ſecundum propriam. Sentire ſiquidem eſt cognoſcendo agere.

*Aer autem patiens, cito fit ſenſibilis.*

Diaphanum quidem recipit unitam actionem ab illuminante. Perſonium uero, & perodorum, quod græcè διηχὲς, καὶ δίοσμον, ideſt ſoni & odoris deportatiuum, non unite recipiunt, aut collectim: quandoquidem eo, quod antea patiantur, quodammodo recipiant actionem. Paſſio aũt fit in tempore, ſed celeriter. Aer igitur patiens, uel quia ante patiatur, perodorus fit, ideſt, odorem defert, uel quod aliunde odorabilis actionem recipiat, ſenſibilis fit, nonnunquam & ipſe effectus odorabilis, omnino autẽ ipſius odorabilis actionem in ſenſum ducens. Vtroq; autem modo non ſenſitiuus, ſed ſenſibilis fit. Quia etiam intrinſecus ex propria actione prope ſenſibilis ſtat formã.

Finis ſecundi libri.

# SIMPLICII COMMENTARIA

## *IN TERTIVM DE ANIMA*

### *Ariſtote. librum diuiſa in duo Secta.*

### *Sectum primum.*

*Euangeliſta lungo Aſulano interprete*

*Qm̃ aũt non eſt ſenſus alius præter hos ſenſus.*

Te1.

PRincipalis intẽtio in hoc tertio libro eſt, de anima electiua loqui, hoc eſt de rationali ea, intellectiuaq;, quæ in mortalibus eſt. Quoniam uel in hoc quoque toto tractatu contemplationem de anima, quæ ineſt mortalibus, cõſtituerat aggredi, ut ad præſtantiores fortaſsis p̃ quandam proportionẽ ab hac ſimus aſcenſuri, nec minus ex ea, quæ in his rationalis eſt. Cum igitur in ſecundo libro plurimum operæ inſumpſerit in tradenda illius aię cognitione, quæ cum alijs quoq; animalibus eſt communis, in hoc tertio principalem inſtituit intẽtionem de rationali portione. Exorditur uero a ſenſu, tum ſermonem ut ſuum cum prioribus continuet, tum quo facilius ex comparatione contemplemur diuerſitatem rationalis animæ cum ipſo: atque etiam adhuc, ut quantuncũq; rationis ueſtigium in ſenſum ueniat, conſideremus: ueluti indiuiſibile ipſum, ueluti quodammodo ſeparabile: & ueluti ſuipſius perceptiuum eſſe, & præterea qm̃ actiuus intellectus ipſo quoq; utitur ſenſu. Statim aũt in prima fronte inquirit, an alius eſt ſenſus præter quinque iam dictos, ut etiam ex inductione, rõnis diſcrimen cum ſenſibus conſiderãtes, non dubitemus, tanquam aliquis alius ſenſus nobis incognitus, ſit prætieritus indiſcuſſus. Et qm̃ etiam ad ſciam attinet, quantum poſsibile ſit, omnes cognoſcibilium compræhendere formas. Præterea quia etiam utile eſt ad comprobandum unumquemq; ſenſum, ſeipſum percipere: cũ uiſus hunc colorem uidens, ſibi etiam conſcius ſit, qđ cognoſcit. Neque enim ratio primo cognoſcitiua eſt, quandoquidem cognoſcibile particulare eſt & indiuiduum. Sed neque aliquis alius ſenſus id facit, qm̃ nec etiam aliorũ ſenſuum quatuor ullus id facit. Nec præterea alius q̃s ſenſus eſt præter quinque, adeo ut ſit neceſſarium hoc, non alium eſſe præter illos quinque ſenſus prætermiſſum, ne illius eſſe proprium uniuſcuiuſque ſuſpicemur conſenſum. Ac uidetur quidem, aut ſolum, aut maxime id rationalis animalis ſenſui aſsignare, quod ſcilicet ſuipſius cognoſcitiuus ſit. Id quod in tertio quoque libro proponitur. Intellectus enim maxime, ac poſtea rationis hoc eſt proprium, ut ſeipſa cognoſcant, uitamq; a corporibus ſeparabilem. Corpus nanque ob partitionem, non eſt in ſe cõuertibile, cum aliæ ipſius atq; aliæ partes hinc inde poſitæ ſint. Quare mediante ſenſu illo, qui rationis refert ſpẽm, id agit, qui licet non oĩno, quodammodo tamen a corpore diſſoluitur. Vnde igitur ſumit, quod non ſit alius ſenſus præter quinque? Neque.n. fides ex inductione ſumi põt. Plura enim ſunt immanifeſta aĩalia, tum mortalia, tum quæcũq; numina, plura inquam ijs, quæ manifeſta ſunt. Sed nec etiã ex elementis ſumi poteſt: adeo ut cum ſint quatuor, unumquodque proprio & conuenienti ſenſui ſeorſim cõueniat, cum ipſa euaporatione. Cuius quidem olfactus eſt: quemadmodum uiſus ignis ipſius, auditus aeris reliquique reliquorum, ſcilicet guſtus aquæ, tactus terræ. Neq; enim ſolo uiſu, ſed etiam tactu cognoſcitur ignem eſſe calidum. Immanifeſtum igitur, an alia quædam inſit ipſi qualitas, quam nos ignoremus, eo quia deſit nobis ſenſus, qui ipſam percipere ualeat. Vnde igitur Ariſto. probat, quod ſoli ſint quinque ſenſus? Id tum ex uitali perfectione in nobis exiſtente, tum ex eo, quod ſenſoria nobis non deſint. Deeſſet nanque aliquis ſenſus, aut quia uita, imbecillis, demortuaq; facta eſſet, cum non poſſet ſecundum oẽs agere ſenſus, aut quia organa deeſſent, quæ ipſa ſunt ſenſoria. Si igitur tum uita adeſt perfecta, & nullum ſenſoriorum deſit: rationi quoque conſonum, atq; adeo neceſſarium eſt, huiuſmodi ſenſoriis omneis ineſſe ſenſus. Quõ igitur perfecta uita a nobis determinabitur, atq; ea quæ in mortalibus eſt, de qua quidem fit ſermo? Quandoquidem motum intrinſecus exorditur. Is uero motus natura prior eſt, qui ſecundum locum fit: in his autem quæ ſic mouentur,

mouentis uitæ perfectio eſt inueſtiganda. Non in iis, quæ ex una tñ parte mouentur, ut oſtrea, ſed quæ per ſe tota. Et non ut in ijs quæ indeterminate ſe mouent, ut uermes & pulices, ſed in ijs, quæ determinate. Ac rurſus neq; in ijs, quæ determinatum illud hñt etiam deanguſtum, ut formicæ & apes, ſed quæ præſeferunt intelligendi potentiam & eam quidem etiam accomodatã, ac multo etiam in his magis, qui rõni parere poſſunt, atq; a ratione inſtrui & gubernari, quiq; etiam aſſueſcere, & cognoſcere ualent ipſius inſtituta. Nec minus quoq;, neq; in poſtremis partibus perfecta eſt ſenſitiua uita. Quæ ſeipſam quoq; cum rationali, quæ ſenſitiua præſtantior eſt, adiungit. Hoc.n. alicuius præſtantiæ ſignum eſt. Si quidem igitur ipſa perfectiſsima eſt, iuxta has uero ſolas ſenſuum ſpẽs hæc determinatur: neceſſum eſt nullam aliam eſſe ſenſus ſpẽm. At non ita quidem dico, quod quæ ſenſitiua in rationalibus eſt animalibus, ea ſola ſit perfecta. Perfectum nanque ipſum in profunditate quadam eſt collocatum. Ac perfectiſſima quidem hæc eſt, quæq; in alijs rõni paret, & quę præfert illud ipſum determinatum dictum, et aptum & intelligendi potens, atque non anguſtum. Imperfectum nãq; tam eſt, quod anguſtum, quodq; indeterminatum, & qđ ſecundum locum non mouetur. Quod tñ non ut præter naturam, ſed ſecundum naturam ſit eorum determinatiuum, quæ extremam & obſcuram uiuunt uitam. Vnde ſecundum naturam etiam eſt, hoc ipſum imperfectum, & eſt totarum formarum determinatiuum. Quod quidem igitur, quantum ad uitæ ſpectat perfectionem non poſsit in perfectis animalibus ſenſus deeſſe, ſatis ex his ſit declaratum. Reliquum modo eſt conſiderare, nunquid organũ aliquod deficiens, hunc cauſſet defectum. Sed qñ ſenſitiuũ organum neceſſum eſt aut ex oĩbus elementis mixtũ eſſe, aut ſimplex eſſe: inueſtigandum eſt ex quibuſnam ſimplicibus poſsibile eſt eſſe ſenſoria: & quibus ſenſibus ſimplicia, & quibus mixtum eſt aſsignandum, & nunquid omnia, quæcunque poſsibile eſt inueniri ſenſoria perfectis inſint animalibus. Idque ideo faciendum, ut quod ex inſtrumentorum defectu non deficiat ſenſus, cognoſcamus. Qm̃ igitur prima ſenſoria per media quædam mouẽtur, (neque enim immediate a ſenſibilibus mouentur) recte ſane a medijs ipſis ſenſoriorum naturam iudicium & coniecturam facit. Hæc enim ambo ſunt tum actionis ſenſibilium ſuſceptiua, tum quaſi connate et per uicinitatẽ media ipſa actionẽ ad ſenſoria deferentia, ſuiipſorumq; ſubſtã cum illis ſimul natam ſignificant. Veluti, diaphanum eſſe oportet, uiſibilis ſuſceptiuum. Hoc igitur utriſque inerit, tum medio, tum ſenſorio. Atqui & per quandam cõuenientiam diſtributio illa actionis fit ab altero in alterum ſine uiolentia ſed ex ſui natura, unde fit per coniunctionem & per comproductionem. Quare medium ſimile euadit ſenſorio. Quænam igitur ſunt media? Alia quidẽ in nobis ſunt collocata, ut in guſtu & tactu. Alia aũt extrinſecus ſunt poſita, ut in reliquis aliis ſenſibus. Ex iis uero, quę in nobis ſunt, quæ circa ſuperficiem ſunt corporis, quæ etiam media fiunt, omnino ſunt mixta. Qm̃ mortalium animalium natura aliquo indiget defenſaculo ſolido & reluctante, eo quod difficile patiatur, non ita tñ ꝙ ſit omnino immobile. Vnde nõ eſt ſimplex, ſed mixtum. Ex iis uero, quæ extrinſecus ſunt poſita, duo quidem ſimplicia ſunt ſenſibilium actiones deferentia, aqua ſcilicet & aer. Aut licet ſint mixta, alterum tñ horum in mixtione omnino excedit. Non enim ex terra componi dicendum, quia immobilis eſt, difficileq; patitur, atque adhuc difficile trãſportat actiones, quæ ab aliis fiunt. Nec etiam ex igne cõſtare, quia facillime agit, aliaque facillime mouet, magiſq; propria aliis impartiatur, quam ab aliis moueatur, & trãſportat quæ in illis ſunt. Quõ igitur medium in nobis exiſtens mixtum eſt, & quomodo cum terreſtre ipſum proxime excedat, recipit tangibilium & guſtabilium ſenſibiles actiones? An ideo quia uitale eſt habileq; redditur a uita noſtra? Quõ uero luminoſa illa fax in aere & diaphana, et perſonia eſt, hoc eſt ſoni deportatrix? An qa ignis ille eſt elementaris? Videtur aũt nunc ignis eſſe id, quod combuſtiuum & maxime feruens deorſum mittitur. Tanquã quod non ſit per ſe ſenſorium, adeo ut fax illa in aere cõpræhenſa ſit. Aut quia omnibus ſit communis. Nihil.n. ſine caliditate ſenſitiuum eſſe poteſt. Ipſum uero combuſtiuum nihil ſentit. Qm̃ igitur duo ſunt media ex ſimplicibus, aer ſcilicet & aqua (ſit nanq; elementare ipſum in aere cõpræhenſum, aut etiam cõe) ſenſoria aũt ex propinqs ſunt, habemus aũt utraq;, quęcũq; aĩalia ſumus perfecta, profecto perfectis aĩalibus, nõ tantum perfecta uita ineſt, ſed etiam inſtrumentorum nullum deeſt, ergo neq; ſenſus ullus deficit. Quod ſi hoc eſt uerum, ſoli certe eſſe debent quinq; iam dicti ſenſus. Verum magnus ille Iamblichus multa putat nobis immanifeſta eſſe aĩalia, tum cœleſtia tũ præſtantiora: recte quidem inquiens, non oportere numerum ſenſuum ex inductione aſſeuerãdum eſſe. Atqui nec Ariſto. inductione ipſa contentus eſt, ſed uitæ perfectione, atque eo quod nullum nobis ſenſorium deſit. Verum præſtantiorem eſſe inquit ipſorum cœleſtium ſenſum, ut qui impaſsibilis ſit, totuſque intrinſecus exciteẽ, atq; adeo externo nullo, quod moueat, indigeat: ipſeq; ſibimet ad conſiſtendum, & cognoſcendum ſenſibilia ſufficiat. Nunquid igitur plures quinque ponendi, ob ſenſum hunc cœleſtium? At certe non eſt ille cum his connumerandus, tãquam cã cum cauſſatis, & ut qui horum omnium perceptiuus ſit. Qñdoquidem nec cõmunem noſtrum ſenſum iis quinque tanquam ſextum connumeramus, licet inſeparabiliter cum ipſis ſint coniunctus, propterea quia cõmuniter cõpræhendat. Multo igitur magis, quod ab omnibus eſt ſeiunctum, atque adeo ſeparabili modo, cauſſaliq; more comprehendit, non eſt connumerandum. Præterea neq; cœleſtiũ ſenſus a quinque illis ſimplr̃ diuerſus eſt. Diuerſitas nanque in rõnibus conſiſtit, tum ſecundum rationum diuerſitatem, tum in ſenſibilibus. Cœleſtis uero ſenſus non ea ratione diuerſus eſt, ſed modo ipſo. Qm̃ nõ plura ſunt ſenſibilia iis, que a nobis percipi poſſunt. Tota igitur præſentis loci demonſtratio talis mihi eſſe uidetur, ut quæ in ipſa uitæ fundetur perfectione, idq; in animalibus non mutilis, iiſque, quæ præter naturam ſe hñt, quæque in eo fundetur, quod inſtrumentorum nullum deſit. Quodmet Ariſto. non ex inductione, ſed ex natura ſenſitiuorum inſtrumentorum probauit. Ex quibus duo erãt ſimplicia inſtrumenta in ſenſibus, qui longinqua cognoſcunt, unum aũt mixtum in tactu. Quandoquidẽ mixtũ quoque eſt mortalis aĩalis corpus, ut in uniuerſum dicamus. Reliquam aũt neceſſarium eſt interpretari dictionẽ membratim, quæ hæc ipſa declarat.

*Quod autem non eſt ſenſus alius præter quinq;, dico aũt hos uiſum, auditum, odoratum guſtum, tactum, ex his credere poſſet aliquis.* Tex. 128.

Hæc quidem eſt, ut geometrice loquar, ꝓblematis propoſitio. Incipit uero modo probationem ſermonis ſui, hinc exordiens. Cõ.

*Si enim omnis, cuius ſenſus tactus, etiam nunc ſenſum habemus, (omnes enim tangibilis, quatenus eſt tangibile, affectiones, tactu nobis ſenſibiles ſunt.)*

Qm̃ quatuor ſolæ ſunt primæ paſsiuæ qualitates, caliditas, frigiditas, ſiccitas & humiditas, ex quibus aliæ fiũt, ut in tractatu de generatione dictum fuit, quarũ omnium tactus eſt perceptiuus, quandoquidem etiam primas ipſas percipit: tãgibilia uero oĩa, quatenus ſunt tangibilia, paſſiuis informantur qualitatibus, id quod etiam in octauo naturalis auſcultationis fuit dictũ, patet, ueriſsime acceptũ fuiſſe, oẽs tangibilis affectiones, quatenus tangibile eſt, tactu cognoſci. Quod ſi tactus inter ſenſus infimus, nullum tangibilium incognitum prætermittit, oĩno certe & reliquorum ſenſuum unuſquiſque nullum ſibi proprium prętermittet ſenſibile. Id nanque ſequitur ei, quod hypotetica conditione fuit prædictum, ſi inquit, oĩs cuius eſt ſenſus

tactus, at non ab Ariſto. id fuit additum. Sed quædam etiam alia præcedentia, cum diceret: ſi deficit aliquis ſenſus, neceſſarium eſt quoq; ſenſorium deficere ſed etiam adhuc tertium illud, quod in medio cõprobat: inquiens. Et ſi nullum in nobis deficit ſenſoriorum, cõmuniter ad præcedentia omnia longis uerbis adducit, uidelicet, oẽs ergo ſenſus habentur a non imperfectis aĩalibus. Si enim ſenſorium non deficit, qđ quidẽ tertium in ordine præſumptũ fuit, propterea quia aut immediate, aut mediantibus aere, & aqua ſenſibilia percipiat, nos aũt et tactiuum ſenſum & utrũq; medium habemus, neque etiam certe ſenſus deficiet. Quandoquidem ita poſitum fuit. Si quidem deficeret ſenſus, ſenſorium quoque aliquod nobis deficeret. Et ea ratione ad ſecundum illorum, quæ cum conditione fuerant poſita, ad id ſcilicet, neceſſarium eſt, ſiquidem aliqs nobis deficeret ſenſus, etiã ſenſorium nobis aliqđ deficere ad id inq̃ fuit adductum qđ dixit, oẽs ergo ſenſus habenť a non imperfectis. Ad primum uero illud, ſi enim omnis cuius eſt ſenſus tactus, & nunc ſenſum habemus, adductũ fuit hoc, oẽs ergo ſenſus habentur a non imperfectis. Quãdoquidem ſic dicuntur oẽs, ut nullum penitus propriorũ ſenſibilium pretermittant. Propterea quod tactu ipſo nũc quoq; ſenſum, cuiuſcũq; tactus eſt ſenſus. habemus: cum particula illa, nunc, prędicta declaret, quod etiam prius demonſtratum fuerit, ſolos eſſe quinq; ſenſus. Tactum nanque perfectum habemus, ut pote nullum tangibilium incognitum prætermittens. Quod quidem Ariſto. ex eo confirmat cum inquit: oẽs enim tangibilis, quatenus tangibile eſt, paſsiones, tactui ſunt nobis ſenſibiles. Si quidem, ut dictum fuit, tum primas ſimplicesque qualitates, tum eas, quæ ex primis per commixtionem cõponuntur, paſſiuas oẽs qualitates per tactum cognoſcimus. Quod ſi tactus omnia cognoſcit tãgibilia, neceſſarium quoq; eſt aliorum ſenſuum unumquemq; omnia ſua percipere propria ſenſibilia. Recte igitur oẽs dicũtur haberi ſenſus in his ſcilicet, qui illos habent quinq;: tum ut qui non ſint plures, tum quia unuſquiſque nullum propriorum ſenſibilium incognitum ſibi prætermittat.

*Neceſſeq;, ſiquidẽ deficit ſenſus aliquis, & ſenſoriũ aliquod nobis deeſſe.*

Secundum hoc quidem eſt, ut dictum eſt, cum ſuperioribus coniunctum. Quõ uero neceſſarium eſſe dicatur, dignum eſt cõſideratione. Cur nãque ſi uiſorius ſenſus deficit ſolus, poſsibile aũt eſt & aercum adeſſe uiſus inſtrumẽtum, cur inquam hoc non adeſt habenti auditum: adeo ut ſenſorium ipſi quidem adſit, uiſio uero abſens ipſo ut nõ uiſiuo utatur. Nũquid igitur duplex eſt ſenſorii defectus, alter quidem cum ſubiectum omnino non adeſt corpus, quod quidem ſit ſenſui deficienti utile, ueluti ſi non omnino in quibuſdam aĩalibus per ſe aer eſſet, aut aqua immixta. Alter aũt cum quidem ſubiectum adeſt corpus, ſed nõ quatenus quidem uerbi gratia uiſibile ſit. Nec enim fruſtra, atque ut uiſiuum ſtaret in eo, quod natum eſt aptum uidere. Nunquid uero uel in ipſis quoque perfectis aĩalibus uerior hic ſermo ſe habet? Vnde & nobis, dixit, non aũt ſimpliciter ſi ſenſus deficit, ſenſorium quoq; deficere, ſed nobis ipſis inquit, qui cæteros quinq; habemus: Si.n. aliquis alius eſt, aliud quoque ſenſorium corpus habebit, uel ijſmet ad aliud quid utetur. Sed aliud quidem inſtrumentarium eſſe ſenſorium impoſsibile eſt: quandoquidẽ neq; aliud præter quatuor corpora corruptibile eſt, neq; cœleſte corpus diuinæ ſuijpſius, ut inſtrumẽtum, eſt ſubiectum aiæ, neque enim illi quatenus utenti ſubijcitur, ſed quia ipſum illius eſt tanquam totum. Verum enim uero neq; hæc hoc hñt, ut ſecundum quippiam aliud ſine ſenſitiua. In perfecta nanque uita quędam ineſſet potẽtia, quę ipſa uteretur. Vnde profecto neceſſarium eſt, illis nõ ineſſe organum, quibus ipſa non adeſt, dummodo id non fiat per aliquam mutilationem aut imperfectionem. In uita nanque perfecta oẽs adſunt potentiæ, et natura conſequẽter omnia aſsignat inſtrumenta, dummodo præter naturã non ſint mutilata, cum uice uerſa præſente illa potentia inſtrumẽtum deficiat. Quapropter nequaquam dictũ fuit, q; deficiente ſenſorio ſenſitiua quoque ſubſtantia deficiat, ſed contrarium, ſcilicet, non deficiente ſenſorio neque ſenſus deficit, idque in nobis, qui cæteros habemus ſenſus, perfectique ſumus, atque etiam determinato motu locali mouemur.

*Et quæcunq; quidem ipſi tangentes ſentimus, tactui ſenſibilia ſunt, quem habemus. Quęcũque uero per media, & haud ea tangentes ſimplicibus interuallis, dico autem ut aere & aqua.* Tex. 125.

Hoc tertium ex his eſt, quæ præceſſerunt, quo quidem probare cenſet neque ſenſorium neque ſenſum nobis deeſſe. Quandoquidem enim neceſſum eſt ſenſum fieri aut tãgentibus nobis ſenſibilia, aut per media ipſa (diuiſioque hæc immediata eſt, aliter uero impoſſe eſt eſſe) qm̃ etiam ſenſus eſt cognoſcitiua eſt uita corporum, quæ quidẽ extrinſecus ſunt poſita, & per ſenſorium, quod quidẽ eſt corpus, fit, quod quidem ab hac cognoſcitiua uita effingitur, & characterizatur, neceſſarium eſt ſenſorium aut ipſa ſenſibilia contangere, aut per quædam media corpora percipere ipſa ſenſibilia (Neque enim per uacuum ipſa percipiet) ut ideo actus ſenſibilis deferatur in ſenſorium. Ariſto. nanque uult ipſum quoque tactum fieri per medium, non quod tamen fit extrinſecus, ſed in nobis, ut quod etiam per ſenſitiuam uiuat uitam, alterum tamen eſſe qđ principaliter ſenſorium eſt. Reſpectu igitur illius primi ſenſitiui ipſe quoque tactus non fiet ſine medio, reſpectu uero illius quod ſimpliciter etiam quomodocũq; ſenſitiuum eſt, mediatus fiet. Fortaſsis aũt & ille appellatus conſenſus in nobis fit, cum particulam aliquã noſtram aut frigefactã, aut calefactam per tactum ſentimus, principali illo ſenſorio particulæ patienti occurſante. Tactiuam igitur uitam omnia aĩalia poſsident. Eam uero, quæ per media, ſua ſentiunt ſenſibilia, cum non tangant illa, nõ oia hñt. Ac quæcunque quidem eam hñt non oẽm tamen ſenſibilium proprietatem percipiunt. Neque.n. quia odorant, iccirco iam audiunt, neque quæ ſonum cognoſcunt, iam colorem cognoſcunt. Quõ igitur cenſet, & ſimplicibus mediantibus interuallis hiſque aere & aqua, quę per media cognoſci debent, cognoſci: & animalium unumquodque habentium utrumlibet eorum poſſe percipere ea, quæ per utraque illa media ſenſibilia ſunt? Sic autem inquit. Quæcunque uero per media, & haud ea tangentes, ſimplicibus interuallis: dico aũt ut aere & aqua. Quod uero per hæc duo media, aerem.ſ. & aquam ſola, ita fiat, paulùlum procedendo demonſtrabit. Verbum uero illud, ut, adiectum fuit in ea oratione. Dico aũt ut aere, & aqua: quo ut ego opinor, demonſtraret, qđ non ſola hæc duo ſimplicia, in medio poſita, deferũt actionem ſenſibilium in ſenſorium, ſed & ſimilia alia: ueluti fax, quæ qualis eſt aer, exiſtit, & formæ quidem quoq; cõpoſitæ, in iis uero exuperat aer aut aqua, quale eſt oleum, uinum, & nebula.

*Habet autem ſeſe ita, ut ſiquidẽ per unũ plura ſenſibilia, diuerſa quæ inter ſeſe ſint genere, neceſſe eum, qui habeat huiuſmodi ſenſorium amborum ſenſitiuum eſſe. Vt ſi ex aere eſt ſenſorium, eſtq; aer & ſoni et coloris: ſi uero plura eiuſdẽ, ut coloris, & aer et aqua, ambo nanque diaphana ſunt. Et quod alterum eorum habet tantum, ſentiet quod per ambo.*

Si per unum, qualecunque id ex duobus ſit medijs, plura ſenſibilia poſſunt in ſenſoriũ agere, diuerſa, inquit, abinuicem genere exiſtentia, tanquam diuerſis ſenſibus occurſantia. Neque enim omnino diuerſa ſunt genere calidum

& ſiccum,

& ſiccum, quæ ambo ſunt tangibilia, ſed color & ſonus: quoniam alter quidem uiſibilis eſt, alter aūt audibilis. Vtraque tn̄ fiunt per aerem, ueluti & per aquā ſenſibilia. Quin & odorabile genus per utrūq; agit medium. Neceſſe aūt, in quit eſt, cum qui habeat hmōi ſenſorium, aqueum uidelicet aut aereū, aut per aliam alicuius exuperantiam effictū, amborum ſenſitiuum eſſe, ita quidem loquens, ut de duobus, quæ diuerſa ſint genere, uerba faciat: & ideo quidē dixit, amborum, indeq; factū fuit, ut ſubdiderit duo quædā dicens. Eſtq; aer & ſoni coloris. Verum cur id, quod dicebamus, ipſa quoque talpa nō uidet, cum habeat aerem, quo audit? Cur uero non & ipſa purpura audit, cum id habeat, quo odoratur, ſiue modo id ſit aer, ſiue aqua? Qm̄ ego dicam, neq; ſimplr ideſt dignum exiſtimādum, neq; quod dicitur ueritatem ſapit, uerum in perfectis tn̄ animalibus. Vnde, ut eſt prædictum, de nobis ſermonē faciebat, cum diceret uerbum illud, nobis, & quęcūq; ipſi tangentes ſentimus, ſenſitiua ſ. uita præſente, eaque perfecta, inſtrumentiſque, quæ ad tactum attinent, utique non deficientibus. Neque n. ſine hac eſſe poſſet, neque ſine iis, quæ ad eam pertinent uitam, quæ per media percipit, nō inquam ſine his, que in perfectis aialibus ſunt. Atque ſi alterum tantum mediorum eſſet, uterentur eo oēs illi ſenſus, qui per medium cognoſcūt: ueluti & extrinſecis aqua & aere. Cum uero nondū demonſtrarit, quod nō ſola ſunt in nobis ſimplicia inſtrumenta, quæ ſenſibus per medium cognoſcentibus inſeruiunt, ſed tn̄ ex inductione acceperit, duo eſſe media aerem & aquam, nunc tādē ſenſorium quidem unum tn̄ ſupponit, per quod plura quidem, eaq; diuerſi generis ſenſibilia cognoſcūtur. Quo quidem in lo
» co ſic ſcribit. Vt ſiquidem per unum plura ſenſilia: &c
Adeo, & ut multa ſint huiuſmodi media, ut eadē p utrūq; cognoſcantur, ut color & per aerem & per aquam. Quod quidem etiam ut uerius iudicat, ſubiungens cām, ambo ui
» delicet diaphana eſſe dicens. Qm̄ non quatenus eſt aer aut
» aqua deferunt colorē ſed quia diaphana. Cenſet aūt etiam in priori ſuppoſitione eum, qui illud habet unum deferēs plura eaq; genere diuerſa, utraque illa genere diuerſa ſentire poſſe, ad duo tn̄, ut dictum fuit, ſermonem ſuum dirigens. In ſecunda uero, eum qui alterutrum mediorum habet, ſentire quod per utrunq; ſenſibile pōt eſſe. Particula nanque illa, per ambo, quæ ibi legitur. Et qui alterum eorum habet ſolum, ſentiet quod per ambo, ſic eſt interpræ
» tanda, quod ſcilicet per utrunq; ſeiunctim, at nō ſimul in
» telligatur, & ut non ex eo, quod ex utriſque. Vitæ nanq; perfectæ quæq; uidendo agere poteſt, inſeruire utrumuis diaphanorum licet.

Tex. 130. *Simplicium autem ex duobus his ſenſoria ſolū ſunt & aere & aqua. Pupilla quidem enim aquæ. Auditus uero aeris.*

Cō. Cum ſuperius acceperit media duo ſola eſſe, aerem ſ. & aquam, nunc uult ſenſoria quoq; ex his ſolis ſimplicibus conſiſtere. Quandoquidem ſenſorium ipſius tactus compoſitum eſt, ex ſimplicibus uidelicet quatuor corporibus. Tereſtreque elementum exuperat. Cum tactu uero guſtus quoque cōpræhenditur. In his uero, quæ per aliqua media percipiunt, pupilla quidem aquæ eſt, auditus autē aeris, odoratus uero alterius horum. Et cum ex inductione probauit duo ſola in nobis eſſe ſimplicia ſenſoria, præterea & ex eo quod præſumpſerit, quod duo ſunt media, eadem quoque demonſtrauit, idque per rōnem, duo ſola eſſe ſimplicia ſenſoria. Quotcūq; nanque & qualia ſunt externa, quæ ſenſibilia deferunt, tot & talia ſunt ea quę in nobis ſunt ſuſcipientia actionē illorum ſenſibilium.

*Odoratus autem alterius horum.*

Vel quia aer ſit in nobis, in piſcibus autē aqua, uel utraque media ſint in omnibus.

*Ignis autem aut nullius, aut cōmunis omnium, nihil enim ſine caliditate ſentire poteſt.*

Nullius quidem ignis eſt ille, qui combuſtiuus eſt, communis aūt omnium ille eſt, qui elementaris dicitur. Quod ſi hoc ita ſe habet, ſimplicia quoque iuxta exuperans ipſum ſimplicia dicerentur. Etenim totum animal in quouis mortalium ex quatuor ſit ſimplicibus corporibus, ſimul quæuis ipſius particula, quare & ſenſoria quoque fieri dicendum eſt.

*Terra uero aut nullius, aut in tactu mixta eſt ſeorſum.*

Nullius quidem eſt terra ipſa ſimplex, at in compoſitis eſt quæ multum exuperat: ueluti in oſsibus & capillis. In tactu uero maxime eſt priuatim mixta, qm̄ & in alijs quoque mixta eſt, at non manifeſte. Apparet aūt, ut quæ in tactu exuperat, & ita quidem, ut alia quoque inde declarentur, hoc. n. proprium eſt ſenſoriorū ipſorum, quæ tāgūt.

*Quapropter relinqui certe poſſet nullum eſſe ſenſorium præter aquam & aerem.*

Dictionem hanc apparet ad alia referendam eſſe ob illā coniunctionem græcam, ἄν at nō ad omnia prædicta referenda uenit. Neque. n. ad ea, quæ de tactu fuere dicta, referuntur, ſed ad eam dictionem ſic incipientem. Quæcūq; uero per media, & haud ea tangentes. Ac manifeſtior quidem dictio redderetur, ſi ut cenſet Plutarchus, conditionalē, aut ſuppoſitiuam coniunctionem cōmuniter in omnibus præcedentibus, in dictione illa iam dicta apponeremus, ut ita quidem ſic ſe habeat textus. Si aūt quæcūque per media, & haud ea tangentes, duo ſola ſimplicia interualla, aer ſcilicet & aqua tot autem & talia, quæ in nobis ſunt, oportet ſimplicia ſenſoria eſſe, relinq certe poſſet nullum eſſe ſenſorium præter aerē & aquā ſimplex uidelicet.

*Hæc autem & nunc habent quædam animalia.* Tex. 131.

Hæc appellat, duo ſimplicia, aut re uera, aut ſic exuperantia, ut non appareat mixtura. Quædā uero iccirco dixit, ob ea quæ appellantur Zoophyta, ideſt (ſi uerbū uerbo reddamus) plantanimalia in quibus quidem nullus eſt ſenſus eorum, qui per media appræhendunt. Vnde neque aer, neque aqua ſunt ſimplicia ſenſoria, quoniam ambo in omnibus ſunt per commixtionem. Cō.

*Omnes ergo ſenſus habentur a non imperfectis & non mutilatis.*

Hoc eſt, quod omnia præſumpta præcedētia ſequitur. Si n omnis, cuius eſt ſenſus tactus etiam nunc ſenſum habemus: Et ſiquidē deficeret ſenſus aliquis, ſenſorium quoque aliquod nobis deficeret: Et ſi quæcūque, quæ ipſi tangentes, ſentimus, tactui ſunt ſenſibilia, quem quidem habemus. Quæcunque uero per media ſentimus, haud iñ ea tangimus ſimplicibus interualiis, dico aūt ut aere et aqua, & ſi ex ſimplicium his duobus ſenſoria tn̄ ſunt, quæ nunc etiam hn̄t animalia quædam, oēs profecto ſenſus habētur ab animalibus non imperfectis & non mutilatis. Coniunctio aūt illa, profecto, appoſita nunc fuit aut adimplendi gratia, aut colligendi, ut quæ ſimul & conſequentiam aliquam denotet, & concludens ſit. Vbi uero adiunxit uerbum illud, a nō imperfectis, ſignificare uoluit, ſe feciſſe uerba in animalibus tn̄ perfectis. Ea uero ſunt perfecta, quæ ordinate proficiſcūtur: imperfecta ergo ſunt, quæ nō proficiſcuntur ordinate, non quia ſint ea uita priuata, quæ formæ ſuæ quadret. Omnia enim, quæ eiuſdem ſpeciei, talia ſunt. Sed quod ab ea uita, quæ animalium generi, quatenus animalium, ineſt, longe ſuperantur. Quatenus. n. aīal eſt, hoc ideo illi ineſt, ut ſenſitiuum ſit. Quotquot igit̃ nō oē adeſt ſenſitiuum, hæc non quatenus talia aīalia, ſed quatenus aīalia ſimplr ſunt imperfecta. Mutilata uero ſunt, quæcūque indiuidua ſenſu cōuenienti iis, quæ eiuſdē ſunt ſpeciei, priuantur, aut in primo conceptu oblæſa, aut poſtea organo aliquo priuata.

*Apparet enim & talpa ſub pelle habens oculos.*

Quæ licet progreſsiua ſit, non tñ uidet. Eo quia natura maiorem eſſe ipſius curam habeat, ꝗ bene eſſe, ut quę faciē ipſa terram fodiat, indeq; nutriatur. An nõ uero certa eſt eã, quæ ſibi prouidentiam faciat conſequentem, quæ & ipſum eſſe præcedat & conueniens quibuſuis bonum? Ob omnium uero aĩalium ſubſiſtentiam non ea ſola dicemus eſſe, quæ pfecta, ſed & extrema, & media uacuo nullibi intercepto, neque medio in ipſo progreſſu facto. In talpa igitur, ut ego opinor, intelligendum eſt non abſolutam adeſſe uiſiuæ potentiæ, actioniſque priuationem, ſed priuationem uiſiuæ facultatis manifeſtæ. Participat autẽ de ipſa perinde, ac ſi per tunicas faciat uiſum. Talis quidẽ, qualis in nobis ſolet fieri quidam conſenſus luminis p ipſas palpebras. Neque.n.fruſtra ſub pellem oculi ſectiſſent in illo aĩali, niſi etiam ſub pelliculam illã agere potuiſſent, obſcure tamen & in tenebris ob debilitatem, ueluti etiam noctiuaga.

Tex. 535. *Quare ſi non aliquid aliud eſt corpus, & paſsio, quę nullius eſt eorum, quæ hic corporum, ne ullus quidẽ deeſſe poſſet ſenſus.*

Cõ. Propoſita hæc dicta eiuſdem quidem demonſtrationẽ præbent, quod.ſ. ſoli ſint quinque ſenſus, hiſq;, quę ipſos hñt, nullum deeſſe. Vnde & id quidem tanquam cõcluſio eorum quæ prædicta ſunt, ſubiunctum fuit. Quandoquidem ad unum tendit ſcopum. Verbum nanq;, quare, parteis hẽt concludendi. Alio ſũt modo demonſtrat, qđ propoſitum fuit a principio. Hucuſque nãq; problema ipſum probauit, tum ex perfecta ſenſitiua uita, tum ex eo, quod inſtrumenta nõ deficerent. Ipſa uero dictio mihi uidetur idem ex ſenſibilibus ipſis in memoriam reuocare. Si enim quinque ſola ſimplicia corpora in tractatu de cœlo demonſtrata fuere, oẽſq; ſenſus circa ipſorum uerſant̃ ſubſtantiam, ſm qualitatem, aut quantitatem, aut ſecundum aliquam decem prædicamentorum proprietatẽ (ſubã nanque rõne & intellectu compræhenditur, non aũt ſenſu) cõſtat quod non certe deficere põt aliquis ſenſus. Quinque nanque ſenſus cognoſcunt corpora illa quinque, ſecundũ oẽs concomitantes proprietates. Si igitur neq; corpus eſt aliud præter illa quinq;, ut demonſtratũ fuit, neq; paſsio, quæ nullius ſit eorum corporum, quæ hic ſunt (paſsiones intelligens formas ipſas, quæ poſt ſubſtãtiam ipſam ſunt, & fiunt, quæq; ipſam ambiunt, ut figuras magnitudines, motus, colores, ſonos, et odores, quæ quidem ſunt formæ ab alijs ſubſtantialibus dependentes, in illiſque ſubſiſtẽtes, atque iccirco quidem paſsiones appellatæ. per corpora uero intelligens, non quæ ſub lunari ſunt ſphęra, ſed quæ in uniuerſo mũdo) ſi igitur impoſsibile eſt, aut aliud eſſe corpus, aut paſsionẽ alterius corporis, eo quod horũ ſint oĩa ſenſibilia, ueluti confirmare certe id poſſet, qui certã ſubæ ipſorum ſciam acceperit, ex qua & conſequentia quot & qualia cognoſceret, nullus profecto deeſſe poſſet ſenſus.

Tex. 533. *At uero neque communium poſsibile eſt eſſe ſenſorium aliquod proprium, quæ unoquoque ſenſu ſentimus per accidens, ut motum, quietem, figuram, magnitudinẽ, numerum unum.* Hæc *nanque omnia motu ſentimus, ut magnitudinem motu.*

Cõ. Determinatum iam fuit a nobis, quorum nã ſenſus per ſe ſit, a quibus.ſ. ſenſorium patitur, & quorum per accñs: quæ ſcilicet cum ſenſibili coexiſtunt, at non eidem occurrunt ſenſui: ut uiſus quidem flauedinẽ choleræ per ſe cognoſcit, per accidens aũt amarum ipſum: idque a flauedine quidem patiens facit at non ita ab amaro, ſed quatenus ipſi ineſt flauo, dicimus iccirco ipſum percipere (& id quidem ubi & ipſius amari proprius adſu, aut etiam prior factus ſit ſenſus) adeo ut & nũc in aſpectu flaui, aĩa ipſa amarum colligat. Determinatum aũt etiam fuit, quod & ipſum per ſe duplex eſt. Aut principaliter & p ſeipſum ſenſui occurrens. Aut ſecundario & tanquã eã conſequẽs, quod quidem etiam in ipſum agit ſenſorium, ſed id cum alio oĩno principali facit. Veluti magnitudinem & figuram rei uiſus intuetur, propter colorẽ ipſum a magnitudine & figura etiam patiẽs, ſed eo quia coloratę cũ colore agant. Ea igit̃ principaliter ſunt per ſe ſenſibilia, quę uniuſcuiuſque ſunt propria. Quæ uero per ſe quidem, attamẽ cum propriis principalibuſque ſecundario cognoſcũtur, ea cõmunia dicuntur, eo quod non a ſolo uno ſenſu, ueluti ſenſibilia propria, ſed a pluribus aut etiam oĩbus cognoſcantur. Cum igitur oſtẽderit nullũ nobis deeſſe ſenſum, eo quod non alius adſit præter quinque, ſoluit quaſi inſtãtiam, quæ communibus etiam ſenſibilibus proprium aſſignat ſenſum: ſoluit, inquam, ita qm̃ unuſquiſq; eorum quinq; per accñs ea cognoſcit. Vt n. quia uiſus amarum bilis per accñs ſentit, alius eſt ſenſus, qui ipſum per ſe ſentit guſtus. ſ. neceſſarium eſt etiam cõmunibus ipſis proprium aſsignare ſenſum ſi ſenſus alii ipſa per accñs cognoſcunt. Hoc aũt, uidelicet cõmunia ab unoquoque ipſorum quinque ſenſuũ per accñs cognoſci, dicere poſſent, qui ſenſum illum firmare uellent. Vnde & ita quidẽ dixit. Quæ unoquoque ſenſu ſentimus ſecundum accñs. Adeo ut illi quidem ſic dicerent, at certe non hoc uerum eſt, quod per accidens ſentiantur. Veluti ſtatim ipſe demonſtrat, prius tñ eo demonſtrato, qualia ea ſint cõmunia. Hæc nãq; omnia motu ſentimus: eo quod aut patiatur ſenſorium a ſenſibili aliquid, ueluti cum diſgregatur aut congregatur. Aut etiã ſine paſsione extrinſecus ſecundum actum, cum ſenſibilis recipit actionem: ueluti aer recipit lumen: ipſa uero ſenſitiua anima ſentit ex ſenſorii, ut dictũ eſt, paſsione. Et hic qdem eſt actus extrinſecus cauſatus, occurſuſq; aĩæ cognoſcitiuus hic met eſt: eo quod extrinſecus excitetur, & in extrinſeca deferatur. A cõmunibus quidem igitur ſenſibilibus mouetur unuſquiſque ſenſus & patitur. Ab iis uero, quæ ſecundum accñs, minime. Adeo ut quæ cõmuniter ſunt ſenſibilia, non ſint ſecundum accidens: neq; tñ iccirco rõnabile ſit, alium in ipſis ſenſum quærere. Sed & neceſſario non ipſis dari debet ſeparatus ſenſus & proprius, cum plures ipſi per ſe cognoſcant ſenſus, propter illam quam mutuo hñt colligantiam. Proprium.n.opponitur cõmuni. Cõmuniſq; potentia, quæ pluribus ineſt, nõ cũ illis cõtradiſtingui deberet, ad hoc ut ſit propria, ut magnitudo cum motu. Quod uero ſenſibile ipſum in ſenſorium agat quatenus magnitudo, ea læſio ſignificat, quæ a niue tanq̃ alba in uiſu ſit, ubi nix per multum campi ſpatium extẽta ſit. Sed & ſonus etiam ille id ſignificat, q a lapide magno cadente cum fiat, magis etiam percutit.

*Quare & figuram, Magnitudo nanque quędam et figura. Ipſum aũt quieſcens eo quod non moueatur.* Nu*merus aũt negatione continui & proprii.*

Ratione.n.ſubiecti tanquam materia utitur magnitudine, ueluti & menſulæ fulcrum lignum eſſe dicimus. Qm̃ omnis figura eſt ſub quale ipſum. Qũo igitur motu? Nõ quia ſenſibilia oĩno moueantur, ſed quia ſentiens ab ipſis mouetur. Cum igitur dixit magnitudinem & figuram cognoſci motu, inquit quieſcens cognoſci, quia non moueatur, ut ſic declararet qũo dixerit motu. Qm̃ non quia moueantur ipſa. Ipſum igitur quieſcens licet nõ moueatur, tñ cognoſcitur: quod quidem non mouetur, attamen ſenſum mouet. Neque enim, ut exiſtimo, ex priuatione motus dicit quieſcens cognoſci, eo quod non moueat, ueluti tenebræ non mouent uiſum. Prædictum nanque fuit, qđ omnia motu ſentimus, ſimul & ipſam quietẽ, & quomodo hoc in loco dicatur. Qm̃ non quia ipſa moueatur. Sed ideo, quia ſenſorium quodammodo diſponatur, ſenſitiuaque uita in actionem aduocetur. Sed nec numerus ipſe in negatione continui tanquam in priuatione dictus eſt eſſe. Etenim numerus per ſe ſenſibilis eſt, ueluti & unum, mouetque ſenſum, ſed non ita ut tenebræ, non mouendo uiſum, deſiderantem & alioqui uidere tentantem. Aut ita ut quod ſine ſono eſt, ab auditu cognoſcit̃, ſed quãdoquidem unum opponitur multitudini, ita tamẽ ut multitudo

ſimul

ſimul colligat ipſum unum continuum, in unoquoq; eorum ex quibus multitudo reſultat. Quandoquidē in ſenſibilibus ipſum unum, eſt tanquam continuum unum, ac non in omnium collectione, continuum unū apparet. Verum & numerus unus exiſtens, per diuiſam contractionē & unus eſt, & cognoſcitur, at non ut continuus. Id quod indicat continui negatio, quod non ut ſolum unum. Hoc enim omnino cōtinuum eſt in ipſis ſenſibilibus: ſed ita in contractione multorum talium conſiſtit, ut contractio il-
» la cōtinuitatem refugiat. Id uero quod dixit, & proprijs, non mihi uidetur ad numerum relatū fuiſſe, ſed ad, id qđ
» antea fuerat dictum. Vt ita cum eo copules, quod dixe-
» rat. Omnia enim hæc cōmuniter ſentimus, id inquam, & proprijs. Quandoquidem & hæc quidem mouent communia ſenſibilia. Hæc uero conſequūtur, ut fuit dictum, principalia propria ſenſibilia.

*Vnuſquiſque enim unum ſentit ſenſus.*

Principaliter ipſum proprium quod unum forma exiſtit, ueluti in uiſu. Vnum enim eſt color aut lumen, ſonuſque in auditu. Præterea unum quoque in tactu eſt, quod per paſsiuam determinatur qualitatem, aut ſecūdum quēcūque alium modū, licet cōe non habeamus nomen

Tex. 134 *Quare manifeſtum, quod impoſsibile eſt cuiuſcunque proprium eſſe ſenſum horum, ut motus. Sic.n.erit.*

Cō. Si enim aliquis ſenſus eſſet proprius cōmunium ſenſibilium, cum reliquis contra diſtingueretur, nulluſq; ante illum per ſe ageret, at agunt & mouentur ab ipſis. Quod ſi quidem aliquis ipſorum proprius eſſet ſenſus, ſic certe alij ad ipſa ſeſe haberent.

*Quemadmodum nunc uiſu dulce ſentimus. Hoc aūt eſt, q̄m amborum habemus ſenſum.*

Hoc eſt, per accn̄s. Quoniam utriuſque habemus ſenſum, diuerſum ſcilicet cum uiſus ad colorem ſpectet, guſtus ad dulce.

*Quo quando coincidant, cognoſcimus.*

Pro eo uidelicet, quod eſſe ſecundum qđ. Eo quia duos diuerſos habent, quando concurrant. Id n. uerbū coincidant, ſibi uult. Adeo quod cum idem ſentimus eſſe et ut flauum & ut dulce, cognoſcamus, hoc flauū eſſe dulce.

*Si autem non, nullo pacto certe. Sed aut per accidēs ſentimus, ueluti cleonis filium, nō quia cleonis filius, ſed quia albus: id autem euenit filio cleonis eſſe.*

Quod ſi per concurſum diuerſorum nō cognoſcimus, non fit ſimul amborum cognitio: uelut quādo uidemus flauum, idem quoq; tanquam dulce iudicamus, eo quia iam per concurſum in eodem, ſentiamus. Sic enim quod cleonis ſit filius ille, qui accedit, ſcimus, quia ipſum ualde album uidemus, non quod cleonis eſſe filium, nunc audiamus, ſed quia præſenſimus.

*Communium uero habemus ſenſum iam communē, non per accidens, non igitur ſunt propria. Nullo enim modo profecto ſentiremus: ſed ita, quemadmodum dictum fuit, cleonis filium nos intueri. Quæ uero inter ſe propria, per accidens ſentiunt ſenſus.*

Adeo ut dū uidetur flauū, ipſius quoq; magnitudo cōſideretur, aut motus, uiſuſq; iudicando in magnitudinem agat, cū uel ipſius colorē intueat̃. Id n. ſignificat uerbum illud iam. Cōmunium aūt dicit eſſe ſenſum cōem. Non quod in collectione multorū, per cōtractionē agat, ſed q̄a illorum multorū aſsideat unicuiq; propter mutuā ipſorū colligantiam, neq; n. adeo ſunt diuiſi, ut non inter ſe communicent. Ideo & quod cuique proprium eſt, quæq; eā ſint cognoſcunt. Altero ergo modo ſenſus cōis dicit̃, qui in concurſu multorum iudicat idem & dulce eſſe & flauū: ſimul quidem uiſu circa mel, quatenus flauū agente, guſtu autem, quatenus dulce, neutro uero circa utrunq; agente, ſed eo, qui duo in unum contrahit: quem etiam cōmunem uocamus ſenſum, plura ſimul in propriorum concurſu iudicantem. Altero aūt modo communis ille dicitur ſenſus, qui cōmunia percipit, tanquam quia præter proprium, cōmune quoque unuſquiſq; habeat. Quemadmodum cōmuniter hoībus ineſſe dicimus ipſum bipes, quia unicuiq; ineſt. Illo uero modo cōmuniter de digitis quinquenariū prædicamus utpote ſimul omnibus exiſtentibus per collectionem. Concludit igitur non eſſe aliquem cōmunium proprium ſenſum. Nullo enim profecto modo ipſa ſentiremus, ſed aut ita quemadmodum eſt dictum. Veluti cū uiderimus hic cleonis filium album, at non ad id referamus, eo quod prius ſenſerimus. Quia.n proprium ipſorū ſenſum non habemus, nunquā ea p ſe cognoſceremus. Q̄ō igitur omnino per accidens ſentiunt ſenſus?

*Non quatenus ipſi, ſed quatenus unus, cum ſimul ſenſus in eodem fiat, ut quod bilis amara & flaua.*

Licet corporeū magis ſapiant hmōi uitæ, utpote a corporibus inſeparabiles, nihilominus in ipſis quoque cōmune ineſt cum incorporea ſubſtātia, quia uidelicet unitio in diſiunctione cōcurrat. Etenim ipſæ tum manifeſte ab inuicē ſunt diſiunctæ, id quod indicat propria uniuſcuiuſq; actio circa rem determinatam, tum indiuiſibiliter ſunt unitæ. Id quod rurſus ſenſus ille indicat, qui diuerſa obiecta, diuerſiſque ſenſibus perceptibilia ſimul cognoſcit. Neq; enim uiſus percipit dulce, neq; guſtus flauum: ſed eſt quidam ſenſus, qui nihilominus utraq; ſimul cognoſcit, unus & ipſe exiſtens. Cognoſcitq; tum ipſorum differentiam, tū amborum concurſum in eodē: qui quidem communis uocatur ſenſus, iuxta omnium indiuiſibilem abinuicē coniunctionem conſiſtens. Non n. alio modo, quam cum ipſorum uno quoq;, cognoſcit qđ unicuiq; proprium eſt. Qua ratione igitur diſtincti ſunt, unuſquiſq; proprium ſibi cognoſcit. Ratione autem indiuiſibilis ipſorum unitionis quando non ſolum multi, ſed & oēs unus ſint, alterna cognoſcunt. Per accidens quidem, quatenus ſunt diſtincti, per ſe autem quatenus unus. Sic enim dictionem iſtā arbitror interpretandam. Senſus per accidens ſentiunt, quæ ſunt alijſmet ipſorum ſenſuum propria, ut uiſus ſentit dulce & guſtus album: ſic enim dicendo, alijſmet, ſignificauit, quæ aliorum ſunt. Non quatenus inquit, ipſi, hoc eſt, non quando unuſquiſque ipſe per ſe agat, quo ſane tēpore diſtincti agunt. Tunc enim non per accn̄s ſed quatenus tum unus ſunt, tum unite ſe hn̄t: cum ſimul plures illi ſenſus circa proprium unicuiq; & in unum indiuiſibile cōtrahuntur. Tunc.n. propria aliorum met ſenſuum per accidens cognoſcunt, ex eo quia uniantur oēs. Dum unus quidem omnia per ſe cognoſcit, ipſi uero tanquam diſtincti, per accidens. Vniuntur uero tunc temporis, cum ſenſus ſimul in eodem fiat. Veluti in cholera, quod amara et flaua. oportet.n. & uiſum choleræ flauū. & guſtum ipſius amarum ſentire ſimul ut cum cōis ſenſus utraq; per ſe cognoſcat, uterque illorū per accidens proprium alterius cognoſcat. Quod enim cōmunis ſenſus tunc temporis utraque per ſe cognoſcat, oſtendit, ſubiungens.

*Neque.n. ſane alterius ipſum dicere, qđ ambo, unū. Quare etiā decipitur, & ſi ſit flauū, bilē arbitratur eſſe.*

Ambo, inq̄t, hoc eſt flauū & amarū. Q̄m igit̃ qđ utraque ſit paſſum, nō ad aliū ptinet ſenſiſſe ſenſum, q̄ ad illū, q utraq; per ſe cognoſcit, ideo etiam decipit̃, & ſi ſit flauū cholerā arbitrat̃ eſſe, tūc uidelicet, cū nō ambo ſimul agūt, ſed uiſus ſolus, eo q̄a prior iam factus fuit amborū cōcurſus: atque adeo in illa prioris actione, cōi ſenſu reliquū colligente, nōnūquam quidem uere, nōnūquā etiā falſo.

*Quærere autē poſſet aliquis, cuius cauſſa plures habemus ſenſus, at non unum ſolum.* Tex. 135.

ſub audiendum tamen, communium. Recte enim Plutarchus ipſe philoſophus cognouit, Ariſto. non ſimpliciter nũc inueſtigare, cur non unum ſolũ habemus ſenſum, ſed cur plures Huius enim ſunt aliæ cauſſæ, ut diuerſa multitudo ſenſibilium, diuiſibiliſque ipſa geniti corporis ad diuerſos ſenſus aptitudo. Sed quærit cur nam cõmunia pluribus percipimus ſenſibus, nou autem uno ſolo. Ipſa quoque cauſſç aſsignatio indicat inquiſitionem.

*Nunquid ideo, ut nõ lateant conſequentia, & cõmunia, ueluti motus, & magnitudo, & numerus.*

Quod enim omnibus ſenſibilibus, ut ſenſibilibus inſit & motus et reliquorum unũquodq; cognoſcimus ex eo, quod oẽs ſenſus ipſa percipiant. Hinc enim ſimul cognouimus quod cõmunium unũquodq;, aliud eſt a proprio cuiuſque ſenſus, & quod ita diuerſum aliud ue eſt ab illis, ut cõmuniter omnia illa conſequatur.

*Si nanque eſſet uiſus ſolus & ipſe albi, latuiſſet certe magis. Viderenturque idem eſſe omnia, quia mutuo ſeſe conſequuntur ſimul color & magnitudo. Nunc autem quoniam in altero ſenſibili communia inſunt, manifeſtum facit, quoniam aliud quid eſt unumquodque ipſorum.*

Loco coloris, nũc dixit album, ueluti ſignificat cum infert, quia conſequuntur inuicem ſimul color & magnitudo. Et iccirco quidem minus cognouiſſet magnitudinẽ, tanquam cum alijs ſenſibilibus non coexiſtentem. Cũ ſolo nanque uideretur eſſe colore. Neque.n. tunc in albo, ueluti in nigro quoque, appareret, ſed in colore. Quocũ uideri poſſet idem. non rõne ſcilicet, ſed ſubiecto, eo quia color & magnitudo alia conſequantur. Verum cur nunc iateret magis, inquit, quam prius? Aut quia minus lateat, utpote quia ſcilicet nomẽ aliqualiter lateat. Aut certe, qa certam nũc communium diuerſitatem, reſpectu propriorum ſenſibilium ex ratiocinio, non autem ex ſenſu accipimus. Neque enim ſenſus iudicat, niſi ut genus eſſet commune a proprijs diuerſum: ueluti ſeſe color hẽt ad album et nigrum. Quod quidem ratio ipſa repræhendũ propter diuerſitatem generum.

Tex. 136. *Quoniam aũt ſentimus, quod uidemus & audimus, neceſſum eſt aut uiſu ſentire, quod uidet, aut alio ſenſu, ſed & ipſe erit uiſus & ſubiecti coloris. Quare uel duo eiuſdẽ erunt, aut ipſe ipſius. Præterea uero aut & alius eſſet uiſus ſenſus, aut in infinitũ procedit, aut quidã ipſe eſſet ipſius. Quare in primo id eſt faciendum.*

Cõ. Ariſto. Tota ut iam fuit dictum, in hoc tertio libro intentio ad humanam animam eſt inſtituta. ideo a principio, tanquam de homine inquiſitionem faceret, ſua uerba in nos referebat, inquiens, & nunc ſenſum habemus, & tactu nobis ſenſibilia ſunt. Et ſiquidem deficit ſenſus, ſenſorium quoq; nobis deeſſe, & quæcunque quidem ipſi tangentes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt, quem quidem habemus. Atque etiam ideo quia perfectam noſtram ſenſitiuã uitam eſſe demonſtrauit, idéo, inquã, uerba fecit de hoc, quod non plures quinque ſint in perfectis animalibus ſenſus, & quod ſcilicet communium ipſorum nullus eſt proprius ſenſus. Idque fit, ut quantum ad ipſum ſenſum attinet, nihil in homine deficere poſſe declaret. Sed hoc quidem cum multis aliorum animantium commune habet. Sentire uero quod ſentiamus, hominis hoc mihi propriũ eſſe uidetur. Rationalis enim uitæ hoc eſt opus ut in ſeipſam conuerſionem faciat. Et ex hoc quidem demonſtrat rationale ipſum ad ſenſum uſque noſtrum deuenire. Siquidem ſenſus ipſe humanus ſeipſum percipit. Sentiens enim quodammodo ſeipſum cognoſcit, cum cognoſcat ſeipſum ſentire: & hac quidem ratione in ſeipſum conuertatur, & ipſum ſui ſit iuris. Ac iam etiam multo magis demonſtrat ipſum ſeparabile a corporibus. Si quidem omne corpus habens ſui ipſius parteis alias atq; alias alibi ſitas, non certe unquam in ſeipſum contrahi poſſet. Qđ enim eſt tale, id in indiuiſibile contrahitur: omne uero corpus diuiſibile eſt. Rationalis igiẽ eſt noſter ſenſus: etenim ipſum quoque corpus cum ratione eſt apparatum & inſtructum. Eſtque quod Iamblicus ipſe inquit, noſter ſenſus æquiuocus cum irrationali ſenſu: & cum illo, qui totus ad corpus declinat, is eſt æquiuocus. qui in ſeipſum cõtrahitur, non ita quidem, ut intellectus ipſe & ut ratio in ſe contrahitur. Neque enim cognoſcit ſubſtantiam noſter ſenſus & potentiam, neque a ſeipſo in totũ excitatur, ſed ſuam tantum cognoſcit actionem, & quando agit. Agit autem cum a ſenſibili quodammodo mouetur. Vbi uero tanquam ex noſtramet conſcientia notum accepit, nos ſentire, quod uidemus, pariter & qđ audimus, & in alijs eodem modo, ſtatim demonſtrat, quod non alio ſenſu id facimus, ſed ipſomet ſenſu, quo ſentimus, ut uiſu, quod uidemus, idem enim in huiuſmodi ſenſu ſit ſenſus, & uiſus, & ſubiecti color, hoc eſt & huius coloris, qui quidẽ nunc uiſui ſubiacet. Vnde, quod neque ratio ſit, quæ per ſe hoc cognoſcit, neque alius ſenſus quis, demonſtrat. Neque enim ratio per ſeipſam indiuidua cognoſcit. Neque alius eſt ſenſus, qui colorẽ & lumen percipiat, quoniam hoc eſt proprium uiſus ſenſibile. Quod uero cognoſcit ſenſum uiſiuum huius coloris, tãquam uidentem ipſum, neceſſarium eſt idem cognoſtere colorẽ, qui uidetur. Vna igitur demonſtratio hæc eſt, ex propria cuiuſque ſenſus natura accepta. Quæ quidem ad proprium ſenſibile eſt ordinata, in eoque ſuam habet eſſentiam. Altera autem eſt, ex deductione ad impoſsibile. Si enim alius eſſet, qui cognoſceret uiſum uidere, rationabiliter hoc cõſequi debet, illum ſcilicet cognoſci agere, quod agit. Quod ſi unuſquiſque ex quinque ſenſibus id facit, multo magis illi ſenſui dabitur, qui non tantum ſenſibilia percipit, ſed etiam ipſoſmet ſenſus comprehendit, cognoſcetur igitur aut ab altero & hic, & ille ab alio. Adeo ut ex infinito hoc contingẽte proceſſu huiuſmodi conſenſus ruat, dum nullum adſit primum. Aut aliquis erit ſenſus, qui ſeipſum cognoſcet. Quod ſi hoc ſic eſt, & uiſui & unicuique aliorum ſenſuum hoc erit condonandum. Siquidem omnino cum ſit ſenſus aliquis, natus is eſt ſeipum percipere, ſi quidem enim dicam id ſit, ut rationalis eſt, nec minus etiam priores ratione participant: cum etiam addere poſſim, ſermonem illum ſupponentem alios ſenſus præter quinque fictitium eſſe, tum ob ea quæ ſunt prædicta (per quæ ſcilicet perfectionem in hiſce demonſtrabat eſſe) tum quia ſenſus omnis principaliter eſt alicuius ſenſibilis, non autem ſenſus. Etenim cum ipſius ſenſus ſit, eſt etiam ſenſibilis, cuius eſt ſenſus. Propriũque habebit ſenſibile, ueluti quiuis aliorum ſenſuum quinque. Quid ergo fiet? An ſenſui, qui communis uocatur, hoc nobile munus condonandũ eſt? Aut nec communis ſolus quicquam cognoſcit, ſed id facit, cum unuſquiſque cæterorum quinque coadiuuat. Cognoſcit igitur uiſum, & colorem circa quẽ uerſatur uiſus, cum ipſo uiſu cognoſcit. Seipium igitur cognoſcere non ſolius eſt communis ſenſus, ſed etiam uniuſcuiuſque reliquorum, licet purius meliuſque ſit ipſius communis, quandoquidem ipſe etiam ſeparabile ipſum magis præſefert.

*Habet autem dubitationem: ſi nanque uiſu ſentire eſt cernere, cernitur autem color, aut habens illum, ſi cernet aliquis ipſum cernens, & colorem habebit ipſum primum.* Tex. 137.

Vbi demonſtrauit ipſam ſeipſam percipere, in conſenſu illo uidendi, quando uidet, nunc contra poſitionem illam dubitat. Quoniam autem quod uidetur, aut Cõ.

eſt color, aut habens colorem, cur non & uiſus aut color erit, aut habebit colorem, ſi & ipſe uidetur? Videtur enim, ſiquidem ſibiipſi cognoſcibilis eſt. Verbum uero illud, primo, ideo fuit adiectum in illa clauſula, & colorem habebit ſentiens primo, ut coloratũ, inquiunt, corpus ſignificaret, ad differentiam formæ ſenſui ingenitę abſque materia: forma nanque coloris in ſenſu impræſſa non primo, ſed a ſenſibili ipſo fit. Prima igitur ea eſt, quæ eſt in ſenſibili. Ego aũt exiſtimo uerbum hoc, primum, melius interpretandum eſſe pro eo quod eſt, per ſe. Quãdoquidem licet ipſum guſtabile ſit coloratum, attamen non quatenus coloratum eſt guſtabile. Id autem uiſibile eſt, quod per ſe colorem habet. Etenim & ipſum lumen tanquam color fuit acceptum. Qm̃ ipſe dubitationem ſoluẽs dicet, quodammodo etiam uiſum coloratum eſſe. Vnde non eſt rationi cõſentaneum in dubitatione acceptum fuiſſe, quod in ſolutione intelligendum uenit.

Tex. 138. *Manifeſtum igitur, quod haud unum ipſum uiſu ſentire. Etenim cum nõ cernimus uiſu, iudicamus etiam tenebras, & lumen, ſed non eodem modo. Preterea uero & ipſum cernens eſt quaſi colore affectum. Senſorium enim ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia unũquodq;. Ideo & abeuntibus ſenſibilibus, inſunt ſenſus & imaginationes in ſenſoriis.*

Cō. Duobus modis ſoluit id, quod fuerat dubitatum contra id, quod eſt, uiſum ſeipſum ſentire. Primo quidem, quod non quia uiſus principaliter colores appræhendit, icirco nõ etiam altero modo aliqua cognoſcit. Ex eo igit̃ quod non uidet uiſus iudicat, cum dum tentat uidere, nõ ipſi occurrat ſenſibile: quẽadmodum cũ adſunt tenebræ, iudicat nunc & quod ſunt tenebræ, & quod nõ uidemus. Si igitur hoc in loco, quia nõ uidemus, q; non uidemus, iudicamus uiſu, multo magis dum uidemus, hoc ipſum, qđ uidemus iudicam⁹. Recte igit̃, haud unũ ipſum uiſu ſentire. Primo quidem, qm̃ non tm̃ illuminatos colores cernimus, ſed ſolum etiam lumen. Videmus nanque illuminatum aerem. Deinde qm̃ & tenebras, alio tñ modo, uiſus percipit. Adde quod etiam ſeipſum ut non uidentem aliquid, et uidentem percipit, cum uidelicet agat, ubi uidet, ſimulque propriãmet perſentiat actionem: cum uero non uidet, uel tunc etiam omnino non ſine actione exiſtit. Neque enim perſeneiſceret, qm̃ conſenſus ille in quadam cõſiſtit actione. Sed & cum tentat uidere, in eo quod tentat, agit non quidem uiſionem, ſed illam tentationem. Adeo ut conſenſus ille non ſit uiſionis, ſed ſit tentationis aberrãtis. Vnde & iudicat, q; non uidet. Subdit quoque alterã ſolutionem cõcedens hoc, uiſum. ſ. eſſe cognoſcitiuum colorum. Etenim licet non ſemper, nihilominus quia colorata ſentit, percipiens ſenſibilis ſpeciem, & iuxtam illam cõſiſtens, ueluti omnis quoque cognitio a cognoſcibilis forma characterizatur & effingitur, ipſe quodammodo quoque coloratus eſt. Videtque tunc temporis ſeipſum quodammodo coloratum. Vnde non patitur, ſed agit in colores uiſus non agendo, ſed iudicando. Vnde cognoſcibile ipſi extrinſecus impoſitum neque uiſus recipit. Verũ ipſe quidem iuxta occurſum rationum cõſiſtit, propriamque molitur cognoſcibili rationem. Molitur autem tunc cum ſenſorium prius paſſum fuerit a ſenſibili. Vnde ſuſceptiuum ipſum non de ſenſu ipſo, ſed de ſenſorio Ariſt. prædicat. Quoniam quæ ipſi ingignitur, & imprimitur paſſio, ea a ſenſibili imprimitur. Quoniam autem patit̃, non ut inanimata corpora: nec ut ea, quę uegetatiuam ſolam uiuunt uitam, ſed ut cognoſcitiuam uiuens uitam, agendo recipit paſſionem: cum actio illa paſſiua fiat iuxta uitam organi. ſed actio illa pura fit iuxta uitam organo utentem, & iuxta occurſum rationum. Hæc igitur iam fuere abundanter dicta. Nunc uero declarandum reſtat, quomodo ſenſorium recipiat ſenſibile abſque materia. Neq; enim, album, ſed albi actionem recipit. Eſt quidem igitur actio conueniens formæ ipſius ſenſibilis. Circa ipſam autem cum uitale iudicium conuenienter excitetur, iuxta ſenſibilis formam conſiſtit, quæ ſine materia tunc eſt, non autem ut quæ in ſenſibili ſtet. Ea enim cum materia qdẽ eſt, hæc autem ſine materia, nimirum in iudicatrice uita p cognoſcitiuam actionem firmata. Senſorium aũt ſenſibilis formam recipit, & eam quidem utrinq; recipiens, tum a ſenſibili mouente primum ſenſorium, tum a ſenſitiua uita, quæ ipſo utitur. Quæ primo quidem iuxta iudicatoriam actionem immaterialis formæ conſiſtit, atque adeo ut ipſum quoque perficit ſenſorium. Adeo vt; & ipm ſenſorium per uitam eam, ſecundum quam eſt uitale organum, perfectum factum a uita, quæ ipſo utitur, ſecundario recipiat immaterialem ſenſibilis formam, idque ab ipſa ſenſitiua uita, formam inquam, hoc eſt actionem, quæ ipſius ſit cognoſcitiua quæ tamen præterea nõ perficitur a motu illo impræſſo a ſenſibili in organo. Hoc.n. totum eſt paſſibilis actio, quæ abſoluitur ex eo: qui uero motus ab utẽte ſenſu deuenit, impaſſibilis eſt & immaterialis. Ideo & abeuntibus ſenſibilibus, inſunt ſenſus & imaginationes in ſenſoriis. Cum enim manifeſtior alicuius ſit ſenſus, remanet quædam ſenſitiua actio in ipſo, imaginationem imitans, remanet inquã etiam poſt receſſum ſenſibilis atque adeo non præterea mouentis ſenſorium. Adeo ut remaneat ſenſus, poſt ſenſibilium receſſum. Qui quidẽ per colligantiam, quam cum imaginatione habet, fit, imaginatiuuſque eſt. Hoc aũt ideo ipſe ſubiunxit, comprobare uolens, quod immaterialis etiam illa actio, & ex corporea motione non elaborata, uſque ad ſenſorium tendat. Si nanque non præſente motione remanet, manifeſtum fit, quod motio non perficiebat ipſam.

*Senſibilis autem actio, & ſenſus eadem quidem eſt, & una: eſſe uero, ipſis non idem.*

Vbi ſenſorium poſuit eſſe ſenſibilis ſine materia ſuſceptiuũ, demonſtraueritq; qđ non ſemper ſecundum actionẽ ſtet (Etenim & quod non uidemus, dixit) & rurſus, qđ abeuntibus ſenſibilibus, merito aliquando poteſtate, aliquando actu, eſt ſenſibile aliquod & ſenſitiuum (in quibus enim agere nõ adeſt ſemper, in iis & quod poteſtate & quod actu, apparet) rationabiliter hoc pertractat, quãdo utrunque in his ambobus adſit, in ſenſibili ſcilicet, quatenus ſenſibile eſt, & in ſenſitiuo eodem modo. Et quomodo utrũque ſenſibile ſcilicet & ſenſus cauſa ſit eius, qđ actu, ſed quoniam ſecundum rationem, & ſimul, atque non extra, ſed in ſentiente ipſo, ſtat amborum actio et perfectio. Atque hoc quidem caput cæteris animalibus conuenit, in hoc uero tertio motum fuit, quia cõſiſtentia ſenſus ſecundum rationem in animali rationali manifeſta fit: & quia philoſophi intentio in hoc tertio libro de rationali uita ſit loqui. Vnam autem inquit, cum ſtatim caput præſens exorditur, & eandem eſſe ſubiecto tum ſenſibilis, tũ ſenſus actionem. Eſſe uero non idem. Proprietas enim utriuſque diuerſa eſt. Actio autem ipſius ſenſus eſt, cũ ſentit, ſenſibilis autem, non quando color, aut ſonus ſit, ſed quando ſenſibile: quo tanquam ſenſibile actu ſit. Omnino enim concurrit actu ſenſibile, cum ſenſu in actu: quãdoquidem etiam adinuicem dicuntur. Quemadmodum actu duplum, cum actu dimidio, atque ut ſimpliciter dicamus omnia, quæ ſunt ad aliquid. Et quoniam omnis actu cognitio iuxta cognoſcibilis terminum ſtat, tanquam & per illum perfecta & characterizata ſiue effecta, non amittens hoc proprium, ut ſit adhuc cognitio, ſed manens, & maxime perfecta exiſtens cognitio, tota per ſeipſam totã fit cognoſcibile ipſum, licet proprietas ipſa cognoſcitiui ſit diuerſa a cognoſcibili, cognoſcitiuum uero appetat & ad cognoſcibile tendat, & cum poteſt, percipit, perque ſeipſum totum illi infigitur, & cum eo unitur, adeo ut duo ſint unum. Ob diuerſam uero proprietatem ambo ſint, & duo. Diuerſa quidẽ n. eſt cognoſcitiua proprietas ab ea, quæ cognoſcibilis eſt: ob unitionẽ uero, unum fiunt.

*Dico autem ut ſonus actu, & auditus actu.* Licet.n. *auditum habentem non audire.*

Agentem ſonum, non aũt ſimpliciter ſonum intelligit, ſed hoc totum, tanquam ſonum ſenſibilem. Hic enim in idem cadit cum auditu, qui fit actu. Qm̃ contingit etiam ſonum eſſe, & non audiri. Licet enim, ut ipſe inquit, habentem auditum non audire.

*Et quod habet ſonum, non ſemper ſonat.*

Habere ſonum inquit, quod iam ſonat: ueluti es percuſſum. Sonare uero inquit, cum agit tanquam audibilis, ideo etiam ſubiungit.

*Cum uero agat, quod poteſt audire, & ſonet quod poteſt ſonare, tunc actu auditus ſimul fit, & actu ſonus.*

Vbi tradidit poteſtatem ipſius ſonare, tum æri nõdum percuſſo, tum æri percuſſo quidem, non tñ exaudito, licet ſonet, ipſum quoq; agendi poteſtatem habens uerbũ, trãſfert ad exaudiri. Per quæ quidẽ ipſum poteſtate ſenſum, & poteſtate ſenſibile ſeparata eſſe, at uero non ſimul exiſtere demonſtrauit. Agentia uero ita, tanquã ſenſum & ſenſibile ſimul ſint.

*Quare etiam dicere poſſet aliquis, hoc quidẽ eſſe auditionem, illud uero ſonationem.*

Auditionem quidem, auditoriam actionem, ſonationẽ aũt, actionem audibilem, quatenus audibilis. Quo uero clarius ſequentia teneamus, notandum eſt, ꝙ ſi quod actu eſt, perfectius eo, quod potentia exiſtit, conſtat etiam, quod agens ſenſus perfectior eſt non agẽte: atq; adeo manifeſtius eſt actu ſenſibile eo, quod eſt poteſtate ſenſibile. Quod.n. actu uitale eſt, & ſecundum cognoſcitiuam ſubſiſtit uitam, in idẽ tendit cum ſenſu, qui eſt cognoſcitiua uita. Ac neutiquam quidem quod non uiuit, uitalis, aut imperfectum eſt perfecti cauſa. Neque ergo quod eſt poteſtate ſenſibile cã eius eſt, quod actu. Verum manifeſtum eſt, quod & ſenſibile perficitur, & in actum conſtituit ab anima ſenſitiua quæmet ipſius ſenſibilis formæ occurrit, idq; ex ſeipſa quidem faciẽs ſed ad occurſum excitatur ex motu illo a ſenſibili in ſenſorio impreſſo. Eo quod ſenſitiua uita nõ omnino ſit a corporibus ſeparabilis, neq; in mediate occurrat ſenſibili, ſed ad uitalem illam paſsionẽ, quę in ſenſorio eſt, aut ad paſsiuã actionẽ propriam expromit rõnem, quæ ipſi conuenienter quadrat: atque adeo quæ ex ſeipſa ad rationum occurſum excitatur: longe nanque abeſt, quod extrinſecus eſt collocatum.

Tex. 139. *Sin autem eſt motus & effectio, & paſsio in eo quod mouetur, neceſſe eſt & ſonum & auditum actu in eo qui ſecundum poteſtatem, eſſe. ipſius.n. effectiui & motiui actio, in patiente imprimitur. Ideo non eſt neceſſarium mouens ipſum moueri. Sonatiui igitur actio eſt ſonus, aut ſonatio. Eius uero quod audit, auditus, uel auditio.*

Cõ. Effectiuum quidem inquit eſſe, quod eſt potentia ſenſibile, quod uero mouetur, & patitur, et efficitur, eſt poteſtate ſenſitiuum, cui & actu ſenſibile, & actu ſenſus ineſt. Neque enim inquit in efficiente, aut mouẽte effectionem, uel motum eſſe, ſed in patiente & re mota, ueluti in tertio naturalis auſcultationis fuit proditum. Vnde neque mouẽs ipſum omnino mouetur, ut pote quia motus, qui ab ipſo deuenit, in eo non ſit. Sic igitur & ſonus, uidelicet tanquã ſenſibilis, & auditus in actu exiſtens in ſenſu erit, qui in potentia eſt, in eo inquam qui hactenus ſit in potentia. Poſteaquam uero receperit, actu fit ſenſus. Quiſnam igitur ille eſt motus, & effectio, cuius ſenſibile effectiuum eſt? Neque.n. ea eſt ſane cognitio, quæ actu fit, neque ſenſus actu. Effectio enim eadem eſt cum paſsione. Neque etiam eſt paſsio ipſa, & motus. Sed formæ ipſæ & perfectiones. Neque enim quod uita caret, uitalia conſtituere poteſt. Sed quandoquidẽ ſenſorium pati aliquam oportet corporeã affectionem, & moueri a ſenſibili, in quo ſenſitiua concitatur aĩa ad occurſum rõnum propriarũ affectioni impreſſæ, ſecundum quas & actu ſenſus & actu ſenſibile ſtat, idcirco quod potentia ſenſibile eſt, id eſt corporeæ illius paſſionis in organo effectiuum: qui uero potentia eſt ſenſus, is eſt paſsiuus propter inſtrumentum, atque huiuſmet corporeum motum extrinſecus factum. Qm̃ actio ea, quæ in motu & paſsione eſt, iudicatoria eſt, & ipſius cognoſcibilis perfectio. Formaque cognoſcibilis ſine materia in uita ſtat. Animaque & intrinſecus, & a ſeipſa agit, in ipſa actione indigens affectione organi a ſenſibili factæ. Quandoquidẽ corporeus ille eſt motus, qui ipſi extrinſecus imprimitur. Ipſum uero ſenſorium, nimirum quia ſenſitiuo modo uiuit, non perinde, atq; inanimata, patitur, ſed agẽdo patitur. Et ea quidem ratione aduocat ſenſitiuam aĩæ puram actionem, proxime et innate uitali motui cõgruã, & quadrantem.

*Duplex nanque auditus, & duplex ſonus. Eadem autem ratio & in aliis ſenſibus, & ſenſibilibus. Quemadmodum enim effectio & paſsio eſt in patiente, & non in efficiẽte, ſic etiam ſenſibilis actio in ſenſitiuo.* Tex. 140.

Qm̃ ad utraque dicuntur eſſe, tum potentia, tum actu, Verum auditus quidem & qui poteſtate eſt, & qui actu, in ſenſitiuo eſt. Sonus autem qui quidem eſt actu, in ſenſitiuo quidem & ipſe eſt (quatenus enim ſenſibilis eſt actu, in illo eſt) qui uero poteſtate, eſt extrinſecus. Cõ.

*Sed in nonnullis quidem etiam nomẽ impoſitũ fuit, ut ſonatio & auditio. In nonnullis uero innominatũ eſt alterum. Viſio enim dicitur, actio uiſus. Quę uero eſt coloris, innominata eſt, et guſtatio, quæ eſt guſtat. ui, quę uero ſaporis abſque nomine eſt. Quoniam autem eſt una actio, quæ ſenſibilis & ſenſitiui eſt, eſſe uero diuerſum, neceſſe eſt ſimul corrũpi & ſeruari eũ, qui ita dicitur auditus, & ſonus: et ſapor ſane et guſtus, et alia ſimiliter. Quæ uero ptãte dicũtur nõ neceſſe. Sed qui priores illi de natura loquuti ſunt, hoc non recte dicebãt. Nihil arbitrantes, neque album neque nigrum eſſe ſine uiſu, neque ſaporem ſine guſtu. Partim quidem.n. dicebant recte, partim autem non recte. Dupliciter nanq; cum dicatur ſenſus, & ſenſibile, horum quidem poteſtate, illorum aũt actu, in his quidẽ accidit, quod dictũ fuit. In aliis uero nõ contingit. Verum illi ſimpliciter loquebantur, de iis, quæ ſimpliciter non dicuntur.* Tex. 141. Tex. 142.

Cõ. Auditio eſt ipſe actu auditus: ſonatio aũt eſt ſonus actu factus. In uiſibili aũt actu, & actu guſtabili deficit nomẽ. Alterum aũt ſcilicet cognitio illa actu facta uel in his nominata fuit, uiſio uidelicet & guſtatio. Recte ergo atque adeo quoque manifeſte illud concludit, quod ſubſiſtunt, atque manent, dum ſunt, et corrumpuntur, tum actu ſenſibilia tum actu ſenſitiua. Quandoquidem licet in proprietate diuerſa ſint et ſenſibile & ſenſitiuum, tñ amborũ actiones ſubiecto una ſunt. Quod aũt poteſtate ſenſibile eſt, ut luui color ipſe et ſonus, id exiſtimabat a Democriti ſectatoribus in ſenſitiuo ſubſiſtere, et abſque agente ſenſu nõ eſſe. Ac non hoc recte dicebãt. In his enim quæ actu ſunt, hoc ſolum uerum eſt.

*Si autem cõſonantia, uox quædam eſt, uox autem &* Tex. 143.

auditus

*auditus ſunt tanquam unum, & eſt ut non unum hoc idē. Ratio autem eſt ipſa conſonantia. Neceſſarium eſt & auditum rationem quandam eſſe, & iccirco non corrumpere unumquodque excellens, & acutum & graue auditum. Similiter quoque in ſaporibus ipſis guſtum, & in coloribus uiſum, quod admodum lucidum, aut tenebricoſum. Et in odoratu, uehæmens odor, dulciſque & amarus, tanquam ſenſus ſit ratio quædam.*

Cō. Recte mihi Plutarchus annotaſſe uī, ꝙ in ſecunda ſillaba, litera illa, ι, non eſt articulus, ſed coniunctionis pars: ita ut non tres, ſed duæ orationis partes, ſit illud, quod dixerat, εἰ δὲ, ſed, εἰ δὴ, hoc eſt, ſi ſane, uertendū erit. Et ut particula ea. & uox quædam, ſubiectum ſit, conſonantia uero prædicetur. Et ut ratio a prædicato exordiaƭ, propoſituſque ſyllogiſmus ſit ex tribus compoſitus propoſitionibus: hoc modo. Actu auditus eſt actu uox, actu uox eſt conſonantia, oīs conſonantia, ratio eſt, ergo actu auditus eſt ratio. Prior harū propoſitionum trium poſita eſt media, a prædicato ipſo exordiens. Quodquidem igiƭ actu auditus eſt actu uox, tanquam unum & idem, ſubiecto uidelicet, ſunt uero tanquam non eadem, cum ob ſuas proprietates diuerſa ſint ex nuper prædictis eſt probe notum. Vera ergo & illa eſt propoſitio, dicens, quodāmodo idē eſſe actu uocem & actu auditum. Quod uero etiam recte conſonantiam de aliqua uoce prædicet, hoc eſt de illa, quę actu fit, ex hoc profecto poſſumus cognoſcere, ꝙ intenſis acuto & graui pereat actu uox. Neque enim, quæ nimis grauis, aut nimis acuta eſt, audibilis fit, cum quæ ſit nimis acuta corrumpat auditum ut nimius ſplendor corrūpit uiſum. In reliquis uero ſenſibus, tota quoque aīalis ſtructura corrumpitur, idq; manifeſte quidem ſit in tangibilibus intenſis, & ſaporibus percuſſiuis. Iam quoque & ab aliquibus odoribus quales illi, qui in charoneis ſunt. In unoquoque igitur ſenſu, quod eſt actu ſenſibile, id uult in quadam extremorum eſſe conſonantia, adeo ut neq; deficiat, neque excedat, ſed quodam modo mediocriter ſe habeat. Hoc n. eſt conſonantia ipſa, ueluti quædam exiſtens extremorum temperatura, acuti quidem et grauis in auditu, fulgoris & obſcuritatis in uiſu, et in unoquoque ſenſu, perculſiui cuiuſque ſenſus, & propriæ priuationis. Merito ergo de uoce, quæ actu fit, quemadmodum ſcilicet & de omni actu ſenſibili conſonantiam prædicat. Maior uero trium illarum propoſitionum ſtatuit, rōnē eſſe ipſam conſonantiam, tanquam compoſitionem ſecundum rationem elaboratam ex aliquibus in aliquo uno differentibus. Præcedere enim neceſſarium eſt aliquā determinatricem cām, ad hoc ut unum aliquid ex pluribus elaboretur, ſiue id ſit naturale, ſiue artificiale. Ipſum nanque unum omnino in termino ſtat, & quod proprie unū eſt in perfectione cōſiſtis. Verum ipſum unum corporeum tanquam perfectū eſt, determinatumq; ut chordarum conſonantia, aut lapidum, & laterum lignorumque ad domus ædificationem cōpoſitio congrua, artificiali rōne determinata: ueluti carnis generatio ex quatuor elementis facta naturali ratione. Conſonantia autem actu ſenſibilis, quæ ſenſibilis quidem eſt forma ſine materia, & in indiuiſibile contrahitur, non certe ſecundum rōnē conſiſtit, ſed & terminus, & ratio, & perfectio eſt. Igitur & actu auditus, & omnis ſenſus, idem cum ſubiecto ſenſibili exiſtens ratio erit, & terminus iudicatorius. Neque enim terminatum in idem cum termino ueniret, neque multo magis quod indeterminatum eſt, ſed ratio cum oratione, & terminus cum termino. Oīs ergo ſenſus eſt ratio. Actiua ratio quidem exiſtēs, qui actu fit. Quę uero hunc ipſum promit hęc eſt ſubſtātialis ratio, tā quam forma ſine materia, & tanquam qui in indiuiſibile contrahatur, & magis proprie ratio dicatur, non autē forma. Quandoquidem anima quædam eſt quoque, ſenſitiua ſubſtantia. Anima uero eſt poſt formas, eſtque conuoluta ſubſtantia, ſupra diuiſibilia quidē ipſa ſtans, nō omnino m̄ indiuiſibilis exiſtit. Atque ſecundario eſt ſubſtātia, & eſt quædam ratio, at non ſimpliciter. Diſcurſiua enim ſimpliciter eſt ratio, ſenſitiua uero ipſa eſt quædam ratio, ob ſuam ſubmiſſionem, & actionem, quam cum corpore facit. Conſtat deinde quod unuſquiſque ſenſus & una et multiplex eſt ratio, totuplex quidem exiſtēs, quot formas ipſiuſmet ſenſibile comprehendit. Atque iccirco tū unūquodque excellens corrumpit, cum in ſenſorium agit, ineptumq; ipſum reddit ad recipiendum rōnē illam. Ex hac enim & tali elementorum temperatura unaquæq; uita ingignitur, tum quæ organum tanquam uitale effingit tum quæ utentis organo officio fungiƭ. Excellentia uero ſenſibilis corrumpit cōgruam organi temperaturam. Et ideo impedit actionem ſenſus per ipſum fieri, ut pote quia ſenſus ratio quædam ſit, non habitus, et quaſi conſonantia et harmonia commixtorum elementorum. Demonſtratum nāque fuit animam eſſe harmoniam, impoſſibile eē, ſed quod iudicet ſenſibilium ſubſiſtantiam ſecundum rationem perfectam & elaboratam, utaturque organo præparato conuenienter ſibi ipſi.

*Quapropter & ſuauia quidem, cum ducantur ita, ut pura & immixta ſint ad rationem, ut acutum, aut dulce, aut ſalſum. Suauia nanque tunc ſunt. Omnino aūt potius quod mixtum conſonantia, quam acutum aut graue. Tactus uero, calefactiuum & refrigeratiuum.*

Quando priora ipſa immixta exiſtentia ſecundum quēdam mutuam harmoniam ducantur ad unius rationis cōuenientiam. Vbi uero dixit uniuerſaliter ſenſibilem cōſonantiam in commixtione eſſe, neq; acutum aut graue immixta in auditu eſſe: neq; in tactu calidum aut frigidum, uidelicet extrema ipſa, ſed in horum cōmixtione (loco. n. calidi & frigidi, dixit calefactiuum & refrigeratiuū, ſignificare uolens materias ipſas extremas calido et frigido inſignitas) ubi inquam hæc dixit, ſubiungit.

*Senſus autem ratio.*

Hoc eſt iudicatoria indiuiſibiliſq; & actio & ſubā, quæ una cum organo exiſtens hanc promit actionem.

*Excellentia autem aut mœrorem inferunt, aut corrumpunt.*

Mœrorem. ſ. inferunt in tranſitu breuiter facto: corrumpunt aūt, in extenſo, atq; adeo diuturno exiſtente.

*Vnuſquiſq; quidem igitur ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt, exiſtens in ſenſorio, quatenus ſenſorium.* Tex. 145.

Vuult quidem ad cōmunē uocatum ſenſum diuertere, Cō. qui omnium ſenſibilium unus eſt ſenſus, & ea rōne præſtans ipſum obtineat (quod quidem manifeſtius tunc innoteſcet, cum ex appoſitione uniuſcuiuſque quinque ſenſuum, ſeorſum conſiderabitur) circa unum quoddam ſubiectum genus & non circa omnia uerſans. Vnde & hoc met præmonuit, ut ita differentia ipſius cōmunis ſenſus eē quinque cæteris, perbelle innoteſceret, non ita, quod habeat differentiam talem, ut aliquod peculiare ſubiectum, præter illos quinque cognoſcat, ſed quia ſecundum omnium cōmunicationem conſiſtat, & ſecundum terminum omnium iudicatorium, unde neque duo ſunt coloris ſenſus, ſed unus uidelicet uiſus. Cōmunis aūt ſecundum uiſum, quemadmodum & ſecundum guſtum iudicat. Vtrique aūt ſimul, magis aūt oēs, iuxta omnium terminationē, & cōcurſum in unum factam iudicant. Quod uero dixerat, exiſtens in ſenſorio, quatenus ſenſorium: id totum tradit, aſſignatque unicuique ipſorum quinq; ipſum inſeparabile, ſed non ſimpliciter a corporibus, ſed ut a ſenſorijs iam uiuentibus, & talem uiuētibus uitam, adeo ut ſenſui more organi deſeruiat, iccirco & unuſquiſq; ſic in ſenſorio eſt, tanquam utens. Hic, hic inquam eſt, qui eſt pro-

prie ſenſus. Quoniam quæ uita in corpore exiſtens ſenſorium effingit & informat, ea hoc met ſenſorium elaborat, & ſimul cũ corpore patitur, & a pura actione deficit. Ea igitur quæ utitur, ſenſorioque ut inſtrumento utitur, ineſſe ipſi dicitur.

*Et iudicat ſubiecti ſenſibilis differentias, ut album quidem & nigrum, uiſus: dulce autem & amarum guſtus, ſimiliter autem ſe habet hoc & in aliis.*

Actio aũt pura iudicium eſt, idque animæ ipſius, non aũt corporis. Propterea & in immaterialem formam ſenſibile ipſum terminat. Atq; etiam adhuc magis ſenſitiuæ animæ ſeiunctam, ſelectamq; portionem, eamq; quæ per ſeipſam ſine corpore agere põt pre oculis poſuit, cum addiderit iudicare ſubiecti ſenſibilis differentias, adeo ut non ſolum uiſus iudicet album & nigrum, ſed etiam mutuam ipſorum differentiam, quæ quidem ipſius indiuiſibilis eſt actio, ut dicturus eſt, indiuiſibilique in tempore fit, & impaſsibilis eſt. Simul enim contraria ipſa pati impoſsibile eſt, at uero nihil impedit ipſa agere. Inſeparabilis quidem igitur a ſenſorio erit, ut quæ iam aliquo uiuente tanquam organo utatur, quo ad agẽdum excitetur. Per ſeipſam uero agit, ubi excitata fuerit, tanquam incorporea. Siquidẽ iudicium oppoſitorum ſimul factum eſt ipſius indiuiſibilis, occurrit que ipſis tanquam indiuiſibilibus (ſpẽs n ſine materia ſunt ipſa ſenſibilia) & actu indiuiſibiliter agit, in inſtanti nãque agit; corporea aũt actio diuiſibilis eſt: ideo motus eſt actio corporis. Quod ſi non ſolus uiſus id facit, ſed & reliqui huiuſmodi ſenſus, multo magis cõmunis ipſe id faciet, tanquam ſeiunctiui omnium contrarietates cognoſcens & per ſeipſum iudicatoriam habebit actionem, ut qui quaſi ſit omnium centrum, uniformiſque finis ipſa contrahens.

Tex. 145. *Quoniam autem & album & dulce, & unumquodque ſenſibilium ad unumquodque iudicamus aliquo, & ſentimus quod differunt, neceſſe ſane ſenſu. Senſibilia nanque ſunt.*

Cō. Vbi in memoriam reuocauit unũquẽq; ſenſum, alium alterius eſſe ſubiecti ſenſibilis, demonſtrat, quod aliquis unus eſt, et cõmunis ſenſus eſt omnium, ex eo quod aliqd in nobis ſit, quod comparet, & iudicet unumquodq; non tantum quod hoc aliquid eſt, ſed etiam quod ab aliĳs differt, & ab ĳs, quæ aliĳs ſenſibus ſubĳciuntur, ut albũ a dulci. Neq; enim eſt aliqua alia potentia, quæ huius albi differentiam & dulcis differentiam cognoſcat, ſed ipſa ſenſitiua. Senſus enim perceptiuus eſt indiuiduorum ſenſibilium, quoniam & opinio ipſa cum ſenſu ſtat, cum ipſa ut indiuidua eſſe dicat, aut per ſenſum fit, ſi ab his ad uniuerſale aſcendat aut cum etiam indiuidua dicat, dum agit cũ ipſa imaginatione.

Tex. 146. *Vbi etiam patet, quod caro non eſt extremum ſenſorium. Neceſſe enim erat tangens ipſum iudicare ipſum iudicans.*

Cō. Sermo nunc temporis ab ipſo non fit de tactiuo ſenſorio, dum inquit, quod caro nõ eſt primum tactiuum, ſed v. g. Spiritus ille qui cor ipſum ambit, aut quoduis aliud. Etenim ſi non ſtatim tangit illud ſenſibile, ueluti caro: nihilominus ſi corpus eſſet, non certe in eadem particula diuerſas & contrarias ſenſibilium reciperet paſsiones. Nõ igitur caro eſt aut quid aliud. Cur igitur id in carne fuit peculiariter iudicatum? Apparet igitur carnem pro omni corpore dixiſſe. Extremum uero ſenſorium, non organum, ſed ipſam uocauit ſenſitiuam aĩam, in quã ſenſibile ipſum definit. Quæmet quoque eſt iudicans. Qm̃ igitur quod aliquorum duorum aut plurium differentiam cognoſcit, id duo aut etiam plura ſimul cognoſcit, at non alia atque alia ſui parte, ſed uno indiuiſibili, manifeſtum quod nõ eſt corpus, quod eſt extremum iudicans. Corpus nanque tãgẽs iudicat, ideſt, per diuerſas parteis, unicuiq; ſenſibili occurrens: ueluti tangentia ea, quæ tangunt, iudicant illud ſolum per obiectionem uniuſcuiuſq; partis. Quare ſimile id eſt, ac ſi hoc ego, tu illud ſentires.

*Neque ſane diſiunctis contingit iudicare, quod diuerſum ſit dulce ab albo, ſed oportet uni alicui, utraque manifeſta eſſe: ſic quidem, & ſi hoc quidem ego, tum illud ſentires, dilucidum eſſet, quod diuerſa inter ſe. Oportet autem illud unum dicere, quod diuerſum. Diuerſum enim eſt dulce ab albo: dicit ergo idem. Quare quẽ admodum dicit, ſic intelligit & ſentit. Quod igitur non ſit poſsibile diſiunctis iudicare diſiuncta manifeſtũ eſt.*

Ideſt, diuerſis. Oportet nanque uni & eidem utraq; manifeſta eſſe, ad hoc ut mutua ipſorum diuerſitas ſentiri debeat. quoniam diuerſitas eſt habitus quidam Habitus autem & eſt, & cognoſcitur cum iis, quæ perpeſſa ſunt habitum. Neque.n. diceret quod dulce diuerſum eſt ab albo, niſi utrunque probe noſſet, conſtat.n. quod cum unus & idem ſit qui loquitur, anteaquam loquatur, cognoſcit, ſiue ſentiendo, ſiue intelligendo id faciat.

*Quod uero neque in ſeparato tempore, hinc. Quemadmodum enim idem dicit, quod diuerſum eſt bonum & malum, ſic & quando alterum dicit, quod diuerſum & alterum.*

Quemadmodum nanque unus & idem eſt, qui utraq; inuicem diuerſa dicit eſſe, ſic et quando alterum & reliquũ dicit, ſiue modo in indiuiſibili tempore alterũ cognoſcat, in eo toto alterum cognoſcens, ſi tanquam ab inuicem diuerſa in eo toto noſceret. Siue modo in uno nunc, quod quidem ſimplr non eſt tempus, ſed hoc totum, indiuiſibile tempus, tanquam temporis exiſtens terminus. Fortaſſis uero latenter innuit, quod puræ animariæ & perfectæ actiones, quæ ſemper per terminos tendunt, in tempore quo ꝑ ſunt ex ipſis, nũc, reſultante, tanquã ex unitatibus numerato, ſed non quale eſt naturale tempus in continuitate poſitum. Abundantius uero de hoc a nobis dictum fuit in noſtris commentarĳs in naturalis auſcultationis libros. Neque enim iudicium diuiſibile eſt, ſed actio perfecta eſt, tota tamen in nunc ipſo conſiſtit.

*Non ſecundum accidens autẽ illud quãdo. Dico autem ueluti nunc dico, quoniam diuerſum, non tamẽ quoniam nunc diuerſum, ſed ſic dicit, & nunc, & quoniam nunc, ſimul ergo.*

Diuerſum uidelicet eſt, quod per ſe, ab eo quod per accidens, tum in entibus ipſis, tum in cauſis, ut in naturali auſcultatione dictum eſt. Atque ipſum quidem, nunc, de illo nauali prælio, quod nunc fit, & de eo de quo loquũtur nunc homines, per ſe de utriſque dicitur, de ipſo nauali uero prælio per accidens, neque enim de eo prædicatur, ut quod nũc fiat, ſed ut de aliquo nũc dicatur. Sed ſenſus quidem, qui non præterita aut futura, ſed præſentia ſemper cognoſcit, quando ſenſibilium dicit diuerſitatẽ, ideſt quando iudicat, iudicat eam, tanquam quæ nunc ſit, ita ut ipſum, nũc, per accidens non prædicetur de mutua ſenſibilium diuerſitate, qñquidẽ nũc iudicatur, ſed de ipſa quoque per ſe prædicatur. Sed in memoria per accñs fit.

*Quare inſeparabile & in inſeparabili tempore.*

Si duorum aliquorum ſenſibilium diuerſitatem ſenſitiuum iudicaret, idem utraque percipiet, non quidem ſecundum

dum diuerſas partes, ſed una tantum, & indiuiſibili. Atq; hoc quidem eſt, quod dixerat, inſeparabile, & in eodem tempore, in quo etiam diuerſitas adeſt. In ipſo uero nunc eſt illa. Quandoquidem etiam ſenius eſt enium ipſorum. At quam nam ob rationem non ſimul quidem, ſed in tẽpore diuiſibili? An omnino quidem etiam ſic, qñ alterũ, atque alterum? & quando adeſt diuerſitas, tunc etiam cognoſcitur. At quia iudicium eſt indiuiſibilis actio, at non diuiſibilis, qualis eſt motus, ita erit inſeparabile, ueluti indiuiſibile, atque ita quidem in tempore indiuiſibili, tãquam in ipſo nunc.

Tex. 147. *Atqui impoſſibile ſimul contrariis motibus moueri idem quatenus indiuiſibile, & in indiuiſibili tempore. Si enim dulce, ita mouet ſenſum, aut intellectionem. Amarum aũt, contrario modo, & album alio modo.*

Cõ. Vbi demonſtrauit, quod unum eſt, iudicans plura, nõ ſecundum aliam, atque aliam ſui partem, ſed ut ſimul, & indiuiſibile eſt, cum mutuam ipſorum, quęq; inuicem eſt, diuerſitatem iudicat, ex his modo, conſequenti ordine ijs, quæ iam fuere determinata, demonſtrat, quod ſenſitiuum iudicium, neque paſsio, neque motus eſt, ſed actio & perfectio intrinſecus excitata. Impoſsibile nanque eſt contrarias pati affectiones, aut ſimul in contraria mutari. Qm̃ repugnat, impedit, atq; ſubuertit cõtrarietas ea, quæ in paſsionibus eſt & mutationibus. A ſeipſo uero agere in ſeipſo contraria ſecundum diuerſas rõnes non eſt impoſſibile. Qm̃ huiuſmodi contrarietas non eſt talis, quæ reſiſtendi facultates habeat, quãdo circa diuerſa recipientia cõtrarias actiones uerſatur. Veluti quidem ignis dureſcere facit lutum ſimul, & ceram molleſcere. Atque idem quidem ſenſus album chartæ ſimul iudicat, & literarum ipſarum nigrum. Quare iudicium ſenſitiuum eſt, at non idem motus, aut paſsio, aut receptio extrinſecus ducens. Neq; enim contrariorum ſimul eſſet, quoniam impoſsibile eſt oppoſite uerti & diſponi. A dulci uero & amaro oppoſite lingua cõmutatur. Ideo non certe ſimul ſecundũ eandẽ particulam a contrarijs moueri poſſet. At diuerſas iuxta particulas cũ hęc patiatur, guſtatorius ſenſus propter ſuipſius indiuiſibilem ſubſtantiam, diuerſis linguæ particulis idem totus præſens per ſe iudicium facit de utriſque.

*Nunquid igitur ſimul quidem, & numero indiuiſibile, & tempore inſeparabile ipſum iudicans: in eſſe autẽ ſeparatum? Eſt quidem ſane quo pacto tanquam diuiſibile, diuiſa ſentit. Eſt autem, ut quatenus inſeparabile. Suo enim eſſe diuiſibile, loco autem & tempore, & numero indiuiſibile.*

Cum ſtatuerit, quod idem indiuiſibile manens, nũquã contrarijs mouetur motibus, aut contrarias patitur paſsiones admiſeritq; illud axioma, nihilominus dubitat, nunquid omnino indiuiſibile ſit, quod contraria ipſa ſuſtinet & ſubit. Numero nãque ſit, & ſimul indiuiſibile, & tẽpore quia in eodem tempore per ſemet totum contraria recipit, in eſſe autem, hoc eſt, ratione aũt, diuiſum eſt ſeparatũ. Quandoquidem potentiæ, quæ in eo receptiuæ ſunt contrariorum, diuerſæ ſunt. Quare quatenus diuiſibile contraria patietur. Licet igitur iudicium illud ſit paſsio, aut motus, iudicans non impeditur cõtraria ſimul iudicare. Quãdoquidem iudicans ſecundum diuerſas rõnes erat rõne diuiſibile, numero quidem ac loco indiuiſibile exiſtens, tanquam unum & idem ſubiectum, perq; ſeipſum totũ utraque aut etiam plura patiens (cum numerus quidẽ ipſum unum indicet, locus aũt, quod non ſecundum diuerſas ſui partes iudicet) in eſſe autem diuiſibile, id eſt rõne. Qm̃ per formas & rationes uniuſcuiuſque ſuba determinatur.

Tex. 148. *An haud poſſibile eſt. Poteſtate quidem enim idem diuiſibile eſt & indiuiſibile, & contraria. In eſſe uero non: ſed in agere ipſo diuiſibile. Et non poſſibile & ſimul album & nigrum eſſe.*

Cõ. Impoſsibile eſt inquit unum & idem numero, licet in eſſe ſuo ſit diuiſibile, contraria ſimul actu pati. Solum enim idem ad oppoſita ſubeunda aptum eſſe natũ poteſtate poſſibile eſt, ſed non etiam actu poſsibile eſt recipere. Quod quidem in eſſe ipſe dixit. Ideo exponens qño nunc utatur hoc, hoc eſt, eſſe actu, ſubiunxit, non inquiens, ipſo agere, ut ſic paſsionem & motum indicaret. Atq; hoc quidem manifeſtius adhuc ſignificat per exemplum, album enim & nigrũ paſsiuæ ſunt qualitates. Præterea quoque manifeſtius concludens, ipſo pati eſt uſus.

*Adeo ut neque formas patiatur eorum, ſi huiuſmodi ſenſus, & intellectio.*

Neq; enim ſenſus & intellectio ipſamet ſenſilia, ſed ſenſilium formas recipit, ſi huiuſmodi inquit, uidelicet ut patiatur, & extrinſecus recipiat, & quia agat, ut ipſe, inqt, actu enim oppoſita patitur. Ita ut poſſibile ſit, aut ad ambo ſimul mutari, aut ſimul ſecundum ipſa diſponi.

*Sed quemadmodum quod uocant nonnulli punctum, quatenus unum, & quatenus duo, ea ratione etiam diuiſibile.* Tex. 149.

Cõ. Puncti exemplo, ſufficienter demonſtratur impaſsibilis & actiua portio ſenſitiui iudicij, præterea quoque indiuiſibile ipſum, & quod in indiuiſibili conſiſtit, indiuiſibilium nanque indiuiſibiles ſunt actiones. Omnis uero motus et paſsio in diuiſione collocatus eſt. In mutatione nanq; cõſiſtunt. Ideo & utriuſque ſimul & paſsiones & reliquæ mutationes ſunt. Solus aũt circularis motus, licet materialis rei non ſit, nihilominus etiam hic eſt informatæ rei, ideirco diuiſibilis quoque alicuius, corporis. ¶ Omne uero qđ per ſe diuiſibile eſt, actionem quoq; habet diuiſibilem, ita, ut quemadmodum eſt, ſic etiam agat. Punctum aũt indiuiſibile, quod quidẽ ſitum & poſitionem habet, lineæq; eſt terminus, & cum terminata cõpræhenditur linea, uerbi gratia, cubitali, aut quauis alia, ex ſeipſaq; aliquid proprium adducit, eo quod principium ſit, & finis, nonnunquam quidem unius terminus & finis, alterius aũt principium, ſæpius quoque duorum aut etiam plurium principium, & finis exiſtens, ueluti cum eſt circuli centrum, tunc enim oẽs lineæ ab ipſo ad circumferentiam ducuntur. Anima igitur ſenſitiua puncto aſsimilata fuit, tanquam ſuba incorporea quidem & indiuiſibili, at quæ ſenſorio diuiſibili exiſtenti utitur, & quæ cum illo tum patiente, tum a ſenſibilibus citato agit, idque diuerſis corporis ſubiecti particulis atq; diuerſis paſsionibus occurſantibus. Atque in ea iudicatoria actione ipſa per ſeipſam nõ omnino eſt a corporibus ſeparabilis, quandoquidem in eam quoq; terminat per paſsionem inſtrumenti. Quæ neque paſsio, neq; motus eſt, neque externorum receptio, ſed actio indiuiſibilis intus proueniens, non quidem effectiua ſenſibilium, ſed cognoſcitiua ipſorum iuxta rõnes eorum in ſe præacceptas, nonnunquam quidem iuxta unam ſolam, nonnunquam aũt iuxta plures: cum mutuam quoq; ipſorum diuerſitatem percipiat. Patet nãque ꝓbe quod ſenſibilium rõnes in ipſa ſunt. Siquidem a ſeipſa agẽs, iuxta ſenſilium ſtat formas, ſine materia tñ. Qm̃ aũt pati atq; moueri oppoſitis modis, ſimulque actu cõtraria recipere impoſſ eſt, agere aũt eum poſſe, qui ſubiectam rem qñq; unam qñq; duas facit, diuiſibilemq; atq; indiuiſibilem, ad ipſum quidem pati contraria, & fieri nihil confert. Ad agere uero ipſum confert. Etenim punctum quando eſt lineæ alicuius principium, alicuius aũt terminus, tunc unum & indiuiſibile eſt, utpote quia idem duo agat. Rurſus duo & diuiſibile eſt, iuxta diuerſas ſcilicet principij & termini rõnes. Sic quoque ſenſitiua aĩa, quæ duo ſimul ſenſibilia cognoſcit,

ſcit, una eſt & indiuiſibilis. Quandoquidem & unum eſt, quod utriuſque cōmune exiſtit, & ſimul. Quatenus uero diuiſibile eſt, bis eodem ſimul utitur ſigno, inquantū iuxta diuerſas rationes agit, in inſtanti & ſimul. Qm̄ nō impoſsibile eſt, uel ipſa quoq; contraria ſimul agere.

*Quatenus quidem igitur indiuiſibile unum ipſum iudicans eſt, & ſimul: quatenus uero diuiſibile eſt, nō unū. Bis nanque eodem utitur ſigno ſimul. Quatenus quidē igitur duobus utitur, extrema duo iudicat, & ſeparata ſunt, tanquam ea, quæ ſeparatorum.*

Vtitur quidem ipſum iudicans, finis uero eſt ipſa ſenſitiua aīa, licet iudicans ſit ipſa quoq; anima, ſed ea quæ iam agat. Finis aūt & terminus, indiuiſibiliſq; natura eſt ex ſui ſubſtantia. Eadem quoque ipſa duobus utitur, iuxta duas ſenſibilium ſtans formas, quando duo ſimul iudicet, quæ rōne ſeparata ſint ab inuicē & quadam proprietate, ut ea rōne, quia ſeparata ſint, diuerſarum rerū iudicia fiant.

*Quatenus uero unum, uno & ſimul. De principio quidem igitur, quo dicimus animal ſenſitiuum eſt hoc modo determinatum ſit.*

Quatenus iudicans eſt unum ſubiecto, ſenſitiuaque aīa quæ iudicat, eſt una ſubſtantia, unoq; utitur fine, ipſa uidelicet ſenſitiua anima, & ſimul, utpote in indiuiſibili nunc agens. Quę quidem igitur dicta ſunt, ea quoque unicuiq; reliquorum quinque ſenſuum conueniunt. Etenim unuiquiſq; plura ſimul compræhendit, atque contraria. Ea uero magis conueniunt communi ſenſui: ut qui multo plura iis, quæ omnibus aliis ſunt ſubiecta, cognoſcat, principalior q; ſit. ac magis ſenſoria ipſa excellat. Neque.n.hoc in loco cōe ipſum in collectione multorum cōſiſtit, ſed magis in præexiſtenti contractione. Senſitiua aūt aīa principium eſt & tanquā forma, & multo magis tanq̃ utens.

Tex. 150. *Quoniam autem duabus differentiis, diffiniunt maxime animam, motu ſcilicet ſecundum locum & ipſo intelligere & ſentire.*

Cō. Ariſto. ad alteram, quę poſt ſenſum eſt, iudicatiuam actionem ſe transferens, ordineq; recto tendens ad imaginationem, quę quidem ſenſui proxima eſt, primum quidem determinat quod uel ipſa quoque eſt quædam animæ cognoſcitiua potentia, neque uero appetitiua, quæ quidem in ipſius ſecundum locum motiua facultate uidetur ſimul apparere. Poſtea uero quod non eadem cum ſenſu ſit determinat. Siquidem ipſe ſemper ad propriam actionem præſentibus ſenſibilibus indiget, quæq; ipſa moueant ſenſoria. Imaginatio uero uel non præſentibus ſenſibilibus, nonnūquam a ſemet excitatẽ, cognoſcibilibuſq; occurrit, hacq; parte quodammodo cum rationalibus uiis cōmunicans. Eam.n.excitationem cognoſcitiuæ uitæ ad actionē ponit intellectiuam eſſe proprietatem. Ideo uel imaginationem quoq; intellim appellat, non quia etiam ſenſus in hoc cum intellectu cōmunicet, ſed tm̄ ſecundum portionem iudicantem. Ideo & ei, quod ſecundum locum motiuū eſt, & appetitiuo, iudicatiuum opponēs, in hoc ſentire ipſum, & intelligere compræhendit, accipiens quidem ipſum intelligere pro omni cognitione, quæ a ſemet excitẽ. Quo uero ad dictionem attinet ad illam coniunctionem, qm̄ poſt longum proceſſum aſsignauit id, ſcribens, quod manifeſtum eſt, non eſſe idem ſentire & ſapere, idq; fecit, coniunctionē illā, igitur, adiungēs poſt longiorē ſeriem.

*Videntur autem ipſum intelligere, et ipſum ſapere, tanquam ſentire quoddam eſſe. In ambobus nāq; his anima iudicat, & cognoſcit entia. Et antiqui ipſum ſapere, & ipſum ſentire idem eſſe inquiunt. Quemadmodum etiam* Empedocles *dixit.* Iuxta *præſens nāq; conſilium augetur hominibus, & in aliis. Vnde ipſis ſemper, & ipſum ſapere aliena adeſt.* Idem *autem uult cum his etiā illud* Homeri. *Talis nanque mens eſt mortalium hominum, qualem in diem ducit pater hominumq;, Deūq;.*

*Omnes nanque hi ipſum intelligere corporatū, quēadmodum etiam ipſum ſentire arbitrantur.* Tex. 151.

Intelligere quidem ipſum, ueluti fuit dictum, ab ipſo acceptum fuit pro omni cognoſcitiua uita, quæ a ſeipſa actionem promit. Ipſius uero ſapere actus, quæ a græcis φρονεῖν dicitur, pro omni rōnali cognitione acceptus eſt: quæmet diuerſitatem cognoſcitiuarum actionum indicat. Licet nonnulli non ſolam intellectionem, ſed & actum ſapiendi, ideſt φρονεῖν, in idem cum ſenſu trahant, & id quidem faciunt, reſpicientes tm̄, ut ipſe quoque infert, ad iudicatiuam & cognoſcitiuam partem. Quandoquidē hoc eſt cognoſcitiuis uitis cōe. Quod igitur nōnulli, ſiue naturales, ſiue ſophiſtici homines ita opinati fuerint, non eſt negandum. Etenim Theætetus ipſe apud Platonem ſciam in idem ducit cum ſenſu. At uero Empedocles, uel Homerus non ſunt in hac opinione ponendi: licet Ariſto. in uerba indiſtinctius paulo, rudiuſue dicta inſtans, confutet ea, quæ alioquin aliam in partē interpræt ari poſſent. Poſſet.n.aliquis ita accipere, atq; ita interpræt ari, q̄ præſens ipſum ſenſibile ſit. At aut neque ita ab Empedocle dictum, aut ſic ſe ueritas habet. Conſilium.n.non ſenſibilibus ipſis, ſed intelligibilibus ſibi ſemp præſentibus ad ſuimet perfectionem ſeſe cōmittit, & ſapere in ſomnis aliena adeſt, non ob illas, uti dicere poſſet aliquis reliquias a ſenſibilibus derelictas. Neque n. ſapere tale quid eſt, ſed quando ratione illa ex aliis quibuſdam diſſoluta a corporis cōſtitutione, nobilior quædam, quam ea, quæ dum uigilamus, fit, cognitio boni, aut ueri gignitur. Homerus autē eandem quidem eſſe dicit mentem, at eam tm̄ quæ mutetẽ a ſenſibilibus, non ſimplr̄ intellm intelligens, aut mentē, ſed mentem tantum eorum hominum, qui terrene uiuunt, & ut ipſe dixit hominum, qui incuriam agunt uitam.

*Et ſentire, & ſapere ſimile ſimili, quemadmodum in ſermonibus iuxta principium determinauimus.*

In quibus quidē quoque fuit a nobis determinatū, quō antiquorum ſermo uerus ſit, ſtatuens ſimile cognoſci a ſimili quōq; recte interpræt andum Ariſto eſſe cenſeat.

*Atqui oportebat ſimul quoq; de ipſo, decipi, ipſos loqui, conuenientius nanque etiam animalibus maius tēpus in his commoratur anima. Ideo neceſſarium eſt, aut quēadmodum nonnulli dicunt, omnia, quæ apparent, uera eſſe, aut diſsimilis tactum, deceptionem eſſe. Hoc.n.cōtrarium eſt ei, quod eſt ſimile ſimili cognoſcere.*

Non vr̄ mihi rōnē ex deceptione, tanquam confutationem aduerſus illos inducere, qui dicunt ſimile cognoſci a ſimili, ſed ea ratione in illos inſtare, ut q de deceptione nō determinauerint quicquam, inde uero ipſum inferre qd̄ poſitioni illi conſequitur. Vel.n.nihil determinauerūt de deceptione, ut quæ neque eſſet ſecundum illos, qui apparens ipſum, uerum eſſe exiſtimant. Vel ponentes quoque falſam fieri opinionem, dicunt ipſam fieri in tactu diſsimilis ipſius, idq; ideo, quia contraria cōtrariis coniungunt.

*Videtur autem & deceptio, & ſcientia contrariorū eadem eſſe.*

Hoc quidem tanquam abſurdum in illam poſitionem inferri expoſitores inquiunt. Neq;.n.ſolū inquiunt ſimile cognoſci

cognoſci a ſimili in ſciali contēplatione, ſed uel ipſum quoque contrarium. Pariter utrūq; in deceptione ignorari. Qñ quidē unum eſt, quod cognoſcit, aut ignorat utraque. Verum ſubiecto quidē unū, in eſſe uero, ut ipſe dicere cōſueuit, diuerſum, utrūq; oppoſitorum cōtangens iuxta rationes diuerſas. Simile quidem ſimili contangens in utriſque in ſcientiali contemplatione, diſsimiliter aūt in utraq; in deceptione. Vno quidem igitur ſcire oportet. Eo quia nūc temporis deceptionem non appellat eam, quæ ſenſui opponitur, ſed eam, quæ ipſi ſapiendi actui i prudētiæ opponitur. Semper.n.uerus eſt, ut ipſe dicet, ſenſus propriorum ſenſibilium. In eo uero ꝙ decipitur, maius inquit tēpus commoratur anima. Deinde uero dictum fuit conuenientiam non in anima, ſed in aīali eſſe. Qm̄ aia uerſatꝰ maius tempus in ignorātia cū uita, quæ cū corpore eſt. Qm̄ rōnali uitæ, cui etiā ſapere ipſum ineſt, uerū dicere, eſt proprium maxime, et cōuenientiſsimum, ideoq; etiam rōnali aīali. Qūo igitur contrarium ipſi dicit cōuenientius eſſe? Qm̄ ut ipſe ſubdit, maius tēpus cōſummit aīa in hoc, id autem ideo, quia cū aīal generabile ſit & corruptibile, multū quidem tempus permanet, ꝙ nō pōt recipere affines aīæ actiones, diu uero impeditꝰ a diuerſis occurrentibus ei affectionibus. Præterea quoq; ex neceſsitatibus, uſibuſq;, qui ad uitā attinēt aīam in cōtrarium trahit, & diſiungit, retrahens ipſam a ſtudio inquirendæ ueritatis. Quod uero eſt maximū, uehæmens ipſe incurſus aīæ ad corpus, & generationis implicatio, remouet ab illa cōuerſionē eam, quæ in ſeipſam fit. In qua quidem ſapere ipſum, & ueritas ſecūdum rationem facta collocatur.

Tex. 152. *Quod quidem itaq; non idem eſt ſentire, & ſapere manifeſtum eſt. Huius enim copia omnibus conceſſa eſt, huius autem paucis animalium.*

Cō. φρόνησις idest prudentia ſiue communius & de omni cōtemplatione, quæ ſecundum rōnē fit, ſiue priuatim de agibilium cōtemplatione, omnino de ea, quæ recta, & uera, & cū cā fit, dicitur. Ideo & aīalium paucis huius eſt facta copia, neq;.n. oībus hoībus, ſed uel horū quoq; paucis eſt data copia. Sentire uero ipſum, nō ſolis hoibꝰ, ſed etiam omnibus aīalibus. Sic ſane diſtinguēs cōtēplationē rectā, quæ ſecundum rōnē fit, ab ipſo ſenſu, ſeparat qualēcūq; cōtēplationē ſecundum rōnē factam a ſenſu, ſubiungens.

*At neque ipſum intelligere, cui ineſt ipſum recte, & ipſum non recte. Ipſum quidem.n.uere, prudentia, & ſcientia, & opinio uera. ipſum uero non recte, cōtraria horū. Neq; hoc ſane eſt idē cū ſentire. Senſus.n.propriorū ſemper uerus, & oībus ineſt animalibus.*

Per uerbum, intelligere, ſimplr̄ appellat agere ſecd'm rationem. quod quidem comprehendit & recte intelligere, & non recte: ut manifeſte ipſemet exponit: tali ſane intelligere ſeiungit ſenſum, non quia etiam ueritatē non percipiat: ſemper etenim ſenſus propriorum ſenſibilium uerus eſt, aut ut plurimum: ſed quia primū ipſe ſenſus deſcriptus ſit in actione per corpus, illud uero quia multam habeat profunditatem, & ſeparabile ſit, in cognitionibuſq; ſemper uerum dicentibus uerſetur, ut in ſcia & in prudentia, & in his, quæ aliquando uerum dicunt, ut in opinione uera: Verum quia ſenſus illud habeat, ut ſemper uera dicat in proprijs ſenſibilibus, per deanguſtationem, eo quia pauca comprehendat, atq; non perinde ac opinio aliquādo mentitur, eo quia in multorum aliorum contemplatione, aliqua rōne rem contangat, nonnunquamq; nō conuenientia de ea prædicet, quin etiam quia extrema eſt cognoſcitiua uita ſenſus ipſe, id quod id indicat, ꝙ ignobiliſsimis inſit animalibus. Intelligere uero ſolis inſit rationalibus animalibus.

*Cogitare autem contingit etiam falſo, & nulli ineſt, cui non etiam ratio.*

Diſcurſiuam rationis actionem, cogitationē appellat, quæ omnino quidem uerum dicit, cum coniuncta cauſis percurrit, aliquando tamen ſine cauſis falſa dicit, atq; mentitur. Cogitatio quidē igitur eſt diſcurſiua rationis actio. Quoniam uero hic diſcurſus per terminos procedit, & ꝑ continuationem non fit, cuiuſmodi naturalis tranſitus fit, tum aſſenſus ille animæ per unumquemq; terminum factus, tum adhærentia tanquam in uno termino facta, exiſtimatio eſt, quæ ipſum tanquam uerum confirmat. Ita tamen, ut non eadem ſit cogitatio & exiſtimatio, quamuis in ſimul conappareant. Rationalis nanque actio in diſcurſu ſemper eſt collocata, & in aſſenſu apparentis ueri. Neque uero cogitatio, neque exiſtimatio ſenſus eſt, partim quia non eſt rationalis, ſiquidem & alijs ineſt animalibus. partim quia neque diſcurrit. Neque enim ex alijs alia colligit, neque ita uera dicit, ut ſemet percipiat uera dicere. Propria quidem enim ſenſibilia uere cognoſcit v. g. uiſus, quod album ſit, cognoſcit. Neque uero ſentit, qđ uere cognoſcat. Neque enim idem eſt cognitio rei, & cōprehenſio, ꝙ uera ſit illa cognitio. Qualis vr̄ eſſe exiſtimatio poſt intellectionē rei, quæ iudicat an intellectio ſit uera, tuneque aſſentitur, & cōplectitꝰ cognitū ipſum. Sēſus uero ſolum cognoſcit, quod occurrit, licet falſo occurrat, ueluti in imaginibus ipſis contingit, quas non pōt dijudicare. Quamuis igitur ſenſus in proprijs ſenſibilibus uerus ſit, at non certe, quod uerus ſit, ſciet. Cogitatio uero licet uere, licet falſe cognoſcibilibus occurrat, non contenta eſt occurſu, neque aſſentitur, niſi inſuper quoque iudicet, qđ intellectio illa ſit uera, ſiue recte, ſiue non, id faciat. Nonnunquam enim in iudicio illo errat. Quod ſi aliquādo quidem cogitatio mentitur, non iccirco tñ eſt inferior ſenſu, qui proprijs in ſenſibilibus eſt uerus. Quod.n.aliquando ipſa mentiatur id ea rōne cōtingit, quia multa intueatur. Verum aūt dicere, aut mentiri, non iuxta ſolum occurſum contingit, & iuxta intellectionem rei, ſed ſecundum iudicium de ipſa intellectione factum.

*Imaginatio nanque diuerſum & a ſenſu, & a cogitatione. Ipſaque non fit ſine ſenſu: & ſine hac nō eſt exiſtimatio.* Tex. 153.

Coniunctio illa, nanque, nunc fuit dicta, ut quæ reddat cām, eo quia dictum ſit, cogitationem ſolis rationalibus ineſſe: perinde, atque ſi ſubiunxiſſet ſic. Non enim ſane eadem eſt imaginatio cum cogitatione quemadmodum neque cum ſenſu eadem eſt. Hoc enim quoq; addit. Quādoquidem propoſitus ipſi eſt ſermo de imaginatione, de qua quidem inquit. quod a ſenſu & cogitatione eſt diuerſa. Per quæ quidem, quæ infert, ſimul quidem cām dicit, qua nonnullis uideatur imaginationem nō eſſe cum ſenſu diuerſam, nonnullis autem cum cogitatione uel exiſtimatione indifferentem (ea.n. ratione quia ſimul inſit, aliquando quidem cogitationem uocat aliquādo exiſtimationem uocat rationalem actionem) ſimul autem & per hæc eadem, diſtinguere ſtatuit imaginationem ab utroque, ſenſu ſcilicet & cogitatione. Quandoquidem .n. non ſine ſenſu, at eo omnino qui præextiterit, imaginationes fiunt, & imprimuntur, quoniam imaginatiui hi modi in quadam diſtātia, & partitione & diuiſione, & figuris ſunt poſiti, hęc aūt ſenſibilia ſunt: ſenſibilia aūt ſunt a nobis per ſenſum cognoſcibilia, qui ad intellm̄ non refugimus, ſed ualemus ex eā extrema cāta cognoſcere, merito nonnulli decipiūtꝰ, ꝗ non diſtinguūt, quod ſuperuenit, ab eo, nō ſine quo. Qui uero diſtinguūt, hāc quoq; imaginationē a ſenſu diſtinctā cognoſcūt, pariter & ab exiſtimatione. Totis nāq; uiris ad exteriora uergētibus oīnoq; ab actione ꝑ ſe recedētibꝰ, ſed ad ſola ſenſibilia inſtitutis, cōuenienteq; generatiōe & coadiuuante ad auerſionem uitæ, quæ ſecūdum rōnē fieri debet, cogitatio indiget primum quidē ſenſu, poſtea uero & experiētia, & memoria: ut vl'e tādē cognoſcere poſsit eorū, ꝗ ab ipſa forma determinantꝰ, atq; adeo hinc ad determinatricē eorū formā recurrere: quorū cogitatiua & in-

telligens eſt cognitio, adeo ut hoc in loco amborum cõfuſio hos ſequaẽ, qui nõ diſtinguũt, qđ memoria retinet ab eo, qđ uniuerſalia colligit, hiſque, qui huic inſiſtũt, ſufficiens fiat diuerſitatis ſignum, qm̃ alterum quidem eſt ut finis, alterum autem ut non ſine quo.

*Quod aũt nõ eſt eadẽ imaginatio, & exiſtimatio, manifeſtũ. Hęc quidẽ .n. affectio in nobis eſt, cũ uelimus.*

Exiſtimationẽ ꝗdẽ appellat, ut dictũ fuit, rõnalẽ cognitionẽ, intellectionẽ aũt nũc tẽporis appellat imaginationẽ, ꝗ etiam affectionẽ uocat, eãq; in memoriali facultatẽ uult collocari. Qũo igiẽ licet non ſine hac exiſtimatio fiat, diſtinguit ipſam ad exiſtimatione? Qm̃ hęc affectio in nobis eſt, ubi uolumus. Non ga imaginatio oĩs in nobis fit. Etenim quædã fiunt nobis inuitis. Sed ga quędã in nobis ita fiant, ut ad libitũ expromi poſsint, non ſiſt aũt etiam reprimi. Affectio quidẽ igiẽ eſt imaginatiua actio, quia partibilis, et typos rerũ recipit, & quia fit a corporibus inſeparabilis, quæ quidẽ in nobis eſt, qm̃ nõ ſemper oĩno typos fingimus, quales ſunt res ipſæ, neq; imaginationes promimus ita, ut ſemper oĩno de ueritate curã habeamus. Quẽadmodum .n. ſenſus non percipit tãquã uerum, ſed tm̃ tanquã ſenſibile, pariter neq; imaginatio, ſed circa ſolos tm̃ typos & figuras uerſaẽ, quæ ꝑter ſenſum tm̃ aſſumit, ut nõ ſemper præſentibus indigeat ſenſibilibus quibus illæ figurę ſunt ſimiles, ſed etiã a ſeipſa ipſas repræſentet, atq; non oĩno ijs, quæ prius uiſa fuerint acquieſcat, ſed & adiungat & detrahat, & tranſmutet, uarietq; modo quocũq;.

*Ante oculos nãq; licet cõſtituere, quẽadmodum qui, in iis, quæ memoria conſtituuntur, collocant, & qui ſymulachra effingunt.*

Hoc eſt promere typos & figuras, & ſecundũ illas agere. Quẽadmodũ ipſe ingt, q in ijs, quæ memoria ſeruanẽ, collocãt, hoc eſt, q reminiſcunẽ, ut ita ꝓ reminiſcẽtia, memoria poſita fuerit. Sic n. Alexan. interpretaẽ. Vel potius quẽadmodũ cũ meminiſſe uolum⁹, ſæpius circa figurã agimus. Qđ ṽo ingt, et ſimulachra effingere, id indicat, qđ nõ oĩno figurarũ occurſus reb⁹ ipſis ſimilis fiat, et euadat.

*Opinari autem non in nobis.* Neceſſe *enim eſt aut mentiri, aut uerum dicere.*

Exiſtimatio latius patet ꝙ opinio. Opinio aũt pro omni exiſtimatione accepta fuit. Oĩ nãq; cõe hoc eſt, ut aut uerũ dicãt, aut mẽtianẽ. Qñquidẽ oĩs exiſtimatio in aſſenſu cõſiſtit. Aſſenſus aũt non ſecundum ſolã occurrentium intellectionẽ, ſed etiam per ueri & falſi fit diſtinctionẽ. Verum aũt & falſum conſiſtit in concordantia & diſcordãtia, quæ inter res ſunt. Res aũt non ſunt in nobis.

Tex. 154. *Præterea uero quando quidem opinamur horrendũ quippiam aut formidandum, ſtatim compatimur. Similiter quoq; ſi audax ſit.*

Cõ. Aſſenſum aĩæ, q in exiſtimatione fit, ex his quoq;, quæ ipſam cõſequunẽ, paſsionibus, ꝓprobat. Timet nãq; et audet in opinatione, quãdoquidẽ opinatio in fide cõſiſtit.

*Iuxta imaginationẽ aũt, eodẽ modo nos habemus, quẽadmodũ, qui intuentur in pictura horrenda, & audacia.*

Imaginatio nãq; aſsimilatrix eſt: et quẽadmodũ quæ in pictura ſunt aliorũ ſimulachra, ſic ſe hñt & quæ in imaginatione ſunt. Ideo nõ tanquã ueris iis cõſentit aĩa, ut cõfidat, aut timeat. Gaudet enim aut triſtatur, non ut quæ in rebus ipſis uerſetur, ſed ut in memoria illarum.

*Sunt aũt & ipſius exiſtimationis differentię, ſcientia, & opinio, & prudentia, & contraria horum.*

Qñquidẽ propoſuit diſtinguere imaginationẽ ab exiſtimatione, accepit aũt opinionẽ, pro oĩ exiſtimatione, quæ in medio cõſiſtit. (Hæc.n. oĩ cõiter inſunt nõ aũt ſoli opinioni, tũ fides, tũ id, ꝙ in rebus ipſis, nõ aũt in nobis de his ſit poſita ueritas, & affectiones excitatæ in iis, tãquã ueris habitis & exiſtimatis, ueluti cõfidentiæ & timores) iccirco diuidit exiſtimationis ſpẽs: ut ideo ꝑcurrẽtes ſpẽs cognoſcamus, qđ quæ dicta ſunt, cõia oĩum ſunt. Prudẽtia qdẽ igiẽ, eſt cognitio actiua cũ ipſa cã. Scĩa uero, cõtẽplatiua eſt. De utriſq; uero participat opinio uera, utraq; ex parte expers cauſſæ. Oportet.n. nũc uerã accipere interpretariq; opinionẽ: qñquidẽ cũ ſcĩa & prudẽtia eodẽ in ordine conſtruiẽ: & ut in cõtrariis, quẽadmodũ imperitiam et imprudẽtiam habemus, ſic etiã falſam opinionẽ ponamus.

*De quarum differentia alius erit ſermo.*

In moralibus nanque manifeſtius diſtinguit, quas nunc exiſtimationis differẽtias eſſe dixit.

*De ipſo aũt intelligere, qm̃ diuerſum eſt ab ipſo ſentire,* Huius *aũt hoc qdẽ imaginatio vr̃ eẽ, hoc aũt exiſtimatio, de imaginatione determinãtes ſic de altero dicẽdũ.* Tex. 155.

In ipſa aĩa & intelligere & ſentire, exponẽdũ eſt. Nõ.n. intelligere illud pręſtãtius, ꝗ ut ſcđm aĩam fieri poſsit, aut imaginatio aut exiſtimatio eſt: ſed ita qdẽ uerba exponenda ſunt, ac ſi ita fuiſſet dictũ. De intelligere aũt aĩæ. Cõ.

*Si ſane eſt imaginatio, iuxta ꝙ dicimus ſpectrũ aliqđ nobis adeſſe, aut nõ. Si qđ per tranſlationẽ dicimus.*

Quẽadmodum ſenſibile ſenſui, & ſcibile ſcĩæ, ſic etiam imaginationi ſpectrũ ſiue ſimulachrũ, eſt cognatũ cognoſcibile: & quẽadmodũ unuſquiſq; ſenſuum ex ꝓpriis ſenſibus fuit determinatus, ſic & nũc ꝓpiis imaginationẽ deſcribit, iuxta quã ſpectra nobis adſunt, diſtinguens ipſam ab ea, quæ ꝑ tranſlationem factam ex ea, dicitur: quando in apparenti utimur imaginatione, in ſenſuq; & in opinione.

*Vna quędam eſt horum poteſtas uel habitus, iuxta quẽ iudicamus, & uera dicimus, aut mẽtimur. Hęc autẽ ſunt, ſenſus, opinio, intellectus, & ſcientia.*

Cũ diuerſæ ſint aĩæ potentiæ, ut nutritiua, motiua ſecũdum locũ, cognoſcitiua, appetitiua, imaginatio potentia quædã eſt cognoſcitiua, quæ iudicatrix eſt, hoc eſt ꝑcipit, & cognoſcit ſpectrũ ſiue phãtaſma. Verũ nãq; dicit, uel mentiẽ. Verũ qdẽ dicens, cũ phantaſma ſiſe rei effingat, cuius eſt phãtaſma, mentiẽ aũt, cũ diſsimile fingit: ſiue modo hoc inuito patiatur, uerbi gratia ꝑ obliuionẽ: ſiue ex propria uolũtate addat, aut detradat, aut quouis alio modo uariet. Per quæ quidẽ comprobat imaginationẽ eſſe iudicatoriam potentiam. Vera nãque dicere ꝓprium eſt oĩs cognoſcitiuæ. Licet & alicuius quoq; ſit ipſum mẽtiri.

*Ptãs aũt habitus iuxta quẽ iudicamus, et uera dicimus, uel mẽtimur.* Hęc *aũt ſunt, ſenſus, opinio, ĩtellcꝰ, ſcĩa.*

Potẽtiã qdẽ appellat ſubalẽ characterẽ, ſm quẽ inquit oẽm hoĩem rõnalẽ eſſe. Habitum aũt diſpoſitionẽ illã uocat inductã: & imaginatio qdẽ eſt tum ſubalis potentia, tũ inducta diſpoſitio, ſm quã determinate, aut indefinite figuramus phãtaſmata, uereq;, falſoq;: ordinate, et incõpoſite. In quibus cognoſcitiuas cõnumerat potẽtias .ſ. ſenſum, opinionẽ, ſciam, et intellm: a qbus imaginationem differre ꝓponit demõſtrare. Sẽſum qdẽ eſſe dicẽs, excitatã cognitionẽ ab ſorgano, recipiẽte primo qdẽ actionẽ a ſenſibili, ꝗ ipſorũ qdẽ eſt ſenſibilium, ꝗ tm̃ proxime quadrat formis ſenſibiliũ, ꝗ in ſenſoriis ipſis impreſſæ ſunt. Opinionẽ aũt dicit eſſe exiſtimationẽ circa cõtingẽtia aliter quoq; ſe hr̃e. Fidẽque eſſe circa neceſſaria ingt, ſine cã tñ. Sciam aũt eſſe rõnalẽ conuolutionem cum cã, & eorum tm̃, quæ ſe aliter habere nequeunt, ſed ita ſemper ſunt. Intellectum autem collectum & indiuiſibilem terminorum cõtemplationem.

*Quod quidem igitur non eſt ſenſus imaginatio, manifeſtum ex his eſt. Senſus quidem enim, uel potentia, uel actus, ut uiſus, & uiſio.* Tex. 156.

Primum

Primum huiuſcemodi rõne diſtinguit imaginationem a ſenſu, ſenſus uel actus dicitur ſenſitiuus, ut uiſio, aut potentia, cum uiſus non agit.

*Apparet autem aliquid, uel neutro horum præſente, ut quę in ſomnis.*

Non ita q̃a aïali, neq; ſenſus actu, neq; potẽtia inſit, hoc enim eſt impoſſ: ſed qđ imaginationibus dũ neuter inſit, apparet aliquid, hoc eſt phãtaſma occurrit, ueluti phãtaſmata illa in ſomnis, plena ſomniis: cum neq; ſenſus actu factus, idem ſit cum his (neque. n. ſenſus in ſomnis agit) neq; qui poteſtate quidem ſit, non agat aũt. Quandoquidem phantaſmata actu adſunt. Adeo ut imaginatio quidem agat, non autem ſenſus. Iccirco non eadem ſunt.

*Deinde ſenſus quidẽ ſemꝑ adeſt, imaginatio aũt nõ.*

Statim nãque naſcentibus animalibus actio ſenſitiua poteſt adeſſe, non aũt imaginatiua. Oportet nãque ſenſum antea factum fuiſſe, & fortaſsis quoque pluries. Poſterior igitur eſt & iccirco nõ ſemper adeſt illa. Siquidem poſt ſenſum mouet͛, atq; ab ipſo ſenſu. Secunda igit͛ hęc eſt ratio, quæ ipſas ſeparat, quæ uero ſubſequitur, eſt tertia.

*Sin autem actu idem, omnibus profecto contigeret feris imaginationem ineſſe. Videtur autem non: ut formicę, api, aut uermi. Deinde hi quidẽ ueri ſemper: imaginationes autem ſunt plures falſæ. Poſtea neque dicimus cum agamus exacte circa ſenſibile, ꝙ uidetur nobis id homo, ſed potius cum non exacte ſentiamus, tũc aut uerus, aut falſus. Et quod ſane dicebamus antea, apparẽt, & dormientibus uiſa.*

Tertia hęc rõ a ſenſibus & imaginationibus, quæ actu fiunt, tum potentias, tum ſubãs ipſorũ determinat, tribus cõſequenter ab actionibus argumẽtis utẽs. Vno quidem, eo quia nõ in oïbus aïalibus, figura cuiuſq; ſenſibus imprimatur. Quẽadmodum uno oïum conſeſſu in cane fit, & equo, qui cognoſcit ſuũ curatorẽ, multiſq; aliis uſu uenit. Formicę uero, apibuſq;, atq; adhuc manifeſtius uermi nõ adeſt cuiuſq; determinati imaginatio. Sed paulo communius ipſius nutrimẽti. Aut licet illius nutrimẽti, qđ in illa eſt cõualle, ut in apibus, nõ tñ illius imaginationẽ hẽt, qđ in hoc indiuiduo eſt flore. Sic.n. interpretãdũ eſt id quod dixerat, imaginationẽ nõ in oïbus eſſe, ſed nõ ita, ut oïno nõ inſit. In oïbus.n eſt, licet nõ determinata. Senſus aũt indiuidui ſemper eſt actu. Quare imaginatiua actio nõ profecto eadem eſſe poſſet cũ ſenſitiua. Secundo aũt argumẽto ex ueritate, & falſitate ſumpto propoſitũ demonſtrat. Siquidẽ ſenſitiuę actiones, ut plurimum ſunt uerę, niſi interuallum, aut quid extrinſecum impediat: imaginatiuę autẽ plurimæ falſæ. Contingit aũt illis quidẽ uera dicere, ob eorum anguſtiam. Iſtis aũt mendaciũ contingit, eo quia per indeterminatam incitationem excitetur. Tertio uero argumẽto ꝓpoſitũ determinat a manifeſto et obſcuro modo cognitionis ſenſibiliũ: certiora nanq; imaginabilia ipſis ſenſibilibus, ut recta ſuꝑficies, & figura. Verũ ipſius quidẽ ſenſus actio circa ſenſibilia manifeſta eſt quę uero eſt ipſius imaginationis, a longe eſt & obſcura. Vnde & de ipſo ſentire per translationem prædicamus ipſum apparere, imaginari uero de eo, quod non manifeſtũ: qñ contingit ſenſum non omnino uerum dicere, interdum aũt quoque mentiri. Dixit aũt dormientibus quoq; ipſis apparere, ut in ſomnis. Per uiſa uero intellexit uiſibilium ſimulachra.

Tex. 157. *Atqui neque earum, quæ uera dicunt ſemper, ulla erit, ut ſcientia, atque intellectus. Eſt enim imaginatio etiam falſa.*

Cõ. Neq; n. ſcïa, neq; prudentia, neque adhuc magis intel'is eſt imaginatio ipſa. Verum.n. ſemper dicere intellectui, et cognitionibus, quę ſcđm rõnẽ fiunt, quæcunq; cum cauſis coniunguntur, aſsidet, oïs uero eã ſubãa eſt, & ſiquidem eſt proprie cauſſa, eſt quoque prima ſubſtantia. Longe uero ab omni & cauſſa, & ſubſtantia ſtat imaginatio.

*Reſtat ergo uidere ſi opinio, ſit nãq; opinio & uera & falſa. Sed opinionem quidem ſequitur fides. Non cõtingit.n. opinãtem his, quę uidentur, nõ adhibere fidẽ. Brutorũ aũt nulli adeſt fides, imaginatio aũt multis.*

Differẽtia imaginationis cũ opinione, quæ nũc dicit͛ eadẽ mihi vr̃ eſſe cũ prędicta. Illic.n. dicebat opinari ipſum in nobis nõ eſſe, q̃a ex neceſsitate menti͛, aut uerũ dicit, in his aũt inquit fide oïno opinionẽ conſequi. Ea uero eſt fides, quę aſſentit͛ cognito, tãq̃ uero: iccircoq; irrationalibus nõ ineſt. Iudicium.n rei tanq̃ uerę poſt intellectionẽ, rõnale eſt. Nouit.n. & intelľs, rẽ uerã eſſe, ſed utrũq; indiuiſibiliter, & uniformiter. Cognitio uero rõnalis, quæq; iudicat, an intellectio ſit uera, ita aſſentit͛, ut oïno rõni innitat͛, aut neceſſarię, aut ꝑſuaſibili, aut ut loquẽti ꝑſonæ quę fide digna ſit. Et hoc q̃dẽ ꝑ rõnẽ quandam indicat. Veluti & in ipſis quoq; ſenſibilibus, duplex ſit cognitio, illa q̃dem ſenſitiua, hæc aũt rõnalis. Duplex aũt illud apparet in iis, quæ a longe uident͛. Neq;.n. aſſentior, quod hõ ſit, niſi ita ratiocinabor, qđ moue͛, quod bipes, qđ rectus ſit. In iis uero, quæ deprope, hoc latet: eo quia rei uiſæ cognitionẽ ſtatim cõſequitur hęc cognitio, ꝙ uere cognoſcimus. Neque.n. idẽ eſt ea de quaq; re intellectio, & intellectio hæc, quæ hoc cognoſcit, ꝙ uera etiam eſt intellectio, quã aſſenſus cõſequit͛, q eſt ueritatis ſedes. Aïa nanque ueritatis eſt ſtudioſa, neque unquã per falſitatẽ maculari tolerat, ſed oïno & ſtatim ꝓ apparẽs uerũ diſponit͛. Diſtincta quidẽ igit͛ eſt in omni exiſtimatione duplex cognitionis portio. Sed illam quidem ſcïalẽ entium cognitionẽ, quæ certa eſt, ſtatim ea cognitio, ꝙ uera ſit, cõſequit͛ id qđ etiam in ea uiſione fit, quæ deprope gignit͛. In opinatiua aũt cognitione, ꝓ apparens ipſum & ſuperficiale, atque adeo a lõge diſcrimen illud apparet, eo q̃a in profunditatẽ nõ penetret, neque cũ primis cauſis iungatur. Ac recte q̃dẽ inq̃t fidem cõſequi opinionẽ. Quãdoquidẽ cum opinionis ipſius eſt conſtitutiua, in plus eſt, quã illa: ueluti aïal in plus eſt quã homo. Fides nãq; ineſt ſciæ, & intellectui, & prudẽtię, atque ipſi opinioni. In utriſque nãq; opinio ſuũ hẽt eſſe collocatũ, tũ in ſuperficiaria intellectione rerum, tũ in aſſenſu, non tãquã uero. Ea uero fides, quæ rõnalẽ oẽm, & intelligentẽ cõſequitur cognitionẽ, beſtiis ineſt nullis. Qñq̃dẽ irrationalis cognitio non percipit rẽ tanquã uerã, ſed ſolã rẽ, quã quidem cognoſcit: quę quidẽ cognitio eſt uera, at non hoc met iudicat, qđ uera ſit. Id n. officium eſt cognitionis, quæ in ſemet cõuertit͛, quæ percipit, ꝙ oïno hoc ipſum cognoſcit, & ꝙ uere, uel falſe id faciat. Hæc nãq; ſeipſam cognoſcet: oïs uero irrationalis uita ad ſolum extrinſecum eſt inſtructa. Qm̃ & extrema ſola appetit, eaque ſola cognoſcit. At neque appetitio ipſorũ externorũ eſt tãquã bonorũ, ſed tm̃ iucundorum. Neque cognitio eorũ eſt tanquã uerorũ, ſed tanquã ſenſilium ſolum. In cõſenſu enim alicuius rei tanq̃ bonę aut ut tãquã uerę, colligere neceſſarium eſt. aut qđ ipſum utile ꝓſtat, aut qđ uera dicit. Neque uero in iudicatione externi cognoſcibilis oïno ipſum cognoſcere ꝯſiſtit, neq; delectãs in ꝯſenſu oſtis. Cõtra nanque fit, ut & aïam noſtram uehemẽs circa extrinſeca uoluptas afficiat. quemadmodum & uehæmens ſenſus ipſorum a ſeipſa illam facit recedere.

*Præterea oẽm quidem opinionẽ ſequitur fides, fidem uero ipſum perſuaſum eſſe. Suaſionẽ aũt rõ. Brutorũ aũt nõnullis, imaginatio quidẽ ineſt. Ratio aũt, non.*

Hoc argumẽtũ ab eadẽ quidẽ ſententia educit͛ nõ tñ idẽ eſt cũ ꝓdicto abſq; ulla diuerſitate. Illud.n. ex fine ducebat͛, hoc aũt a gradu, qui ad finẽ, ſe cõfert. Qm̃ finis quidem eſt fides, perſuaderi autem uia eſt tendens ad illam. Ac robur quidem primo argumento ex fidei definitione dat͛, quæ aſſenſus eſt rei tãquã uerę. Huic autem ex ſententia de per-

ſuaſione, quam oportet præcedere fidem, quæ tanquam finis euadit ipſius perſuaſionis. Eſt enim perſuaſio, aſſenſus per rationem factus. Quemadmodum fides eſt iam factus aſſenſus. Etenim in perſuaſione inquiſitio quædam intellectionis ipſarum rerum: & tãquam uerarum receptio fit. Aliquam uero inquit beſtijs imaginationem ineſſe. Imaginationem appellans eam quæ determinata exiſtit, quæque unius eſt alicuius.

Tex. 158. *Manifeſtum igitur eſt, quod neque opinio eſt cũ ſenſu, neque per ſenſum, neque complexio opinionis & ſenſus, imaginatio eſſet propter hęc.*

Cō. Qm̃ Plato tum in Sophiſta, tum in Philebo ponit imaginationem in mixtione opinionis & ſenſus conſtare, uidetur idcirco per præſentia uerba inſtare ad poſitionem illam. Quomodo aũt re uera oporteat mixtionẽ illam interpretari, demonſtrat a deſtructione propoſitarum opinionum. Neque enim eſt ita interpretandum, ut ſenſus quidem præcedat, opinio uero ſequatur, atq; in tali amborũ actione imaginatio ſuum habeat eſſe. Quam ſententiam tunc quidem indicauit cum inquit, neq; per ſenſum. Neq; cum ſimul quidem cõcurrant, utraq; uero, ſenſus ſ. & opinio ſimplicem reddãt propriam actionem, alterius reſpectu immixtam: quod dixiſſe intelligendum eſt, cum inquit, neque opinio cum ſenſu: aut ut quæ quidem cõcurrant, & complicentur inuicem nõ tñ diſtincte, ſed q̃a una quædam cõmunis ex utriſq; actio confletur, non per aſsimilationem in quadam corruptione utriuſque, ut in mulſo. (Neque.n in incorporeis poſsibile eſt hoc ſupponere) ſed ut pura & ſincera quidem ſeruentur, quantũ uero totius alterius eſt, id totum per reliquum totum tranſeat. Non ſane igitur imaginatio eſt mixtio talis ſenſus & opinionis quomodocũq; facta. Propter hæc, inquit ipſe, intelligens ea quæ dicta ſunt, quæcunque ſcilicet cum ſenſus & opinionis ſint propria, diſtinguunt imaginationẽ: ueluti ſi in phantaſmatibus, quæ apparẽt, in ſomnis, neq; ſenſus poteſtate neq; ſenſus actu inſit, atque ſi ſenſus quidem præſentibus fit ſenſibilibus, imaginatio aũt etiam illis abſentibus. Atque ſi opinio quidem non in nobis ſit, & cum quodam aſſenſu alicui rei, tanquam ueræ, fiat perſuaſione & rationes; imaginatio autem & in nobis ſit, & ſine fide & rationibus fit, non profecto in actione illorum amborum, ſiue ſimul concurrant, ſiue alterum quidẽ præcedat, alterum aũt ſequatur, imaginatio conſiſtere poſſet, tum propter hæc, tum propter argumentum, qđ nũc infert. Quãnam ergo mixtionem ipſorum Plato intelligit? Eam profecto, quæ in medijs eſt, quæmet etiam ſimplicia ſunt, ob participationem de utriſque extremis, quæ compoſitio & mixtio ex extremis dicit. Sic enim & Ariſto. ipſe ex albo & nigro intermedios inquit fieri colores. Et Timæus ipſe animam facit ex indiuiſibili, ex eaq;, quæ circa corpus compartita eſt, ſubſtantia, ob ſolam participationem mediorũ de extremitatibus ex ſimplicitate quadam. Media nanque eſt ipſa quoque imaginatio inter ſenſum & opinionem.

Et *manifeſtum, quod non alia quædam eſt opinio: ſed illius eſt, cuius eſt ſenſus.* Dico *autem ex albi opinione, & ſenſu, complexus imaginatio eſt.* Neque *enim ex opinione quidem boni, ſenſu autẽ albi. Ipſum igitur apparere eſt opinari, quod ſentit, non per accidens.*

Manifeſtum eſt, quod in medium adducitur, q. ſcilicet imaginatio quidẽ cõponatur ex utriſque, uidelicet nõ ex ſenſu unius, ex opinione uero alterius, ſed ex ijs, quæ de eodem habentur. Neque ex ſenſu, & opinione, quæ per accidens de eodem ſunt: ueluti de Socrate, non ex ſenſu, q fit albus, ex opinione, q fit bonus. Per accidens nãque de eodem ſunt. Quandoquidem utriſque, tum albo, tũ bono Socrates ſubijcitur. Sed ita ut per ſe circa idem ſint utraque: ut quod albus & bonus ſit Socrates, ad hoc ut una imaginatio ex utriſque fieri debeat.

*Apparent autem & falſa, de quibus ſimul exiſtimationem ueram habet. Vt apparet quidẽ ſol pedalis, perſuaſum autem eſt eſſe maiorem terra. Contingit itaq; aut abieciſſe ſui ipſius ueram opinionem, quam habebat ſeruata re, neque oblitum, neq; diſſuaſum. Si adhuc habet, neceſſarium eſt eandem ueram eſſe, & falſam. Sed falſa facta fuit, cũ lateret mutata res.* Tex. 159.

Non *ergo unũ quoddam horum eſt, neq; ex his imaginatio.* Tex. 160.

Manifeſtum hoc quoque, ut arbitror eſt, q ſ. utraq; tũ uidelicet ſenſus, tũ opinio per ſe de eodem ſint, atq; etiam inter ſe nõ diſſentiãt. Diſſenſio aũt in cognitionibus ea eſt, quæ in uero & falſo fit. Quando igitur, ueluti in Sole ſenſus quidem eſt falſus, opinio aũt uera, continget eandẽ imaginationem, quæ per complicationem ex utriſque his fit, eſſe ſimul & uerã & falſam. Niſi quis mutari, & opinionem falſam euadere, ponere uellet. Quod.n ſenſus de Sole non cõmutetur ad uerum, manifeſtum eſt. Sed neq; opinio ad falſum cõmutatur, nobis neq; opinionem mutantibus, neque ſole aliter nunc, atque antea ſe habente. Dupliciter nanque fit, ut in prædicamentis quoque dicitur, contingit eum, qui prius uere opinatus fuerit de aliqua re, poſterius falſo opinari, aut quia diſſuadeatur, aut obliuiſcať, aut quia latenter ipſa res tranſmutetur. Non igitur imaginatio una exiſtens, & de una re, erit quoque falſa propter ſenſum. Id enim indicat, id quod dixit. Apparet & falſa & uera propter exiſtimationem. Quinetiam in eo, apparet quidem ſol pedalis, apparere ipſum pro imaginari interpretabimur quia propter ſenſum, idem phãtaſma etiã uerum fiat, ob fidem quam de ſole habemus, ut qui maior ſit terra. Cō.

At *quandoquidem licet, ubi motum fuerit hoc, moueri alterum ab hoc. Imaginatio aũt motus quidam eſſe uidetur, & non ſine ſenſu fieri ſed ijs, qui ſentiunt, et quorum ſenſus ſunt, licet autem fieri motum ab actione ipſius ſenſus.* Et *hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui.* Eſſe *iam poterit ipſa motus, qui neq; ſine ſenſu contingat.*

Vbi demonſtrauit ex prædictis, q imaginatio ab alijs cognoſcitiuis potentijs diſtincta eſt, cõſequẽter deinceps, quænã ipſa ſit, tradit, idque facit, ab actionibus ipſius ſubſtantiam coniectans. Mouetur quidem igitur ſenſorium proxime a ſenſibilibus, non tm̃ patiens, ſed etiam agẽs ob ſui uitalem partem: ſenſitiua uero pura actio, iudiciumq; in hac actiua paſsione excitatur, ſtatque iuxta formã ſenſibilis, non extrinſecus, neque iuxta paſsionem, ſed intrinſecus, ipſa ſenſitiua ſubſtantia per proprias rationes ipſam promens, e directo conuenientem paſsiuæ actioni in ſenſorio impreſſæ. Adeo ut motus quidem ſit, quæ in ſenſorio a ſenſibili impræſſa eſt paſsio, rationis uero occurſus, & purum ſenſitiuæ uitæ iudicium, terminuſq; prope ſenſibilis formã cõſiſtens, non motus ſit, ſed indiuiſibilis actio. In qua, imaginatiua uita proxime illi unita, & copulata excitatur & eodem quidem organo utitur, ſed nõ quatenus ſentiendo aut ab aliquo extrinſeco affecto ulla in re, ſed ut imaginatiuo, & ut ab imaginatiua uita figurato, & formato. At non eſt profecto mirandum ſi unum & idem uehiculum noſtris diuerſis uitis ſubſtratum eſt: quandoquidẽ & rationali noſtræ uitę ſubſternitur. Coafficitur ergo una & cum noſtris rationalibus actionibus, nõ tm̃ ſpiritus, ſed & ſolidum hoc organum. Principaliter igitur ſpiritus tanquam ſenſitiuus afficitur, ſenſuſque in actione circa formã uerſatur: ſpirituſque aptus fit ad recipiendum imaginabiles figuras. Ipſaque imaginatio excitatur ad promendum

imaginabiles

imaginabiles figuras per proprias rationes, conuenienter ſenſitiuis formis, idque facit, non quæ ſemel, aut bis aliquando tantum indiguerit ſenſitiuis figuris, ſed etiam ſæpius, ad hoc ut ſimilia promeret. Vbi igitur excitata eſt a ſeipſa, phātaſmata ſiue ſpectra promit, & figuram a ſeipſa effingit & format: aut cōſimili modo formis ſenſibiliū, aut certum quid adiungens, ut cum rectam ſine latitudine deducat, & certiſsimas quaſq; figuras: & cum nonnunquam indiſcrete agat, figuraſque multiplici modo euariet. Et hoc ipſum quidem ꝙ ad ſui primam excitationem indigeat ſenſu, cōe id habet cum rationalibus noſtris uiris. Etenim ipſæ ob totam animæ ad exteriora conuerſionem, a principio quadam indigent quaſi ſenſorij percuſsione ab exterioribus facta, ad hoc ut propria percipiant cognoſcibilia. Verum cum illæ tranſeant ad incorporeum, & infiguratum, & indiuiſibile cognoſcibile, imaginatio tūc temporis in eo detinetur, quod corpoream repræſentat formam, in ipſoque figurabili & diuiſibili. Etenim licet omnes noſtras rōnales actiones, ut uult Iamblicus deſignet, nihilominus à ſenſibilibus formis effigiē recipit effictiuo et diuiſibili modo. Vnde eſt ſenſui quoq; proxima, excellit tamen ipſum, quia poſt excitationem a principio factam et a ſeipſa agit, atque nō ſemper præſentibus indiget ſenſibilibus, & quia certitudinem adijciat, quod non omnis fortaſsis habet, ſed tantum rōnalium aīalium imaginatio. Omnis aūt hoc habet, ut præcedat & moueat aīalia. Inter alias quidem exiſtens tanquam prima cognoſcitiua uita in animalibus ipſis: in hominibus aūt prima eſt, cum ob quāpiam aliam cām ratio obruitur. Nūc ergo Ariſt. uerba perſequamur.

*Verum quandoquidem licet, ubi motum fuerit, moueri alterum ab hoc. Imaginatio autem motus quidam uidetur eſſe, & non ſine ſenſu fieri, ſed iis, qui ſentiunt & quorum ſenſus ſunt. Licet aūt fieri motū ab actione*
Tex. *ipſius ſenſus. Et hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui.*
261. *Eſſe iam ipſa poſſet motus neq; ſine ſenſu contingens.*

Quemadmodum lapis mouetur a uecti, qui mouetur a
Cō. manu. At ſane in uniuerſum oportet ſub cōtinuatiuam cōiunctionem illam, quandoquidem, ſubſequentibus addere, quouſq; propria correſpondentia afferetur, ſic: & quandoquidem imaginatio motus quidem uidetur eſſe & non ſine ſenſu fieri, ſed iis, qui ſentiunt, & quorum eſt ſenſus. Et quandoquidem licet fieri motum ab actione ipſius ſenſus: & quādoquidem hunc neceſſe eſt ſimilem eſſe ſenſui, tu neque reliquū ſubſequēs reddit, eſſe iam ipſa poſſet motus, & cætera ſequētia. Sed quō imaginatio, quę eſt cognoſcitiua actio, intrinſecuſque excitatur, motus eſt? An dixit uī, omnino aūt uidetur, quandoquidem id quod cū corpore patitur, etiam quodammodo mouetur, quatenus quidem ſenſitiuum extrinſecus figuratur, quatenus aūt imaginatiuum a uita imaginatiua figuratur. Quod igitur nō ſine ſenſu fiat, ſed iis, qui ſentiunt, principium ineſt, huic cōmune eſt, ut fuit dictum, cum noſtris rationalibus uiris. Illud autem proprium eſt, hoc eſt, & quorum eſt ſenſus. Neque enim ipſa ad incorporeum trāſit, ſed in figuris manet corporatis, dimenſionibuſque, atque figuris. Quod igitur ab actione ſenſitiua motus uidelicet alia fiat actio, hoc nō in imaginatione tantum, ſed etiam in rationalibus noſtris cognitionibus eſt uerum & manifeſtum. Sed ob proximam quidem & corpoream affectionem, imaginatio fit ex neceſsitate ſimilis ſenſui. Iure igitur concludit, ꝙ cum motus fit, ob corpoream, ut dictum eſt, figurationem, neque ſine ſenſu fit. Particulare nāque omnino ſapiunt & corpoream formam tum figuræ illæ, tum formæ. Particularia aūt & quæ corpoream referunt formam ſunt primo cognoſcibilia per ſenſum. Quoniam neque ad uniuerſalia ſine ſenſu aſcendimus.

*Neque non ſentientibus ineſſe.*

Neque.n. plantis ineſt, neq; iis, qui nulla ratione uiuūt, neque iis, qui ultra ſenſum uiuunt: quæcūque ſcilicet per intellectum & rationem intelligentem perfecta ſunt. Quādoquidem imaginatiuæ actiones cum dimenſione & forma conſiſtunt. Quæ uero puræ rationis, atque adeo magis intellēs ipſius ſunt, hæ excedunt partitionem, quæ cum dimenſione & forma ſunt. Nunc igitur cœleſtibus & ipſis imaginationem aſsignabimus, ſic enim fiet, ſi quidem ſenſum ipſis damus: & ſic, ut ſenſum demus, qui totus intrinſecus, a ſeipſoque excitetur, conſtitutiuuſque & cognoſcitiuus ſit tū ſenſibilium omnium, tum ſit antea cognoſcitiuus ſenſibilium, quæ ſunt externa, ſed determinati ſenſus in ipſis diuinis illorum uehiculis: idque fit iuxta rōnes corporeas prænotionis, non quidē formatiuas, neque alia ratione alias, ſed proximas formatiuis, & infinitati, aliorūque atque aliorum compræhenſiuas exiſtentes.

*Et multa ſecundum ipſam & facere & pati habens & eſſe & ueram & falſam. Hoc autem contingit ob hęc. Senſus quidem propriorum uerus eſt, aut quoniam minimum habet falſum. Secundum autē & huius, cui euenere etiam hæc. Et hic iam contingit mentiri. Quod quidem enim album, non mentitur. Si autem id ipſum album, aut aliud aliquid mentitur. Tertium autē communium & ſequentium accidētia, quibus inſunt propria. Dico autem ut motus & magnitudo, quæ euenere ſenſibilibus: circa quę maxime iam licet decipi ſecundū ſenſum. Motus autem, qui ab actione fit, differet a ſenſu qui ab his tribus ſenſibus.*

Pati quidem, quia moueatur a ſenſibus: facere aūt quia iam cum mota fuerit, a ſeipſa quoque excitetur, & ex memoria moueat aīalia. Particula nanque illa, ſecundum ipſam, non enī interpręttanda uenit, pro eo ꝙ eſt, ab ipſa, ut ſit determinatiua ſed etiam ut motiua. Siquidem imaginatiua anima utitur corpore uiuente tanquam organo: & eſſe & uera & falſa pōt. Etenim imaginatio eſt una cognoſcitiuarum potētiarum, quæ in nobis ſunt, omnis uero cognitionis finis eſt uerum ipſum. Verum quandoquidem non una eſt earum, quæ ſemper uera dicunt, ueluti intellectus & ſcientia, merito uel uera eſt, uel falſa. Interdum quidem igitur & quaſi uolens mentitur. Nobis.n. integrum eſt, ut dictum fuit, uel quę non ſunt phantaſmata fingere. Sed hoc quidē rationalis imaginatio fortaſsis patitur, euarians ob tranſmigrationem rationis in multa, & oppoſita. Quæ uero eſt irrationalium aīalium imaginatio, id nō patitur, quia in anguſto conſiſtit. Verum quod uerum & falſum imaginationem conſequitur omnem, id deſcribit, ob conſequelam eam quam cum ſenſu habet, eam quidē ueram eſſe dicens, ut plurimum, quæ cum proprijs ſenſibilibus ſimul mouetur, cum ob longum ſpatium, aut qd aliud intercurrens, uel ipſe quoque ſenſus aberret: quoniā cum ſenſu uera dicēte, una quoque imaginatio nuper mota uerum dicit. Quemadmodum quæ cum tempore excitatur, quæque imaginatio propriorum ſenſibilium eſt, ſæpius mentitur. Idcirco quoque prædictum fuit, ueros quidem eſſe propriorum ſenſus ſemper, at multas imaginationes falſas: non quando adhuc adſint ſenſus, ſed quoniam facti fuerint & poſt temporis ſpatium. Circa ſenſibilia igitur per accñs, uel etiam præſentia imaginationes falſæ fiunt. Vt ꝙ Cleonis filius ſit albus. Quandoquidem & ſenſus, qui circa hæc uerſantur, falſi nonnunquam ſunt. Simili autem modo ſe hñt & ſenſus, q circa cōmunia ſenſibilia uerſantur et imaginationes, quę licet præſentia illa ſint, aliquādo tamen falluntur & mentiuntur, eo qm, licet per accñs non percipiant illa, non tamen primo & principaliter: primo nanque propria appræhendūt. Cōmunia aūt quemadmodum & propria inſunt, accidentia exiſtētia utraque

ijs, quæ ſunt per accñs ſenſibilia, & ea quidem ſunt ipſæ ſubiectæ ſubſtantiæ. Particula uero illa orationis: circa quæ maxime iam licet decipi: de utriſque eſt accipienda, tũ uidelicet de ijs, quæ per accidens ſunt ſenſibilia, tum de ijs, quæ communia ſunt.

*Et primus quidem præſente ſenſu uerus. Alii uero et præſente & abſente poſſent eſſe falſi, & maxime cum procul ipſum ſenſibile ſit. Si itaque nihil aliud habet, quæ dicta ſunt, quam imaginatio. Id autem eſt quod dictum fuit, imaginatio eſſet motus a ſenſu, qui ſecundum actum fit.*

Tex. 162. *Quoniam autem uiſus in primis ſenſus eſt, & nomẽ a lumine accepit, quoniam ſine lumine non licet uidere: Et propter ipſum permanere, & eodem modo eſſe cum ſenſibus, & multa ſecundum eos faciunt animalia. Alia quidem quia non habent intellectum, ut feræ. Alia autẽ quia obumbretur intellectus nonnunquã, affectione, aut morbis, aut ſomno, ueluti homines.*

Cō. Excitatur nanque imaginatio ſtatim præſente quoque ſenſu, licet nonnunquam lateat, quia ſenſus percutitur, q contrahit meditationem, & maxime ubi ſenſibile ipſum a longe fuerit. Quo quidem tempore contingit quoque ut & in proprijs ſenſibilibus, non ſolum imaginatio aberret, ſed etiam ſenſus. Ex quibus colligit nulli alii cõuenire ea, quæ dicta ſunt, quam imaginationi. Quæ uero dicta ſunt, erant hæc, ꝙ ſcilicet motus ſit a ſenſu, qui actu ſit impræſſus. Motus uero eſt corporum Et eo ꝗa figuret & formetur ſpũs, dum imaginatio excitatur: motus.n. de ea prædicatur, eo quia ipſa ſit ſenſui ſimilis, quia a corporibus ſunt inſeparabiles, cum ſemper ſpũs ab imaginatiua actione informetur. Et quia non ſentientibus non ineſt, & ſine ſenſu non fit. Quandoquidem exprompt io oĩs animæ, quæ tota extrinſecus uerſatur, mediantibus ſenſibilibus excitatur. Imaginatio aũt & manet in ſenſitiuis figuris, et multa per ſeipſam facit, & hñs patitur: etenim appetit, qđ uult facere, erubeſcitque atque palleſcit. Quod quidem ſub pati reducitur, & uera dicere & mentiri. Eo quia una ſit ex cognoſcitiuis potentiis: & his quidem etiam, quæ nõ ſemper uera dicunt. At & nomen φαντασίας, hoc eſt imaginationis etymologice explanat ad inducendam affinitatẽ cõiunctionẽq; quam cum ſenſu habet, idque a uiſu facit, qui inter ipſos præſtantior eſt, cuius actio lumine perficiť, a quo inquit phantaſiam, (quæmet idem cum imaginatione eſt licet nomina ſint diuerſa) denominari, quia φῶς græce, lumen eſt. Et quia ſimul maneant ſimileſq; ſint ſenſus multa per ipſas faciunt aĩalia ipſa. Omnis n. actio circa ſenſibilia uerſatur: adeo ut & ſenſibilibus in actionibus utatur, & in tranſitu ad illas utatur ſenſibilium memoria: quæ quidem permanens eſt actio, & ſenſibus ſimilis. Sed in alijs quidem aĩalibus imaginatio eſt, quod actiones incipit & præcedit: idque ideo quia nihil hñt præſtantius. In hominibus aũt practicus intellš exorditur actiones tunc, cum ſecundum rationem agimus, non id tñ ſine imaginatione. Etenim ipſe imaginationibus utitur, eo quia actiones circa ſenſibilia uerſentur, & tranſitus ad ipſas cum memoria ſenſibilium fiat Quia uero nõnũquam intellš obũbratur, nos quoque tunc temporis per præcedentes imaginationes mouemur: cũ imaginatio manifeſtiſsime in ſomnis ſine ratione, huc atque illuc exiliat indeterminate, & nõnunquam moueat aĩal, id quod etiam in affectibus fit, ut in immoderatis cupiditatibus, indignationibus, uoluptatibus, & doloribus & timoribus, cum hoc tempore aĩa non utatur ratione. Pariter & in nonnullis morbis, ueluti in delirationibus. Cauſſa quoque ut obumbretur intellectus, eſt puerilis ætas.

*De imaginatione quidem igitur, quid eſt, & propter quid eſt, dictum ſit hactenus.*

Diffiniuit nãque ipſam. Diffinitio autem ſignificat, qđ quid eſt. Atqui quonam eſt cognoſcitiua potentia, nõnũquam quidem uerum dicens, nonnunquam mẽtiens, eius quoque cãs, quodquidem innuit id, & propter quid, Ariſto. tradidit. Alteram quidem tanquam efficientem, quæ quidem eſt ſenſus ipſe. Alteram aũt ut finalem. Vt per illam aĩalia & multa faciant, & patiantur.

*De parte autem animæ, qua cognoſcit anima & ſapit, ſiue ſeparabilis ſit, ſiue & non ſeparabilis ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem, conſiderandum quamnam habet differentiam, & quonam pacto ſit ipſum intelligere.* Tex. 163.

Quid quidem & qualis ille ſit intellectus ab aĩs ſeparabilis, q. uidelicet eſt prima ſubſtantia, indiuiſibiliſque & præſtantiſsima uita, & ſupremus actus, idemque & intelligibile & intellectio, & intellš, & perpetuitas, & pfectio, & mãſio, atque terminus, & cã omnium, oportunius a nobis & abſolutius in iis quæ in duodecimo Metaphy. conſcripſimꝰ optime ſunt diſputata, ex ſentẽtia Iamblichi de eo, iuxta Ariſto. mentem & intentionem. Nunc uero magis occaſio expoſtulat, ut dicamus, qualis nam ille ſit intellš, cuius aĩa noſtra facta ſit particeps. Eſt enim quidam & proprius quoque intellš, cuius anima rationalis particeps facta eſt: quo quidem unaquæque anima determinatur, de prope accedens ad rem determinatam, et ad rõnẽ loco formæ. Omnis.n forma indiuiſibilis eſt: quandoquidem & terminus eſt & perfectio. Anima uero non eſt indiuiſibilis, id quod reuoluta eius actio denotat, quæ quidem procedit tum diuiſione ſimul & collectione. Accedens igitur de prope ad determinatam & formatam rẽ particeps euadit, ſubſtãtialiterq; attingit terminũ, et formã, propriũq;. In compoſitis ſiquidem forma indiuiduata ineſt, ſecundũ quam iuxta ſtoicos dicitur qualis, quæ quidem & collectim ſuperuenit, & recedit, eadẽq; in tota compoſiti ætate permanet, licet partes aliæ alibi fiant, & corrũpantur. Si ergo & compoſitium unumquodq; propria determinať forma, multo magis anima ipſa, nimirum quia proxime cum formis iungitur: differetque uidelicet hæc participata forma, a primis & non participatis formis, ut quæ participetur, atque adeo non maneat in ſeipſa oĩno, neq; terminus ſit ſeparabilis, ſed alterius ſit, uidelicet aĩæ: ſed hoc ipſum totum, terminus animæ accedentis ad rem determinatam atque ita quidem ab ipſa differet aĩa, utpote præſtantior ſubſtantia: ab ea inquam, uidelicet determinata ex termino & ex perfectione perfecta. Et quandoquidẽ aĩa, quæ ſecundum rõnẽ, cognoſcitiua eſt ſuba, quod quidem hanc determinat, indiuiſibilis erit cognoſcitiua ſuba: hoc aũt determinans eſt intellš, intellš inquam participatus: & hoc totum, quod dicitur, animæ intellectus. De hoc ergo ab Ariſto. uerba fiunt. Sed hic quidem nõ eſt animæ particula: ſed aĩæ formalis cã, & præſtantior ſubſtãtia. Adde ꝙ & abſurdum ipſi eſt, immediatum fieri tranſitũ ab imaginatione ad illum, ut qui excellat rõnalem ſubſtantiam, licet a nutritiua uita per media ſemper aſcendat. Quod manifeſte quoque quodam in loco Ariſto. determinat, ſcribens. Dico aũt intellectum, quo cogitat & exiſtimat aĩa. Atq; aiẽ quidẽ diffinitionem accipere oportet, quo ſcientiali modo magis ipſam cognoſcamus: quemadmodum etiam in aliis facimus, ut animal rõnale mortale cognoſcẽtes, hoiem eſſe, humanam formam intelligimus conſiſtere in uita, quæ per rõnem perficitur terminatas habente mẽſuras ſecundum tempus. Sic ſane ubi conſiderauerimus quoque animam in ſuba & conuoluta uita tum actiua tũ ſpeculatiua, quæque aliquando ad ſenſibilia aliqñ ad intelligibilia ſe cõuertit, profecto formalem quoq; ipſius cãm in indiuiſibili & intelligente tũ ſubſtantia, tum uita ponemus:

mus: quæ non quidem actiua ſit, neq; cõuoluto modo cõtemplatiua, ſed illius ſit cauſſa determinatrix, et actus, hãc tradens actionem, & huiuſmodi immittens ſpeculationẽ. Dico aũt formalem animæ cauſſam, per quam preſentem ipſi inſeparabiliter, determinatur, ubi iam ad rem determinatam de prope acceſſerit. Quẽadmodum & oẽ determinatũ per aliquem ſibi preſentem determinaſ terminum tum cõmuniter omnibus, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, tum ſecundum terminum uniuſcuiuſque proprium, in quibus multa ſunt eiuſdem ſpeciei. Eſt itaq; propoſita noſtra intẽtio non de intellectu ab anima participato, neque adhuc multo magis de illo quod nulli participatur, ſed de rationali tñ ſubſtantia: quandoquidem etiam tractatio de anima eſt. Ratio aũt ipſa particula eſt humanæ animæ, qm̃ tota eſt una. Dictum aũt fuit q̃ nunc ſit una, rõne cõplicata in declinatione illa ad corpus facta cum ſecundis & corporeis uitis. Cũ uero dixiſſet: quo cognoſcit anima, quãdoquidem cognitio quoq; ea eſt, quæ eſt ſenſitiua & imaginatiua, ideo ut rationalem indicaret, ſubiunxit hoc, & ſapit quod quidem proprium eſt rationis profunditatẽ habentis, tum illius inquã, quæ ſecundis uitis non utiſ, ſed quæ per ſeipſam agat, at non patiatur, ſed agat cognoſcibilia: eo quia non extrinſecus, ſed a ſeipſa expromat, tum illius quæ ad extra extenditur, & quæ cognitionibus cum corporeis complicatur, & huius quidem uel imperfectæ, uel perfectæ quidem, at quæ perficitur, & impleatur formis a prima. Adeo ut duplex ſit prima aĩæ ratio. Altera quidem ſeparabilis, & proprijs cognoſcibilibus ex ſeipſa plena: per quam partem ſit conuerſio animæ in ſeipſam, & contactus cum præſtantioribus. Altera uero, ſecundũ quam anima exurgens & recedens a ſuimet manſione, tota extenditur ad hæc ſecunda. Aut oĩno a cauſsis recedẽs, ob magnum receſſum rationis tum a ſeipſa, tum a ſuperioribus, quæ quidem poteſtate ſolum et imperfecte formas habet. Aut quia etiam perficiatur in præcelſa illa uita, iuxta rationem in ſeipſa quidem non manentem, neque in cognoſcibilibus, quæ ſibi ex ſubſtantia inſunt ſua, ſed omnino tñ recedat, de prope uero accedat ad uitam quæ expromendo agit, & eam, quæ agit per ſubſiſtentiam ſubſtantialium rationum: atque adeo etiam quia recipiat cognoſcibilia in illis habitibus, qui circa ſubſtãtiam uerſantur, & quia a ſubſtãtialibus procedat, quemadmodũ ſciens ipſe. Erit quidem igitur & materialis & poteſtate, & paſsiua altera, quæ ad extra declinat, & quæ complicata eſt cum ſecundis cognitionibus, quæ imperfecta eſt, & tota ad extra uergit. Altera uero, quæ in occurſu quidem eſt, promendo, nihilominus perfecta eſt & perfectionem habet. Quæ tamen circa ſubſtantiã uerſatur, at non ſecundum ipſam ſubſtantialem actionem, cum uel ipſa quoque ſit paſſibilis, eo q̃ per ſecundas menſuras perficiatur a ſubſtãtialibus primis cognoſcibilibus pariter & cognitionibus. Poteſtate quidem igitur eſt, at non omnino iuxta imperfectũ conſiſtere debet, ſed iuxta ſecundũ illud poteſtate eſſe, qđ uidelicet iam in habitu perfectum eſt, non tñ adhuc agit. Quemadmodum enim uitale organum poteſtate uitã habere dicitur, licet uiuens ſit, eo q̃ aliunde aduentitie uiuat: Sic & per occurſum intelligens ipſum, tanquã quod manentibus formis, & intellectionibus cõnaturalibus ipſis aduentitie perficiatur, poteſtate intelligere dicitur, licet iam intelligat. Hæc aũt eſt prima ſubſtantialis ratio, quæ quidẽ eſt tum primum in aĩa cognoſcibile, tum etiam prima cognitio. & quantum animariæ rationi poſſe eſt, ex ſui ſubſtantia actu eſt, ob contactum, quẽ cum intellectu habet. Quemadmodum nãque materialis & imperfecta ratio ſimilis eſt ſenſitiuæ uitæ ob declinationem, quam ad ipſam facit, cũ & ipſa quoque quantum rõni competit, ad exteriora declinet: Sic & quæ ab extrinſeco recedit, oĩno, ſecũq; indiuiſibiliter unitur, quãtum fieri põt, aſsimilatur intellectui, qui primus eſt ſua ex ſubſtantia actus. Sic mihi quidem uĩ duplex, & triplex eſſe animæ intellectus. Secundus nanque aliqñ quidem perfectus, aliquando imperfectus eſt: & hac quidem ratione dupliciter diuiditur. Nõ quia diuiſio in duo, aut tria fiat, tanquam quia rõnes ſint omnino ab inuicẽ ſeparatæ, ſed ut quia duæ circa primã unam ſtent & ab ipſa proueniant. Secundaq; ac tertia circa primam unam ſubſtantiam perficiantur. Hæc.n. eſt ea prima, quæ a ſeipſa proueniens, ſecundas quoque ac tertias in ſeipſa promit uitas, quæ quidem non ſunt actiones non ſubſtantiales, ſed hoc ſane ipſum, uitæ. Omnis aũt uita ſubſtantia, tum uel ipſa quoque extrema uita. Siquidem & animal, qđ per ipſa determinatur, ſubſtantia eſt, atque ſi quidẽ uita quę eſt generationis author, contrariorũ ſuſceptiua exiſtit. Sed neque ea, quæ prima eſt, ita ad extra egreditur, ut non in ſeipſa maneat. In ipſo.n. manere, tum ipſi, tum alijs, quomodocũq; maneat, ſuum attribuitur eſſe. Sed qñ prouenit, non uere manet. Vnus igitur eſt, qui manet uere, qđ antea erat, & quod rurſus permanens ipſum remittit in ipſo occurſu & proceſſu ad extra a ſeipſo facto: & imperfectus quidem hac rõne eſt, licet perfectus eſt factus: rurſuſque a ſecundis occurſibus ſeiungitur & ſeparaſ, & in ſeipſum recurrit, quo quidem tempore eſt, quod uere eſt. In occurſu nanque quodammodo a ſeipſo recedit, atq; adeo neque omnino in ſeipſo conſiſtit, neque uere exiſtit, quod eſt, cum quodammodo ſecundum ſubſtantiam infringatur, non tamen omnino peſſum eat. Neque ut quia non etiam maneat, iccirco quadam ratione ad extrinſecus tendat. Sed ita conuenienter id faciat animariæ medietati, ut quẽadmodũ inter diuiſibile & indiuiſibile eſt medius, ſic etiam medius eſſet inter id, quod ſemper in ſeipſo manet, & id, quod oĩno aliquando a ſeipſo recedit, genitũq; atq; ingenitum, mortaleq; & immortale. Cum uitæ, quæ per occurſum perficiuntur, aliquando quidem expromãt, rurſus autem in eam, quæ in ſe manet, ſe contrahant, hæc aũt aliquando permanſionem ſinceram in ſeipſa, ſupremãq; ſuiipſius exiſtentiam infringat, & comminuat, cum ex ea perficiatur conuerſione, quæ in ſeipſam fit. Adeo ut neq; eodem modo ſemper maneat: ut Platoni uidetur, neque ita ab intra proueniat, ut omnino a ſeipſa recedat. Neque enim amplius prouenire poſſet. Neq; omnino maneret. Quandoquidem in ea conuerſione, quæ in ſeipſam fit ſuã habet eſſentiam, & perfectionem. Totus igitur ſermo hoc in loco ab Ariſto. habetur de rõnali anima, non aũt de intellectu ſibi participato principaliter. Poſſe nanq; ut diximus eſt, ab hoc tranſire ad illum, qui non ea patitur, quæ aĩa, ſed determinando agit ea, quæ & aĩa determinata ab eo eſt, & uiuit. Ea igitur eſt, quæ & mutaſ, & manet, quæque ad ſecunda prouenit, rurſus uero in ſinceram & ſeparabilem retrocedit ſubſtantiam. Intellectus uero a aĩæ participatus, manens ſemper id quod eſt, determinat, uniuerſales aĩæ ſtatus & conditiones. Quemadmodum & naturalis & determinatrix forma generabilium omnium: quæ indiuiſibilis eſt, manetq; quod uere eſt, determinans diuiſibilia & ea, quæ omnimodo mutantur. Sed intellectus, inqt præſtantior eſt aĩæ ſubſtantia. De ipſo aũt intellectu uerba facit Ariſto. non aũt de rationali ſubſtantia. At q̃ſo ſi tractatio de aĩa eſt, præſtantiſsima aĩæ uita rõnalis ſcilicet prætermittitur? Quo autem ab extrema uita, uidelicet nutritiua incipiens, perq; proximas aſcendens, ſenſitiuam ſcilicet & imaginationem, non etiam amplectitur rõnales cognitiones, ordinate quidem aſcendens, quemadmodum quoque uĩ, idq; quidem facit, cum primo tradiderit imperfectam, ſecundum primum ſignificatum eius quod eſt poteſtate eſſe, deinde eam, quæ per habitum perfecta eſt, atque ita eam quoq;, quæ ſecundum actionem cum ſubſtãtia concurrit: Sed potius ſuper exeedens omnem rõnalem deſeiuncto ab aĩa intellectu philoſophatur, de quo ne dicere quidem propoſuerat? Quo autem non manifeſte dictum fuit, eſſe animæ particulam, quod nunc in conſiderationem eſt deductum, qua etiam ſapere fuit dictum? Sapiendi aũt actus, qui quidem eſt prudentia, rationalis eſt cognitio, nõ aũt eſt intellectus munus, qui ſupra animam eſt. Rurſuſque ſubiungit phs. Dico aũt intellectum, quo cogitat & exiſtimat aĩa. Exiſtimatio aũt & cogitatio ſunt rõnales cognitiones. Atqui intellectum quoque uocat ipſam rõnẽ. Nomen autem intellectus ipſius uſq; ad ipſam quoque imaginationem dilatat. Opinionem igitur ab imaginatio

ne diſtinguens ſic ſcribit. Quod uero nõ eſt eadem exiſtimatio, manifeſtum. Hæc quidẽ enim paſsio in nobis eſt, intelligens intelligere ipſum imaginatiuum, quod pręoculis ponitur, cum uolumus, quemadmodum qui in ĩjs (ut ipſe ſuperius dixerat) quæ memoria conſtituuntur, collocant, & qui ſymulachra fingunt. Ac ipſum quidem manifeſte imaginationem nominat inquiens, iuxta imaginationem autem eodẽ modo nos habemus, quẽadmodum qui in picturis intuentur, horrenda, & audacia. In his quidẽ ſolam imaginationem dixit intellectionem. Exiſtimationem autem uocauit rationalem cognitionem: de utriſque autem communiter deinceps prædicat ipſum intelligere, inquiens. De ipſo autem intelligere, qm̃ diuerſum eſt a ſentire, huius aũt alterum quidem imaginatio uidetur eſſe, alterum aũt exiſtimatio, per uerbum quidẽ illud, huius, denotans ipſum intelligere, nõ aũt ſentire: id quod declarat, cum imaginationis cum ſenſu differentiam ſubiungit. Cæterum ſolam quoq; rõnẽ intellectum appellat, contradiſtinguens ipſam cum imaginatione, cum inquit aĩalia facere multa ſecundum imaginationes. Alia quidem quia nõ habent intellectum ut bruta. Alia uero, quia intellectus nonnũquam ipſis obumbretur paſsionibus, aut morbis, aut ſomno, ut hoĩes. Ac uidetur quoq; Ariſto. oẽ, quod a ſeipſo in actionem excitatur, cognoſcitiuum appellare. (Quo etiam tempore dilatat ipſum uſque ad imaginationem) & peculiariter animatam rõnem, utpote ſecundum intellectum e proximo determinatam, Adde ꝙ nõ parui refert, ꝙ non circa ſenſibilia conuertatur ratio, quatenus ſenſibilia ſed uel horum ſecundum ſubſtantiam contẽpletur cognoſcitiuas formas, aut eas quæ in ipſa rationali ſubſtantia exiſtunt, aut quia ad præſtantiora aſcendat. Tunc enim actu intellectus fit, tanquam intelligibilia cognoſcẽs, non aũt ſenſibilia, quatenus ſenſibilia, quæ ipſe quoq; ſenſus percipit. Tunc nanque ꝓ̃ præte tm̃ eſt intellectus. Ipſe quidem igitur Plato in omnibus etiam conſueuit tum formas, tum, quæ per ipſas formantur, & effinguntur æquiuoce appellare. Ariſto aũt quando formatum ſit diuiſibile, uitat æquiuocationem, idq; rõne magnæ diſtantiæ diuiſibilis ipſius ad formã, quæ indiuiſibilis eſt. Rõnslis uero anima non tm̃ eſt determinata, ſed etiam terminus eſt. Nam cum in medio diuiſibilis & indiuiſibilis ſit collocata, & quodammodo ſit utraque, ſic utranq; partem oſtendit tũ termini tũ determinati. Alterum quidẽ oſtẽdẽs, qa cõuoluta eſt, alterum autẽ, quia per terminos ſemper pertranſit. propterque contractionem in unum oĩum conuolutorum, ut quæ adæquetur determinanti intellectui. Atque ideo in Eudemo quoque, dialogo de aĩa a ſe conſcripto, affirmat animam eſſe formam quandam: & in illis quidem commdat eos, qui dicebant animam eſſe formarum ſuſceptiuam, non totam quidem animam. ſed intellectiuã tm̃, utpote cognoſcentem formas ueras ſecũdo modo. Veræ nanque formæ ſunt eiuſdem ordinis cum præſtantiori aĩæ intellectu. His ergo præ determinatis Ariſtotelicũ reſumentes textum, conſideremus an ipſi conſona ſint, ea quæ ſunt a nobis antea determinata.

Te. 1 *De particula autem animæ, qua cognoſcit anima & ſapit, ſiue ſeparabilis ſit, ſiue & non ſeparabilis ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem, conſiderandum quam habet differentiam, & quonam modo ſit intelligere.*

Cõ. Propoſiti ſermonis intentionem præ oculis ponit, ꝙ ſ. & de rõnali noſtra aĩa intẽtio ſit, (ea.n. particula eſt, ut ſic accipiatur una, ſimul ſ. cum ſenſitiua, appetitiua, & nutritiua) & non eo uſque tantum de ea, quæ corpora mouet, ſed ut de cognoſcitiua & actiua. Nam cum uerbum, ſapere, huic uerbo, cognoſcere, adiunxerit, non ſolum expoſuit, quale ſit illud cognoſcere, ſed & actiuam quoque ipſius indicauit uirtutem. Neque.n. ea quæ ſapit, eſt rationalis tm̃, ſed etiam actiua uita. Atqui conueniens rationali aĩæ accipienda eſt cognitio, quæ aut proprias rõnes conuoluat, aut ad præſtantiora aſcendat, aut quæ remiſſas formas, atque adeo omnino ſubſtantias ſpeculetur, non autẽ accidentia. Horum nanque eſt quoque ſenſus. Quod uero dixerat, ſiue ſeparabilis ſit, ſiue non, id non eſt interprætandum, reſpectu corporis. Si quidem & prius dixerat. Quod intellectus, ſi quod continet corpus, uel fingere difficile eſt. Præterea quia hoc in loco ſtatim infere. Neque ipſum mixtum eſſe cum corpore, neq; organum ullum eſſe ei, quemadmodum ſenſitiuæ parti datum eſt: ſed reſpectu illarum particularum animæ, quæ iam dictæ ſunt, nutritiuæ ſcilicet. & imaginatiuæ. Aut potius, qm̃, ut dictũ eſt, aſsignabit intellectui ipſum tripliciter rationaliter cognoſcens, proponit conſiderare id quod per ſe ſapit: num ſeparabile eſt ſecundum magnitudinem ſuipſius, an non, ſed ſecundum rõnem. Adeo ut hoc ſit inquirendum: utrũ tres ſint in nobis intellꝰ, tanquam etiam ſubſtantiæ ab inuicem ſeparatæ. Aut, an unus quidem intellꝰ, & una ſubſtãtia, ratione aũt uariata & diuerſa: Aliqñ quidem tota in ſeipſam conuerſa, aliquando aũt ad exteriora declinans, eademq; aut perfecta, aut imperfecta. Adeo ut licet diuerſæ ſint ſubſtantiæ, non tamen ſubiecto ſint ſeparatæ, ſed circa unam primam illæ tres ſint conſtitutæ, ſed diuerſæ efficiantur ex uita unius ſecundum diuerſas rationes. Quod enim dixerat, conſiderandum quã habet differentiam, de mente omnium non remittit nos ad uitas iam dictas. Iam enim notatum fuit. ꝙ exiſtimatio differe ab illis, ſed magis nos remittit ad differentias, quæ ſunt in ipſo ſapere: quod etiam poſterius faciet. Qm̃ aũt noſtra anima non ſemper perfectam habet intellectionem, cõſiderandum ideo quo modo ipſum intelligere fiat. Iccirco neceſſario intellectus poteſtate & imperfectus prius fuit ab ipſo acceptus. Omnis enim generatio ab imperfecto incipit, & mediante eo, quod ſecundum habitum perfectum eſt, in eam terminat perfectionem, quæ ſecundum actum conſiſtit.

*Si ſane eſt ipſum intelligere, quemadmodum ſentire, aut pati quoddam eſſet ab intelligibile, aut quid huiuſmodi alterum.* Te. 2

Non de omni intelligere dicit, ipſum tale eſſe, quale ſentire. Neque enim id eſſe tale põt, quod ſecundum habitũ perfectum eſt, quando poſsit per ſeipſum agere, cũ & ipſe tunc temporis poſsit ſeipſum intelligere (quãdoquidem neque ſenſus ſeipſum cognoſcit nec unquã per ſe ſine præſentia ſenſibilium excitatur) neq; multo magis id tale eſt, quod eſt in eo ꝙ omnia faciat, in eo, ꝙ omnia fiat, & ex proportione correſpondens arti. Quod quidem & impaſsibile manifeſte dicitur & ſeparabile, & ex ſui ſubſtantia actus. Illud aũt. quod poteſtate eſt. & materiale eſt, & ab intelligibili patitur. Non igitur de omni intelligere eſt accipiendum fuiſſe dictum, ueluti nonnulli ita accipientes accuſant Ariſto. contradicere ſibimet. Ac ne id quidẽ uideatur pati, id de anima interpretemur, aut de intellectu animæ participato: eum uero intellectum arti proportionabiliter reſpondere, dicamus fuiſſe dictũ, qui non eſt participatus ipſi animæ ſed ſeiunctus eſt, & ſeparatus Etenim omne cognoſcere & ſapere, qđ in hac tractatione. in cõſiderationem eſt propoſitum, manifeſte dictum eſt eſſe animæ particula. Diciturq; intellectus eẽ quo cogitat & exiſtimat anima, ac de eo quoque dicitur, qui ſecundum habitum perfectus eſt. Qm̃ aliquando fit, ueluti ſciens ipſe, & aliquando per ſeipſum poteſt agere, addiſcere, & adinuenire, quæ profecto omnia ſoli humanæ conueniunt animæ. Cæterum non tm̃ patientem intellectum, ſed etiam agentem ponit in anima. Neceſſarium nanque inquit & in anima has eſſe differentias. Vnde & agentem animæ intellectum aſsimilat habitui & lumini, ita ut potius intellectus qui ſupra ipſam eſt animam ex parte illuminãtis ſtet. Tota igitur hæc tractatio proponitur ab ipſo, ueluti iam fuit dictum, ut de rationali hominis ſubſtãtia loquatur in hoc loco, quam ſane intellectum appellat. Cum uero triplex ipſius intelligere cõſideret, ab extremo incipit, & maxime ab eo, quod audientibus notius eſt, idq; facit, tãquã

hoc

hoc in inueſtigationem adducens, quō ipſum intelligere fiat. Omnis aūt cognitio ab imperfecto orditur. Extremus aūt ille eſt intellectus, qui materialis eſſe, & ita uocatꝰ, eo quia omnia patiatur, & ut dicturus eſt, quia aliunde perfectionem ſuſcipiat. Eo quia nondum ſit ipſa intelligibilia, ſed perficitur, quia ea recipit, ueluti ſenſus dum recipit ſenſibilia. Ideo quoque aſsimilatur ſenſui. Hac quidem igitur rōne conditionaliter, ſiue ſuppoſitiue protulit orationem ſuam, cum uſus ſit coniunctione coniunctiua, inquiens, ſi ut ſentire eſt ipſum intelligere, hoc eſt, ſi illud intelligere conſideretur, quod quidem eſt, ueluti ſentire ipſum: quale illud eſt, quod recedit ab ea manſione, quæ in ſe eſt, & conuerſione, quæ in ſemet fit: extra uero declinat tum a ſeipſo, tum a formis ſuis, non ita tamen omnino ab alienatur, ut non etiam quadam rōne tum ipſum intelligere maneat, tum quæ in ipſo ſunt formæ. Quod profecto contingere ſuſpicari poſſet aliquis ob ipſius & formarū, quæ in ipſo ſunt, declinationem ad exteriora factam: ſic aliud, quod extra prouenit, ab alijs manentibus & perficitur & completur. Nam cum una ſit anima noſtra, rationalis inquam, tum ſimul una manet, tum multiplex redditur in declinatione illa ad corpus, cum neq; pure maneat, neq; omnino a ſeipſa recedat, ſed & quadam rōne manet & a ſeipſa egreditur: & quia ſuppoſitus reſpectu diuerſa redditur, obſcuram facit idemptitatem, quam in ſeipſam oſtēdit, remittitq; conuerſionem in ſeipſam factam: cum in fluxu, & declinatione ad ſecunda quæq;, non ita fluat, ut nō etiam quodammodo ſe conuertat. Omnis enim rationalis aſſenſus mediante conuerſione fit, ueluti etiam fuit dictum. Intellectus uero ille animæ, qui facit defluxū ad exteriora, non ſeipſum intelligit, neque a ſeipſo, neq; per ſeipſum, ſed quēadmodū ſenſus a ſenſibili, ſic hic ab intelligibili, & ab intellectu, qui eiuſdem ordinis cum illo eſt excitatur & perficitur, ut alius ab alio, idque propter diuerſitatem fluentis intellectus ad extra cum manente. Et ea quidem ratione pati quoddam eſſet intelligere ipſum, quod ſecundum intellectum fluentē fit. Particula nāq; ea, quoddam, appoſita fuit huic alteri particulæ, pati, ne acciperemus illud pati corruptiuum. Illud uero, aut q̄d huiuſmodi alterum, tanquam etiam a ſenſitiua paſsione differat. Ibi enim magis proprie paſsio contingit ob motum organi, & propter abſolutam diuerſitatem ſenſibilium cum ſenſu, & etiam quia extra illa conſiſtunt. In ipſo uero intelligere neque aliud eſt omnino intelligibile, neq; extrinſecus ſed intrinſecus ſtat neq; corporeus aliquis fit motus, q̄m neq; corpore ut inſtrumento indiget: ſed fit per perfectionem ſolam ab altero deuenientem, aut paſsiones. Quatenus autem etiam ex ſeipſo intelligit quodammodo ob unam animæ ſubſtantiam eſt, huiuſmodi quid alterum, tanquam quia ſimilitudinem ſimul cum paſsione ſeruat, eo q̄a quaſi aliunde imprimatur, ſimul aūt quia diuerſum fit a paſsione, ob perfectionem, quam ex ſeipſo habet. Vnde & aīa inquirit, ut quæ non habeat, aduenitque res, in ſeipſam intuens, ut quæ habeat. Q̄m uero ab actionibus, quæ quidem notiores ſunt, ad ſubſtantias ipſas nos aſcēdimus, merito ab intelligere ipſo deducit nos in contemplationē ſubſtantiæ illius intellectus qui ita intelligit. At non ita facit quemadmodum in ſentire accepit ſenſibilia ante ſenſitiuā actionē, ſic etiam intelligibilia accipit ante ipſum agere. Quoniam intelligibile occultius eſt, quam intelligere, q̄d ſecundum intellectum ſic prouenientem ad extra, tanquā magis ſubſtantiale, & permanentius, atque adeo ut omnino primum, excelſiuſque ſit anima ipſa.

*Impaſsibile profecto eſſe oportet, ſuſceptiuum autem formę.*

Quandoquidem pati dixit ipſum recipere, & aliunde cognoſcibilia ſīe, merito impaſsibile eſſe inquit, quod ſuſcipere quidē pōt at nondum illud habet. Reſpicit nanq; Ariſt. ad rōnalem noſtram uitam prouenientē ad extra, & a ſeipſa recedentem, & eā quidem etiam adhuc imperfectam, qualis ea eſt, quæ imperitorum exiſtit, & eorum q̄ nullatenus rerum ſubſtantias cognoſcere ualent. Q̄m cognoſcit q̄dē etiam tunc aīa, ſed cognoſcit accidētia, & quæ ſubām concomitantur. Sed non ita, quemadmodum ſenſus & imaginatio cognoſcit indiuidua, ſed communia, cū rationaliter circa ipſa agit, conſideratque quod inuicē ipſa conſequitur, aut oppoſitū, & præcedens & conſequens. Quemadmodū artes oēs, quæ circa materialia uerſanꝰ, id faciunt. Id quod etiam Mathematicæ uocatæ ſcientię præſtant: neq; n. ipſæ ſubſtantias conſiderant, ſed figuras, & magnitudines, & paſsiones, & motus, mutuaſq; concordantias, at non illorum ſubſtantiales rōnes. (Hæ nanque abſque ulla dimenſione ſunt, & ſunt coniunctæ) ſed dimēſiones, & diuiſiones deuenientes ab ipſis, & p̄ diuerſitatē prouenientes cōſiderant. Cæterū ſi hæc quoq; a formis deueniunt, cur nō etiam hæc intellꝰ ꝓueniens cognoſcet, idq; per quandam formarum participationē? Idq; eo magis, ne intelligibiles formæ fruſtra inſint aīæ, nihil in intellectum agentes. An agent quidem etiam tunc, ſed non ut intelligibilia, neq; tanq̄ formæ. Intelligibilia nāq; et forma omnis ſubſtantiæ ſunt indiuiſibiles & termini. Intellꝰ aūt appræhendit in illa imperfecta declinatione ad extra formas intelligibiles non tanquam ſubſtantias, neque adeo tāquam cognoſcibilia indiuiſibilia, ſed tanquam deſinentes in diuiſionem & paſsiones, & omnino in naturam, quæ ſubſtantiam conſequitur. Merito ergo cum impaſsibile ipſius intelligere interpretatur, inquit tale eſſe, q̄ nondū quidem habeat, ſuſcipere tn̄ queat non ſimplr̄ cognoſcibile, ſed formam, quæ quidem indiuiſibilis eſt, & ſubſtantialis terminus, & intelligibilis. Intellectus nanque ille eſt, quo terminos cognoſcimus.

*Et poteſtate tale, ſed non id.*

Non quidem, quandoquidē non iam perfectus eſt ille animæ intellectus, qui ad extra declinat, eſtque ita natus, ut ſemper ſit imperfectus, nihilominus etiam perfici pōt. quando, licet maneat in declinatione ad extra, ueluti ſciēs, ex parte habitus perficitur, qui met occurſus eſt ſubſtātiæ. Vnde & ipſe in ſubſtantiæ receſſu ſtat, & extrinſecus. Ea quidem igitur ratione p̄tāte eſt, & ut quia aliunde recipiat, & ut quia adhuc ſit imperfectus, & qui nondū receperit. Q̄m autem proueniens hic intellꝰ ad extra, ſecundario intellꝰ eſt reſpectu illius, qui ſecundum primā ſubſtantiam intellꝰ eſt, neq; adeo illi intellectui par, ſed remiſſius & ſubalternatus, tale quidem, non aūt id merito dicitur. Recte ergo poteſtate tale, non autem id dictum eſt eſſe.

*Et ſimiliter ſeſe habere, quemadmodum ſenſitiuum ad ſenſibilia, ita intellectum ad intelligibilia.*

Videlicet, intelligens illud de quo uerba ſunt. Quod quidem propoſitum fuit inueſtigare: & de quo fuit prædictum. Si ſane eſt ipſum intelligere, quemadmodum ſentire: & a quo fit ipſum intelligere. Cui etiam ſubiunget rationabiliter eum qui iam factus ſit quæcūque, ueluti ſciēs dicitur, qui ſecundum actum ſit. Qui ſane nōdum factus ſimiliter ſe habet ad intelligibilia, quemadmodum ſenſitiuum ad ſenſibilia. ſenſitiuum autem uocat, quod ſentire q̄dem poteſt, nōdum aūt ſenſit, ut & quia aliunde perficiantur, & quia poſſunt aſsimilari, præterea quia nō eadē ſunt, ſed talia, qualia exēplaria primarie impreſſa. Neque. n. ipſamet ſenſibilia in ſenſitiuo ſunt, ſed horum formæ, quę accidentium ſunt formæ. Neque intelligibilia ipſa in hoc intellectu ſunt, ſed ſunt talia. Eo excepto q̄ ſenſitiua quidē ipſa præſtantiora ſunt ſenſibilibus, utpote uitalia, & in indiuiſibile contracta. Intellectiua uero ſubtexunꝰ intelligibilibus, utpote intus manētibus ipſa uero ad extra prouenianꝰ: & q̄n ipſa quidē ſenſibilia oīno diuerſa ſunt a ſenſitiuis, intelligibilia uero ſimul diuerſa, & eadē. Neque enim ſolum diuerſus eſt, qui ad extra fluit, ſed etiam idem cum manente exiſtit intellectu. & quoniam ipſa quidem ſenſibilia mediante ſenſorio excitant ſenſitiuum dum agunt in ſenſoria. Senſitiua nanque anima in occurſu propriarum rationum iuxta formam ſenſibilium ſtat. Intelligibilia uero ipſum intellectum perficiunt immediate, quimet ex intrinſeca ſua actione inde excitatur.

Te.4 *Neceſſe eſt itaque, quoniam omnia intelligit, immixtum eſſe, quemadmodum dicit* Anaxagoras, *ut imperet, hoc autem eſt, ut cognoſcat. Quod.n. intus adiacens apparet, impedit alienum, atque obſtruit.*

Cō. Manifeſtum eſt, quod hæc quoq; de intellectu nūc propoſito dicuntur, qui quidem ad extra prouenit, atq; adeo imperfectus eſt. Atque hic quidem nullum eſt ex intelligibilibus, ſed omnium reſpectu immixtus eſt, ut oīa p participationē intelligat, atque id non ex ſe, ſed ex perfectione aliunde recepta. Qm̄ hic intellectus, quemadmodū ſciēs, quælibet ex ſe fit, ac nō amplius immixtus eſt, ſed quęuis eſt. Ac multo magis intellectus ille, qui ex prima aīæ cōſtitit ſubſtantia, quiq; ex ſui ſubſtantia actus eſt. Sed intellectus ille q intelligit omnia, quia ad illum alia traducantur, immixtus eſt reſpectu omnium, anteq̄ intelligat, ſubijcit nanque iis, quæ intelligit, tanquā materia. Oīno uero formæ expers exiſtit, qd' pure, & ſincere materiale eſt. Iccirco fit ut neq; in corporibus, cōcedamus unū aliqd' ex elemētis, aut omnino quid formatū eſſe primam materiam. Eſt.n. in formis mutua quædā oppoſitio. Per quā, quod ex quauis earum perficitur, impeditur ad receptionē aliarum: cum ea quæ inſit, obtrudat & ſeſe opponat oībus illis. Quo igitur imperet, & uere cognoſcat unaquæq; talis intellſ, immixtus hic eſſe debet omniū reſpectu. Quēadmodum Anaxagoras intellm ſeruat immixtum reſpectu ſimilarium partium, ut illas oēs excellat. Hic quidē igitur eſt, qui oīa agit & intelligit ſeparatim. Ille aūt materialis animæ intellectus remiſſe agit, ut abſque ullo impedimento omnium ſit particeps.

Te.5 *Ita, ut neque ipſius ſit natura ulla quæpiam. Sed aut ea qm̄ poſsibile. Qui igitur uocatur aīæ intellectus,*

Cō. Quod dixit, ita ut neque ipſius, id nō etiam eſt interpretandum ut materiæ. Illa nāque omnis formæ expers eſt, atque in hoc ſuam habet locatam ſubſtātiam, ut ſit corporearum formarū ſuſceptiua. Hic aūt intellſ iuxta rōnalem animam uel ipſe quoque ſubām ſuam collocatam habet, & cognoſcit ſenſibilia ipſa, ut dictum eſt. Sed neque in ea particula, neque ipſius, ita intelligendū eſt, ut ꝙ ſenſus nullam habeat naturam. Etenim tum intellectus ipſe, tum ſenſus proprias hn̄t aliquas naturas. Sed orationē hanc oportet ſic reparare, & erigere, tranſponentes uerbum illud, ipſius, hoc modo. Ita ut neque ſit natura ipſius ulla, idque ideo, ne aliquid aliud cum ipſo compræhendere, tanquā ſimile cogamur. Quod uero ipſius nulla ſit natura, uerum eſt, ſi acciperemus, naturam intelligibilem, & intelligentē. Neque enim intelligit neque intelligitur actu: ſed ad hęc utraq; poteſtate tm̄ eſt aptus, antequam intelligat, quantuſper imperfectus ſit. Quamuis enim ſenſibilia cognoſcat, attamen non percipit intelligibilia. quæ ſunt ſubſtantiales termini. Neque igitur intellſ eſt, quandoquidem intellectus eſt intelligibiliū cognitio: intelligibilia aūt ſunt, quorumcūque ſenſus cognitionem non habet. Quādo etiam in duo diuidere ſecta entia ipſa conſueuimus, tum in intelligibilia, tum in ſenſibilia. Merito ergo hunc quoque animæ intellectum uocari inquit, ut qui quidem nōdum ſit, quia actu non exiſtat; nihilominus ita uocari inquit, quia ſolum poteſtate ſit intellectus, & nulla ſit intelligibilium formarum. Quas quidem entia eſſe dicit, ut quæ ſint uere entia actu, antequam intelligat intellectus. Intelligens nanque omnino determinatur ab aliquo intelligibilium, eſtque, quale, quod intelligitur, exiſtit.

*Dico aūt intellectum, quo cogitat, & exiſtimat anima, nihil eſt actu entium, anteaquā intelligat.*

In tranſitu nanque rationis percurrente, quē ex eo, qa cognoſcendo agit, & perficit, cogitatio declarat: & in contemplatione ea, quæ per receſſum fit, quam exiſtimatio ſignificat, tum imperfectum ipſum aliquando accedit ita, ut neque intelligat: tum quod ſecundum habitum eſt perfectum, qn̄ poteſt & alia a ſeipſo & ipſum intelligere.

*Quapropter neque mixtū eſſe rationabile eſt ipſum corpori, qualis nanque utique aliquis fieret, calidus uel frigidus. Et inſtrumentum aliquod eſſet, quemadmodū ſenſitiuo, nunc autem nullum eſt.* Te.6

Quandoquidem poteſtate ſolum intellectum, de quo locuti ſumus dixerat eſſe, nihilq; eſſe actu entium, nullāq; ipſius eſſe naturā, ſed hoc tm̄ ꝙ poſsibilis ſit: non de hoc ſolicitus fuit, ne nos ſuſpicaremur ipſum aut non ſubſtantialem eſſe, aut non uiuere. Vita.n. & ſubſtantia omnino eſt, quæ tum cognoſcere, tum ſapere poteſt, & intelligibiles formas cognoſcendo appræhendere. Nō igiť de hoc ſolicitus fuit, ſed nequis ſuſpicaretur hmōi intellectum ſubſtantiam uitā eſſe, quæ corpoream referat formam. Qm̄ quod eſt poteſtate, & imperfectum, maxime cōſpicitur in corpore. Ac mutationes demonſtrāt ipſum ab omni uita inſeparabili a corporibus ſeiunctum. Duplex aūt eſt inſeparabilis uita, altera quidem, quæ ipſum uitale organum informat, ſecundum quam uiuens eſt. Altera uero, quæ iam uiuente corpore tanquam organo utitur, ueluti nauta naui, quæ ea qua utitur, ratione inſeparabilis eſt. Quarum neutra ad intelligibilia ipſa adaptari poteſt, tū nec ea, quæ eſt organi uita, quæq; corpori mixta eſt, tū quæ cum qualitatibus in ipſo exiſtentibus cōplicata eſt. Etenim & corpus naturalibus ſubmittitur formis & multo magis intelligibilibus: & oēs qualitates paſsiuæ, ubi ab omni deciderint ſubſtantia, longe quoque ab intelligibilibus delabūtur. Quare & uita cum illis complicata, & corpori mixta nulla quapiam ratione intelligibilibus adaptari poſſet. Totum enim cum iam corporis euadat quod quidem mixtio ipſa declarat, a forma quoque cōmuniter generabilia omnia determinante deſeritur. Nondum uero dico a formis ſeiunctis. Derelinquitur præterea & a conuerſione, quæ in ſeipſum fit, ita ut non poſsit ſeipſam intelligere. Atque adeo magis qualitatū repletio oſtendit ineptitudinem ipſius ad intelligentem actionem ſubeundam, & incōgruitatem ad intelligibiles formas. Oportet nanque rationem percepturam formales ſubſtantias, mundam eſſe & purā ab accidentibus, maxime uero ab extremis, quales ſunt paſsiuæ qualitates, & reſpectu corporis immixtū, idque ideo, ut indiuiſibilia intelligat, in ſeipſamq; conuertere ſeſe ualeat. At unde nam demonſtratur, quod nullū eſt ipſi organum, adeo ut omnimodo ſit a corporibus ſeparabilis? An poſterius id manifeſte demonſtrabit, ubi paululū proceſſerit. Quando declarabit diſcrimen impaſsibilitatis ipſius intellectus & ſenſitiuæ facultatis.

*Et recte ſane dicentes animam eſſe locum formarū, præterquam quod neq; tota, ſed intellectiua; neq; actu, ſed poteſtate formæ.*

Commendat eos, qui aſſerebant, aīam eſſe locum formarū, atque ſimul ſignificat, qd' ipſe nō loquebať de intellectu aīæ participato. Ille nāque non eſt aīa, ſed præſtantior quædā ſubā: ſimulque ſignificat, quod formas ipſas non appellat accidentia (hæc enim quoque ſenſus recipit) ſed ſubſtantias eas, quæ per ſe ſunt, aut quæ omnino ſui ſunt iuris, aut quæ ex iis, quæ determinantur, ponuntur in perfectum eſſe. Locus aūt ideo dicitur, utpote ſuperuenientium ſuſceptiua, & quodammodo extrinſecus: idq; ideo ut ſeruetur proportio maxime ad corporeū locum. Quod ſi hoc ita ſe habet, neque tota ipſa intellectiua erit locus, ſed ea tm̄, quæ dicta fuit, & quæ omnino ad extra fluit. Quoniam, quæ manet, eadem eſt cum formis ſibi æqualibus, atque eiuſdem ordinis, at uero non recipit. Atque poteſtate eſt, non autem actu, quæ quadam rōne a ſeipſa recedit. Quæ uero tota in ſeipſam conuertitur, & iuxta ſuiipſius ſubſtantiam conſiſtit, non amplius poteſtate, ſed actu eſt. At uero eſt potius ipſe actus.

Te. 7 *Quod autem non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui & intellectiui manifeſtum eſt in ſenſoriis, & in ſenſu. Senſus nanque non poteſt ſentire ex uehementer ſenſibili, ut ſonum, ex magnis ſonis, neq; ex uehæmentibus coloribus & odoribus, neque uidere neq; olfacere. Sed intellectus, quãdo aliquid intelligat uehemẽs intelligibile, non minus intelligit inferiora, ſed etiã magis. Senſitiuũ nãq; non ſine corpore. Intellẽs autem ſeparabilis.*

Cō. Ex his quidem uult demõſtrare, quod prædictum fuit: quod ſcilicet nullum eſt organum in contemplatione formarum intelligibilium. Id uero demonſtrat a cõparatione ſenſus cum intellectu. Vt per ſenſum ipſum cognoſcẽtes, quid nam patiatur omne, quod mediante organo aliquid cognoſcit, uidenteſq; intellectiuum ipſum a paſſione remotum, ipſum quoq; contemplemur ſeiunctum a contemplatione, quæ per organum fit. Impaſſibilitatem aũt ipſe appellat, receptionem illam nõdum factã in ſuſceptiuo alicuius rei. Si igitur non ſimilis eſt impartibilitas ea, quæ in ſenſitiuo & intellectiuo eſt, ſuſceptiuum quoq; in utriſq; non ſimile erit, neq; etiam receptio ſimilis. Quęnã igitur hæc eſt diſſimilitudo? Qm̃ ipſius quidẽ ſenſitiui receptio cum mutatione quadam & corporea ſit paſſione. Pati nãq; aliquid oportet ſenſorium a ſenſibilibus, ad hoc ut ſenſus agere debeat. Intellectiui uero ipſius receptio eſt immutabilis. Quod uero per propriam actionẽ receptio in ipſo fiat, inde conſtat. Qm̃ ſenſus uehæmẽs aliqđ ſenſibile proprium percipiens, ut uiſus percipit ſplendidum colorem, ſtatim impotens fit ad recipienda obſcuriora & debiliora. Intellẽs aũt põt ex uehæmentium intelligibiliũ cõtẽplatione (hæc aũt ſunt formaliora quæq; & termini tranſcendẽtes, prẽſtãtiores, pſectiones, purioreſq; ſubę) inferiora quoq; intelligere. Ac magis etiam põt, anteq̃ intelligeret maiora. Intellectio nãq; roborat̃ ex cõtẽplatione prẽſtantiorũ rerũ, roborat̃ inq̃, & ualentior fit ad cognoſcẽda hæc poſteriora. Vnde cognitio illorũ, q̃ principiata & cãta ſunt, quę ex principiis & cauſſis fit præſtãtiſſima eſt. q̃ nã igit̃ eſt huius differẽtiæ cã? Qm̃ ſenſitiuũ quidẽ non ſine corpore agit, recipitq; formas, dũ organũ in receptione diſgreget̃, aut congreget̃, atq; adeo oino corpoream ſuſtineat paſſionẽ, manifeſtiſſime q; percutiat̃ in percipiẽdis uehæmẽtibus ſenſibilibus. Cũ igit̃ ſenſorium v. g. ſit multũ admodũ diſgregatũ, hmõi remanens, ut non poſſit pati a minus diſgregãte, nõ mouet actionẽ ſenſitiuæ uitę circa ipſum. Intellẽs uero, cum ſit ab omni corpore ſeparabilis nulla in re indiget mutatione, aut corporea paſſione. Iccirco neq; impeditur ad contemplationem inferiorum ſubeundam: cum ex propria pura actione, ea quoq;, quæ a præſtantioribus deueniant, recipiat. Ac nõ patitur ipſum corpus, ſed agens diuerſa pati dicitur.

Te. 8 *Quando uero ita quæcunque fiat, ut ſciens, dicitur, qui ſecundum actum.*

Cō. Intellẽs, qui aliquo mõ a ſeipſo recedit, & ad extra prouenit: qñq; quidẽ oino circa ſenſiblia conuertit̃, nullaque rõne formas, aut ſubãs intelligit, quæ quidẽ rõni & præſtantiori intellectui ſunt perceptibiles, nõ aũt ſenſui, & iccirco dicunt̃ intelligibilia. Qñquidẽ etiam rõnẽ appellat intellectum, cũ poteſtate ſit intellẽs, & imperfectus, & materialis, utpote aptus quidẽ ad receptionẽ intelligibilium formarũ & intellectionis illarum, at nõdum receperit. Qñq; uero perfectus, atque intelligibilibus formis refertus eſt (quatenus tñ intellectui ad extra prouenienti fas eſt) non quidẽ ab ipſis ſenſibilibus pfectus, ſed iis quidẽ, tanquam extremis formarũ ueſtigiis ſuperueniens, inde uero ad ipſarũ formarũ inquiſitionẽ excitatus, in illa in ſemet inclinatione, & ea rõne cõiunctus cum aĩæ manente & maxime prima ſubã, perficitur a formis manentibus in ipſa, & a cognitione unita illi. Non quia quidem fiat, quod ſubãlis illius intellectio exiſtit, neque quia euadat ipſæmet formæ, quæ illius in ſubſtantia manent, ſed quia perficiat̃ & impleat̃ ex formis, quæ ab iis proxime depẽdent, & a cognitione ea, quæ ſubſtantiali cognitioni coniuncta eſt, ſimul quidem, quatenus ad extra prouenit, ab aliis manentibus diuerſus factus, ſimulque & a ſeipſo. Qñquidẽ unus quodammodo eſt, et idẽ manet, & egredit̃. Perfectio igit̃, quæ in proueniente conſiſtit intellectu haud eſt, qualis illa ſubſtantialis, ſed ex occurſu & adhærentia, poſteriorque ſubãli, eique, quæ ſecundum habitum eſt. Habitus nãque circa ſubãm uerſat̃, non aũt ſubã eſt. A poſterioribus igit̃ ad priora, in cõtẽplatione ipſarum quaſi aĩæ partium, per ea, quæ proxima ſunt, aſcẽdens pbs, a materiali intellectu, & imperfecto, & eo, qui poteſtate eſt, tranſit ad intellẽm, q quidem & ipſe prouenit, ſed ea perfectione perfectus eſt, quæ per occurſum adhærentiamque fit. Qui quælibet fieri dicit̃, ueluti qui ſecundum actum ſciens, uidelicet hõ. Id quidẽ igit̃ fuit dictũ, ne in hoc quoque ita pfecto intellectu, actionẽ ipſam, aut eandẽ cũ habitu, aut ſemper ſequẽtem ponamus. Sed quemadmodum ſe hẽt, qui ſecũdum actũ eſt ſciens, uidelicet is, qui perfectum iam acquiſiuerit habitũ, nõ ſemper uero per ipſum agat, ſic etiã prouenientẽ intellẽm ſupponamus perfectum, ut quẽadmodum ob exitũ illũ ipſe a ſubſtantia ſeiungit̃, ſic etiam actionẽ ab habitu diuiſam habet, atque adeo ut non ſemper ſequẽtem, ſed aliqñ tantum, eo q etiam ipſe aliquãdo perficitur. Recte igit̃ etiam dictio illa, quæcũq;, fuit dicta de eo, ob diuiſam formarũ collectionem in ipſo exiſtentem. Verbum aũt, fieri, tum ob perfectionem aliunde factam, tum non perpetuam, ſed aliquando tantum exiſtentem.

*Id aũt contingit, quando poſſit agere per ſe. Eſt quidẽ conſimiliter, & tunc poteſtate quodã pacto. Non tamen eodem modo antequam addiſcat, aut inueniat.*

Poſſe ex ſeipſo agere, proprium eſt intellectus prouenientis quidẽ, attamen perfecti. Materialis nanque intellẽs, perficitur quidem etiam a ſeipſo, quatenus unus, & idem eſt animæ intellectus, qui manet & ad extra prouenit. At nequit agere & cognoſcere intelligibilia per ſeipſum, quantiſper ſit imperfectus, ſed ubi perfectus ſit, qui quidem eſt hic in præſentem contemplationem deductus. Sed neque ſubſtantialis animæ intellectus põt ex ſeipſo agere. Neq; enim in eo quod poteſtate agit, ſed in eo quod iam agit, ſuum habet eſſe collocatum. Is uero in poteſtate eſt, & qa non ſemper agat: ea rõne & ipſe poteſtate quadam rõne eſt, & tanquã ſemper non agens, & tanquam aliunde perfectus. Quẽadmodũ & quod iam uiuit corpus, potentia uitã habet dicitur, ob aduentitiam acquiſitionem uitæ, nõ tñ aliunde, ſed etiam aliqñ inditam. Sed nõ eodẽ modo, & antequã addiſcat, aut inueniat. Qualis erat intellẽs ille imperfectus. Ille nãq; ptãte erat tum ad ipſam perfectionem, tum maiori diuerſitate manifeſtiorique differebat ab ipſo perficiente.

*Et ipſe præterea ipſum tũc poteſt intelligere.*

Non per accñs intelligendum eſt, quod intelligibilia habeat, idemque quodãmodo cũ intellectis formis fit. Adeo ut principaliter formas, nõ aũt ſeipſum intelligat, ut Alex. opinat̃, ſed principaliter quoq; ſeipſum intelligit. Qm̃ unde nam Alexander, aut nos aliquid de ipſo ſcribimus, q non intelligit ſeipſum, intellectionẽque, atque uitã, & ſubſtantiam ſuimet? Vt ita intellectus ſit, non aũt ſenſus, qa ad alia extendatur, & in illa extenſione ad illa ſeipſum ſimul ſentiat. Etenim non tantum eſt intellectus, ſed etiam intelligibilis. Qui quẽadmodum intelligibiles formas ex iis, quæ ſunt ſubſtantiales aĩæ, depromit, ſic & intellectu & intelligibilis a ſubſtantiali intelligente & intellecto fit. Sed nihil, inquit Alexander, a ſemet patit̃, intelligere uero uidebatur eſſe in eo, q patiat̃ intellectus ab intelligibili. Non ſimpliciter, ſed illud ita eſt, qđ ipſi ſentire ſimile eſt: & quod aliunde perficitur, quãuis ex ſuamet actione pfectionẽ aliunde deuenientẽ recipiat. Patit̃ igitur etiam ma-

terialis ipſe intell's, & qui iam per adhærentiam & occurſum eſt perfectus, quatenus a ſubſtantiali perficitur intelligibili, & quatenus fit intell's & intelligibilis. Vbi uero ſemel fuit perfectus, ipſe ſeipſum, & quæ ſunt in ſe formas, intelligit & ſine paſsione ulla, & perfecta cum actione. Paſſio nanq; conſiſtebat in recipiendo aliunde, & explendo, at non in aliqua mutatione collocata erat.

Te. 9 *Quoniam autem aliud eſt magnitudo, & ipſum magnitudini eſſe, & aqua & ipſum aquæ eſſe, ſic præterea & multis in aliis, non autem omnibus. In nonnullis.n. idem eſt ipſum carni eſſe, & carnem, aut alio, aut alia rõne ſeſe habente iudicat. Caro.n.non abſq; materia, ſed quemadmodum ipſum ſimum, hoc in hoc.*

Cõ. Intentio ipſius eſt hoc in loco diuerſas intellectiones tradere intell's illius, qui quidem a ſubſtantiali ſua manſione prouenit, per habitum m̃ perficitur a ſubſtãtiali perfectione quæ animæ ineſt. Quarum una quidem eſt compoſitarum & diuiſibilium ſubſtantiarum, alia uero intellectio ſimplicium & indiuiſibilium: ut etiam hac rõne ſubſtãtialem animæ contemplationem dijudicet, quæ cõtẽplatio quidem manet, quantum ei poſsibile eſt, in ſimplicibus & indiuiſibilibus. Veluti nobilior illæ animæ intell's, qui nõ tranſit a formis ad formata, ad hoc ut etiam ea cognoſcat: ſed in ipſa formarum intellectione, tanquã ex cauſsis, formata quoque, quæq; ipſis ſuperueniunt, & ut ſimpl'r dicamus, cauſſata quoque omnia, materiãq; illas extremas ſuſcipientem, cæteraq; omnia, quæ quouis modo ipſi aſsident, per cauſſalem cognoſcit intellectionem, & id quidẽ, quatenus cauſſata in formis ipſis cauſſali mõ præaccepta fuere. Quem ſane intellectum in anima, quæ in ſuipſius ſubſtantiam retorquetur quantum ei fas eſt, imitatur, nimirum quia connate ipſi coniuncta, dum in ſupremis ſuimet rationibus manet, nullaq; rõne ad extra deuenit colligataque cum formis, quæ in ipſo ſunt intellectu, in ijs etiam illa cõtemplatur cauſſata ipſa per cauſſalem ſimplicitatẽ. At non ita præterea, anima egrediens a ſeipſa, licet perfectam conſtruxerit contemplationem, in formali manet ſimplicitate, ſed id quidem fit, ob perfectionem ex ſubſtantia inditam, & ob contactum, colligationemq; cum ſemet, tanquam alterius cum altera quodammodo. Neq;.n.per unitionem occurrit formis, licet ea longius ſit, quæ uere in ſe manet, ſed ob exitum ad extra, non m̃ a cauſsis, ſed pari ordine ipſis occurrit, nimirũ cauſſatis exientibus ipſa exiẽs, & proueniens: cum ſenſu ſenſibilia cognoſcat, rationali uero cum cognitione cõpoſitas & omnino formatas ſubſtantias cognoſcat. Quæ rationalis quidẽ cognitio ab ea, quæ formas percipit, diuerſa eſt: & eadem quoque etiam, ſed flexa quaſi, & ita quidem determinata ipſa intelligit. Terminos nãque recte percipit & abſq; ulla flexione. Perfectiones quidem.n.ſunt termini: & intellectio ipſorum iuxta perfectionem conſiſtit, quandoquidem etiam omnis cognitio iuxta cognoſcibile formata uero ipſa ſunt perfecta, & intell's, qui pari ordine ipſis occurrit. At nõ ſunt perfectiones, ſed cum quadam perfectionis participatione. Remiſsio autem ſiue refractio participationem illam declarat. Etenim medicus eſt quaſi reflexa medicina. Idq; per ſubſiſtentiam quidem ſecundum medicinam conſiſtẽſem, attamen ſecundum & iam egreſſam. Quoniam, qd' in eo ꝙ participet, eſt, quod eſt, diuerſum ab eo eſt, cuius particeps ſit, licet iuxta illud ſit quod eſt. Et hac quidẽ rõne recta linea refracta, hoc eſt flexa, adeo ut angulum faciat, a linea extẽſa facta fuit: cum egreſſa fuerit iam ipſum ſimplex, atq; adeo quaſi ad diuiſionem acceſſerit. Hęc ſane Ariſto. in his de intellectu perfecto in exitu philoſophatur, hoc ipſum præ omnibus nos edocens, ꝙ formatũ ipſum diuerſum eſt a forma. Magnitudo quidem igitur & caro, & aqua ſunt formata. Vniuſcuiuſq; autem horum eſſe eſt cuiuſque forma. In eo nanquam qd' quid erat eſſe, forma conſueuit determinari. Quandoquidem iuxta ipſam formata acquirunt eſſe. In quibus igitur forma nõ manet eadẽ, neque ſuimet iuris, ſed alterius determinatrix eſt, in ijs alterum eſt ipſum, uidelicet determinatum, & ipſum eſſe ei, quod quidem eſt terminus, ſecundum quẽ determinatur. In quibus uero forma immaterialis eſt, & per ſeipſam manet, & non eſt alterius terminus, in ijs idem eſt tum ipſum, tum eſſe ipſi. Vt caro, & carni eſſe. At non uerum accepit exemplum. Subiungit itaq;, ꝙ caro materialis eſt. Eſtque quemadmodum ſimum. At ꝙ immateriale ita ſeſe habeat, demonſtrat. Sed quõ dicitur hoc in hoc, caro, ſcilicet, & ſimum, & ut ſimpl'r dicamus, quod eſt compoſitum ex materia & forma? Siquidem particula, hoc. formam denotat. Illa uero, in hoc, aut naturã formæ refert in materia, aut qualemcũq; habitum ad alterum uergentem, tanquam indeterminatam per ſe. Neque.n. idẽ eſt forma tũ ipſum formatũ cũ forma, quæ in alio eſt. Hæc qdẽ.n. terminus eſt, licet alterius ſit. Illud uero eſt determinatũ, licet ſit immateriale, ueluti cœleſte corpus. Nõ igitur idem eſt ſimum cum cauitate naris: neq; animal cũ uita corporis. Quemadmodum neque medicus idem eſt cum medicina, quæ in homine eſt. Ex cauſsis aũt elementaribus, & proximis ſcientiali uia cognoſcitur. Videlicet ex forma ipſius determinatrice, & ex materia, quæ illam recipit. Quod igitur dixerat. hoc in hoc, non denotat cõpoſitum, ſed cauſſas compoſiti. Collocatio nanque formæ in materia perficit compoſitum.

*Senſitiuo quidem igitur calidum & frigidum iudicat, & quorum ratio quędã caro. Alio uero aut ſeparabili, aut quẽadmodum refracta ſe habet ad ſeipſam cum extenſa fuerit ipſum carni eſſe, iudicat.* T. 10

Quandoquidem alio, aut eo, quod aliter ſe habet iudicare dixit & magnitudinem, & ipſum magnitudini eſſe, diſtinguit quænam quidem alio, & quæ eo, ꝙ aliter ſe habeat. Quæcũque quidem uidelicet ſunt ſenſibilia, ut qualitates, colores, figuras, & magnitudines, & ut ipſe inquit, quorum ratio quædam eſt caro: hoc eſt, quorum proxima cauſſa eſt ſubſtantia determinata. Sæpius nãque, quẽadmodum a Platone in Gorgia, & Thęteto, ſic etiam ab Ariſto ratio accepta fuit loco proximæ cauſſæ. Proxima uero accidentium omnium cã eſt determinata ſubſtantia, Quoniam in ipſa, & circa ipſam, & ex ipſa ſubſiſtũt. Caro igitur accepta fuit loco omnis determinatæ ſubſtantiæ. Senſibilia quidem igitur ſenſu intell's iudicat. Accidentia nanque & particularia ſunt ſenſibilia oĩa. Quorum pari ordine ſenſus eſt perceptiuus. Intell's aũt ſubſtantiarum. Ideo in his alio iudicat. Senſu nanque iudicat, qui alius eſt ab intellectu, qui quidem iudicat omnino determinatam ſubſtantiam. Quandoquidem etiam uiſum eſt ei rõnem appellare, ut eſt prædictum, intellectum. Non igitur alio terminos iudicat, ſed ſeipſo quidem, aliter tñ ſe habente, iudicat. Idque fit, quantiſper formas quoque contẽplemur intellectu exeunte & ad extra proueniente, atque adeo in nobis perfecto. Quoniam aĩa, quæ in ſuimet ſubſtãm ſeſe retorquet, iuxtaque actum ſtat perfectum, cũ formiſque unitur, quæque oĩno ſeparatur ab occurſu, adhærentiaue horum ſecundorum, diuerſa eſt a uita illa ad extra proueniente. Ideo hoc in loco adiectum fuit, alio uero, aut ſeparabili, aut quemadmodum refracta ſeſe habet erga ſeipſam, cum extenſa fuerit, ipſum carni eſſe iudicat, alio quidem, uidelicet cum ſeparabili, hoc eſt, ſeparata cõtẽplatione ab actionibus, ad extra emiſsis, & in habitus poteſtateſque tendentibus, iudicat formas. Niſi certe hunc quoque non alio, ſed eodem, diuerſe tamen ſe hñte dicendum ſit: eo quia una ſit tota anima, tum quæ manet, tum quæ ad extra prouenit. Omnium igitur conſeſſu eodem quidem iudicat, quod tñ aliter ſe habet: quando intell's tum determinatas cognoſcat ſubſtantias, tum formas per ſe determinet, quod inquam aliter ſe habet, ut ſe habet recta linea ad refractam. Etenim refracta linea, quemadmodum fuit iam determinatum, denotat cognitionem formatarũ

rerum,

rerum, quæ ſunt pari ordine. Extenſa uero linea tanquam recta & non flexa, comprælienſa fuit tanquam ſignum cognitionis terminorum & perfectionum, propter cauſſas, quas ſuperius nos diximus.

T.11 *Rurſus uero in iis, quæ in abſtractione ſunt, ipſum rectum tanquam ſimum. Cum continuo nanque. Ipſum autem quid erat eſſe, ſi eſt diuerſum ipſum recto eſſe, & ipſum rectum, alteri. Sit nanque dualitas. Altero itaque, aut alio modo ſeſe habente iudicat.*

Cō. Ariſto. conſueuit, & opinari & dicere Mathematica in abſtractione conſiſtere, non inquirens, ueluti Pythagorei ipſi fecere, excelſas illarum Mathematicarum imaginum rōnes, quæ quidem ſubſtantiales ſunt in ipſa animæ uita, quæ corpoream refert formam: ſed ea quidem Mathematica in ipſis imaginabilibus imaginibus eſſe inquit. Quas quidem circa imagines Mathematici reuera oēm ſuam cōſummunt operam. Ipſi quidem igitur in excelſas & uitales imaginum rōnes intuentes, poſuere mathematica ipſa ſubſtantias eſſe. Ariſt. aūt ab iſtis imaginibus ſeiungit ſubſtantiam, ipſaſque inquit per abſtractionem imprimi, dū anima ipſas recipiat, per imitationem quandam factam reſpectu ſenſibilium. Non quia per propriam actionē has etiam anima promat. Denotat aūt id circūductio illa, quę in uerum & falſum ducit. Neque.n. uere cubica eſt ſenſibilis figura, neque uere & certe ſine latitudine eſt linea naturalis, ſed quæ Mathematica. Intrinſecus quidem igitur ſunt hæ imagines, ſed non ſine ſenſibilium cognitione anima ipſas promit. quemadmodum neque præſtantiora ſcibilia, aut intelligibilia. Sed propter plurimam imaginabilium ſimilitudinem cum ſenſibilibus, quod ad abſtractionē attinet, habuit locū proprie in imaginabilibus, ut quæ quaſi eadem ſint cum ſenſibilibus, abſq; naturali materia. Qm̄ & quæ in imaginatione eſt imago non eſt tanquam forma, ſed tanquam formatum. Impartibilis nāque atq; adeo indiuiſibilis eſt oīs forma, magnitudines uero in dimenſione conſiſtunt. Numeri quoque in diuiſione ſunt. Recte ergo etiam rectum ipſum tanquam ſimum dicitur, propter continuitatem, et dimēſionem, eo q̄ neq; forma, neq; quod quid erat eſſe ſit, quod quidē eſt ipſum eſſe recto, ſed aliud ſit præter ipſum rectum. Philoſophus aūt hypothetice, cōditionaliterq; loquitur, ſi eſt diuerſum, inquiens, qm̄ non proponit nunc temporis hæc pertractare. Qm̄ in Metaphy & pertractauit & declarauit. Ac nūc quoque in memoriam reduxit, inquiens. Sit nanque dualitas, rectum uidelicet. Vnitas nanque eſt ipſum recto eſſe, quia indiuiſibiliter unum ſit. Dualitas aūt ipſum rectū, non q̄ duo ſit, unum nanque etiam ipſum eſt, ſed cōtinuū & diuiſibile, & hac ratione repræſentans dualitatem. Mathematica igitur quoque ipſa, aīa iudicat aut altero, aut eodem, altera tn̄ rōne ſe habente. Veluti in ijs, quæ determinata fuere, ſatis fuit expoſitum.

*Et omnino igitur, ut ſeparabiles res a materia, ita & quę circa intellectum.*

Non circa omnem intellectum, impræſentiarum intelligit. Neq;.n. intelligit circa ſeiunctum ab aīa intellectum. Neque circa eum qui in aīa eſt, & unitur illi connate, neque enim illi a formarum cognitione recedunt, ſed circa eum intelligit, de quo eſt ſermo, qui quidem in illo ad extra prouentu perficitur, quiq; æquali ordine, pariue res ipſas cognoſcit. Atque id quidem, ut etiam tanquam terminus ob perfectionem formas occurrat, atque adeo tāquā determinatus ob declinationē ad extra, formatis rebus occurrat, tanquam quæ ex ipſis formis prouenlant. Huiuſmodi uero intellēs intelligit nō ſeparabilia ab omni materia, ueluti aīatam ſubſtantiam, & præſtantiorem intellectum, tum ea quæ quadam ratione ſunt ſeparabilia, ut Mathematicas & naturales formas, non quia ad hoc, ut ſint, ſubiecto indigeant, & ea ratione ſint ſeparabiles, at quia alia determinent, inſeparabiles ab ipſis exiſtunt. Præterea quoque ipſa formata intelligit, quæ non ſunt a materia ſeparabilia. Videtur nanque nunc temporis materiam ipſam appellare determinatam ſubſtantiam. Quemadmodum igitur ſe habēt res iuxta ſeparabile, aut inſeparabile ipſius materiæ, ſic etiam ſe hn̄t huius intellectus contēplationes. Ipſæ nanque ita circa intellectum uerſanť, ut oīno ſeparabilia, aut quæ quadam rōne ſunt ſeparabilia, aut inſeparabilia comprælendant. Quod ſi illius actiones ſunt tales, manifeſtum fit, q̄ & ipſe non ſolum, aut omnino ſeparabilis, aut quadam rōne, neque ſolum inſeparabilis, ſed etiā oīno ſeparabilis, ob connatam illam iam dictā coniunctionem cum ſubſtantia aīæ, ob perfectionem quā ab illa exhaurit. Præterea quoq; quadam rōne ſeparabilis eſt, rurſuſque inſeparabilis, quia extenſionem ad extra facit, tum ad formas aliorum determinatrices, tum ad ea, quæ ſecundum ipſas determinantur.

*Dubitaret autem aliquis, ſi intellectus ſimplex eſt, & impaſſibile, & nulli nihil habet commune quemadmodum inquit Anaxagoras, quomodo intelliget, ſi intelligere ipſum pati quoddam eſt? Quatenus nanque aliquid commune utriſq; ineſt, alterum quidem facere uidetur, alterum autem pati.* T.12

Vbi abſoluit contemplationē de duplici intellectu p o uenient e ad e tra, qui cum duo ſint, diſtinguuntur ſcd'm perfectum & imperfectum, & ſecundum id quod poteſtate duplex eſt, atque adhuc iuxta id, q̄ aut totus cū ſecūdis cōplicatur uitis, aut q̄ in ſeipſum retorqueatur aut in ſubſtantiam, a qua perficitur, cūq; uelit ad ſubſtantialem aīæ intellectum ſeſe conferre, duas in medium ponit de prædictis intellectibus dubitationes. Quarum prima maxime conuenit imperfecto intellectui, minus autem ei qui iam perfectus eſt. Secunda uero conuerſim ſe habet. Per has uero utraſque communicationē quandam eorum, qui dicti fuerunt, cum eo, qui dicendus eſt tradit. At unius quidem longinquiorem, alterius uero propinquiorem. Extremus nanque & materialis intellectus demonſtratur, cōmune quid habere cum agente, ut qui ſit natus aptus perfici. Et qui ſecundum habitum perfectus eſt magis cōmunicat cum eo, qui ex ſe perfectus eſt, eo quod etiam ipſe ſit intelligibilis & immaterialis. Quandoquidem in immaterialibus intelligibile intelligit. Quænā igitur eſt prima dubitatio, & unde mouetur? Ex intellectu qui ſecundum actum eſt, quiq; ſupra ipſam eſt animam. Ille nanque impaſſibilis eſt, utpote a nullo patiens, & cum ſecundis iſtis immixtus. Quæmet tn̄ intelliguntur, ſm cauſſalem ipſorum comprælēſionem, ſed non tn̄ pari ordine cum ipſis. Ideo nihil cōe habet, quod ipſum eiuſdem eſſe ordinis demonſtret. Qm̄ in cauſſali cauſſatorum comprælenſione, ſeiuncta in primis ineſt cum ſecundis cōmunicatio. Qui ergo factum fuit, ut intelligere ipſum in pati collocauerimus & in communicatione quadam per mixtionē facta? Iccirco, ut cōmunicatio illa quodammodo pari ordine ſe habeat, ueluti in ipſis agentibus & patientibus fit. Seiunctæ nanque & ſupernaturalis cauſſæ, oīum quidē conſtitutiuas non aūt effectiuas eſſe ab Ariſto. dicuntur. Qm̄ de proximo non incipiunt generationē. Efficiens nāq; ad id quod fit, reſpicit, ſed illæ quidem cauſſæ ſunt ſubæ, & huius, q̄ oīa ſint. Eſt igitur dubitatio. Qūo intelligere in ipſo pati locandum, cum intelleꝰ impaſſibilis ſit, ueluti etiam Anaxagoræ vr̄? Qūo aūt non habebit aliquid cōe cum efficiente, ſi patitur? Iuxta cōe nanq; aliquid, hoc quidem agit, hoc aūt patitur, cum intelleꝰ immixtus ſit, cū nulloq; alio cōe quid habeat. Talis quidem eſt dubitatio, ſubdit aūt aliam quoque, cum ita ſcribat.

*Pręterea uero ſi intelligibilis etiam ipſe: aut enim & aliis intellectus inerit, niſi ſecundum aliud & ipſe intelligibilis. Vnum autē quid ipſum intelligibile for-*

*ma: aut mixtum quid habebit, quod facit intelligibilem ipſum, ſicut alia.*

Dubitatio quidem hæc cõuenit etiam intellectui imperfecto, ut qui poſsit ipſo ſeipſum intelligere, iuxta primum ſignificatum eius, quod ptãte eſt. Manifeſtius aũt adhuc conuenit & intellectui iam perfecto: de quo clare fuit dictum, & ipſe ſeipſum tunc põt intelligere, uidelicet ſecundum ſignificatũ eius, quod poteſtate. Quod uero ſeipſum intelligere poteſt patet, ꝙ non tm̃ erit intelligẽs, ſed etiam intellectum, ſimulque intellectus, & intelligibile. Ac manifeſtum quidem eſt, quod etiam ſubſtantiali animæ intellectui, propterea quoque pręſtantiori, quam qui eſt animæ, ea ratione aſsimilatur, quatenus in immaterialem reducitur, ob indiuiſibilem ſuiipſius ad ſemet unitionem. Ideo dubitatio hæc communis eſt, utpote inſtans tum ad ſimplex tũ immixtum ipſius intellis. Si nanqꝫ intelligibile ipſum alijs quoqꝫ ineſt tum naturalibus formis, tum ſimplr naturalibus ſubſtantijs, intellectus uero non omnibus ineſt, nõ idem certe poſſet eſſe forma, hoc eſt, ratione, & intellis & intelligibile, licet nõnunquam ſubiecto concurrant. In quibus igitur concurrit, quandoquidẽ nõ quatenus intellectus, eſt intelligibilis, iuxta aliud aliqd determinatum, quod quidem alijs cõmune ſit, habebit intelligibile ipſum. Nõ ergo ſimplex erit. Verbum aũt illud, mixtum, appoſitum eſt, ob adiectionem intelligibilis, ex proprietate ſua uariãtis ab intellectu. Clauſula uero, uelut alia, augens dubitationem adiecta fuit, ob intellectus cõmunicationẽ cũ illis, licet partibilibus, materialibuſqꝫ exiſtentibus. Talia nanqꝫ ſunt, quæ dixit alia.

T.14 *Aut ipſum quidem pati iuxta commune aliquid diuiſum fuit prius, quoniam poteſtate quodammodo eſt intelligibilia intellectus, ſed actu nihil, antequam intelligat. Oportet autem ſic, quemadmodum in tabella, cui nihil ineſt actu ſcriptum. Quod quidem contingit in intellectu.*

Cõ. Reſumit per hæc priorem dubitationem, ſeruãſqꝫ propriam poſitionem, ꝙ uidelicet intellis, qui ad extra prouenit, patiendo intelligat, aſſerenſqꝫ huc habere cõe aliquid cum intelligibilibus, cum quoqꝫ, qui licet adhuc imperfectus ſit nõ omnino tñ ſeiungit ab intellectu, qui ſecũdum actum eſt, demonſtrat tum ex eo, quia aptus ſit natus intelligere, tum quia ſuſceptiuus ſit intelligibilium formarũ, ex ſuperioribus uidelicet formis abſolutus & elaboratus, ſemper nanque agens ipſum nobilius eſt patiente, ut ipſe dicturus eſt. Quod ſi ex ſuamet actione a præſtãtiori perficitur, ueluti ipſa intellectio id indicat, quæ pura eſt actio, cur non multo magis puro intellectui connaſcitur, & copulatur, atque adhuc multo magis intellectus, qui ad extra prouenit quidem, perfectus tñ eſt, iamqꝫ ex ſeipſo agere poteſt, iuxta ſecundum ſignificatum eius, quod poteſtate? Hæc quidem igitur eſt intentio eorũ omnium, quæ ad primam dubitationem dicuntur. Sed uerba conſideranda ſunt. Pati inquit iuxta cõe diuiſum fuit prius. Qm̃ quædam eſt affinitas eius, quod quauis ratione patitur cũ agente. Qm̃ neceſſarium eſt, ut ſit poteſtate, quod quidẽ agens eſt actu, ideo & poteſtate quodammodo intellis eſt intelligibilia, hic uidelicet, qui quia patitur intelligit, & q adhuc imperfectus exiſtit. At & hic poteſtate quodammodo eſt, ſed non ſimpliciter, ueluti materia ipſa, ob perfectionem intellis, quæ ex ſuamet actione ab intelligibilibus abſoluitur. Atqꝫ etiam quia nõ duo ſolum ſunt, ſed unus quodammodo tum manens, tum proueniens intellectus, & ea rõne quodammodo actu ſint. Quatenus uero proueniens eſt, & a ſeipſo recedens, atqꝫ adeo adhuc imperfectus, poteſtate; actu uero nihil antequam intelligat, & anteaquam ſufficiens fiat per ſeipſum intelligere. Et hic quidẽ intellis eſt ille, qui tabulæ nõ ſcripta aſsimilať. Nam cũ hæc apta ſit, ut inſcribatur, nondum tamen eſt inſcripta, & cum anima noſtra a propria ſubſtãtia ad extra fluat, adeo ut ignorantiam et imperitiam cum ſuimet, tum omnis formalis ſubſtantiæ ſubeat, perfectione indiget, quæ tanquã ab alio ſubminiſtretur. A ſeipſa quidem nanqꝫ id acquirit, attamen quaſi ab alia: quoniam a ſuamet & propria receſsit ſubſtantia. Perficitur igitur ubi cõuerſa fuerit ad ſubſtantiales rõnes, quæ in ipſa ſunt, iuxta ipſas & inquirens & inueniens ueritatem entium, quæ quidem rõnes in contemplationem excitantur, perficiuntque portionem illam ſuiipſius ad extra prouenientem. Vnde & proueniens ille intellectus tunc perfectus eſt, ubi in eo inſcriptum fuerit, aduenititie quaſi, & tanquam aliunde. A ſubſtantiali nanque actione perficitur. Quod quidem contingit in intellectu, de quo ſermo habeť, de eo inquam qui fluit, aut qui ex habitu, adhærentiaqꝫ perficitur, occuritqꝫ. Solus nãqꝫ ille, qui ex pura actione eſt ſubalis, & manet in ſemet, & a ſeipſo perfectus exiſtit.

*Et ipſe pręterea intelligibilis eſt, quemadmodum intelligibilia. In iis nanque, quę ſine materia ſunt, idẽ eſt, ipſum intelligens, & quod intelligitur. Scientia nãque contemplatiua, & ſcibile, idem eſt.* T.15

Cõ. Secundam deinde dubitationem dijudicat. Hoc.n. ipſum intellectus proprium eſt, ꝙ ſeipſum intelligat, aut poſſit intelligere. Vnde intelligibilis eſt ille, qui adhuc imperfectus eſt, tanquam poteſtate intelligibilis, iuxta primũ ſignificatum eius, quod poteſtate. Et qui perfectus eſt, præſtantiori modo intelligibilis eſt, iuxta ſecundum ſignificatum eius, quod ptãte: & ex ſeipſo ſufficiens eſt ſeipſum intelligere, tanquam quia iam perfectus, & tanquã quia ſubſtantiali intellectui adæquatur, appropinquatqꝫ ſeipſum ipſi, qui actu intellectus eſt. Quamuis.n. is etiam intellis, q perfectus eſt, poteſtate ſit, id tamen eſt iuxta ſecundũ eius, quod ptãte eſt, ſignificatum. Verum ſi intelligibilis etiam eſt intellectus, quemadmodum intelligibilia, intelligibiles aũt quoqꝫ ſunt materiales formæ, tum quid cõe habebit cum ipſis, tum neqꝫ immixtus cum ipſis erit, & non ſimpliciter inerit. Siquidem diuerſum eſt intelligibile in forma ab intellectu, id quod indicat intelligibile ipſum, qď quidem materialibus ineſt, non autem intellectus ipſe. Ea nanque, quæ ratione quoque ſunt eadem, neceſſarium eſt ſimul concurrere. At uero, qũo pbs ad hæc occurrat, animaduerte. In ijs quidem, quæ immaterialia ſunt, idem eſt, inquit, ipſum intelligens, & quod intelligitur, idqꝫ inquit, rationem reddente coniunctione, nanque. ſ. utens, cãm tradens per quam intellectus intelligibilis eſt. Omnis nãque immaterialis eſt. Ac ſi ullum contineat corpus, uel fingere eſt difficile: conuerti turqꝫ in ſeipſum. Vtpote cum fides omnino ſequať opinionem, quæ ultima eſt aĩæ ratio, Quæ quidem fides eſt aſſenſus tanquam in ueritate, elaboratus per opinionis conuerſionem in ſeipſam, quæ quidẽ opinio iudicat ſuiipſius intelligentiam tanquam ueram de rebus ipſis. Qm̃ igitur intellectus oĩno immaterialis eſt, & intelligibilis, ut qui ſeipſum intelligat, in intellectu autem, qui ſecundum actum, atqꝫ forma exiſtit, intelligens & qď intelligitur idem eſt, qm̃ oĩs cognoſcitiua actio cognoſcibili determinať, eſtqꝫ, quod quidem eſt cognoſcibile, iam etiam ſenſus, multo magis aũt ſcia id habebit. Quanto nãque nobilior eſt cognitio, tanto nobilior eſt unitio ipſius cum cognoſcibili. Qm̃ etiam ſenſus principaliter cognoſcit ea, quæ in materia ſunt poſita, iuxta illorum formas, quæ ſunt in ipſa collocatæ, ſed non cognoſcit formas, quę in ſeipſa ſunt, ideoqꝫ proprie non eſt ſenſibilia ipſa. Scientia uero principaliter contẽplatur formas & rationes, quæ in ipſa ſunt, idque ideo, ut cauſſata ex cauſsis contempleť. Licet igitur tranſeat ad cognitionem cauſſatorum eiuſdem ordinis, nihilominus iuxta præcedentem ipſorum compræhenſionem, quæ ſit per cauſas, quæ in ſeipſa ſunt, eadẽ eſt cum ſcibilibus ipſis, iis uidelicet, quæ in ipſa ſunt, quæ proprie & primo ſunt ſcibilia. Scientia igitur cõtẽplatiua, & quod hoc modo ſcibile, utpote iam conſideratum, at

non

non id, quod adhuc poteſtate ita eſt, idem exiſtit. Quoniam ſcientialis ratio in ſeipſam conuerſa, atq; adeo ſcibile ipſum in ſeipſa hn̄s, & ſecundum illud in agendo determinata iuxta quoque cognoſcibilis terminum cognitionem ſiſtit, adeo ut una & eadem ſit ratio ipſius ſcibilis ſecundum actum, & ſciæ ſecundum actum, qui quidem eſt ſcibilis terminus. Vbi uero dixit in immaterialibus idem eſſe intelligens, & id quod intelligitur, ſubiunxit. Scia nāque contemplatiua, & ita ſcibile, idem eſt: adeo ut quem iam tradidit intellm̄, hunc uelit ipſam eſſe ſciam, poteſtate quidem, imperfectum. Actu uero perfectum, & iam cōtemplantem. Neq; enim ſcientia utitur tanquam exemplo ipſius intellꝰ, ſed tanquam manifeſtiori noīe ſciæ & ſcibilis exiſtēte, demonſtrat mutuam illorū idēptitatem.

T.16 *Ipſius autem non ſemper intelligere, cauſſa eſt inueſtiganda.*

Cō. Non oino immateriale eſt ipſum intelligibile, uel ſemper intelligit, neque id fuit ita conſtitutum, ſed hoc ſolum, ꝙ in immaterialibus intelligibile idem eſt cum intellectu. Ita ut quod actu intelligitur, ſit actu intelligens. Et quātiſper poteſtate ſit intelligibile, tantiſper etiam ſit poteſtate intelligens. Nihilominus aūt dignum eſt cām inquirere ꝓpter quā nonnulla immaterialium intelligibilium non ſemper intelligunt. Quando neque actu ſunt ſibi ipſis intelligibilia. Ac cā quidem eſt progreſſus ille, qui ꝑ media ſemper ab extremis ad ultima tendit, ita ut non detur uacuū. Qm̄ etiam maiora neceſſarium ſit eſſe media ipſa ultimis, tanquā præſtantiora, & magis accedentia ad ea, quæ primo ſunt. Media uero cum humana ſit aīa, aut potius humanæ aīæ ratio, quam intellm̄ appellat, inter diuiſibilia & indiuiſibilia, & ea, quæ ſic ſe hn̄t ſemper, eaque quæ oīno mutant: rurſuſq; inter ea, quæ oīno ſuimet ſunt iuris, & ea q̃ alteri inſunt, adeo ut ab alteris q̄dē ſeiuncta ſit, ab alteris ꝗ ſuperet: quatenus q̄dē ſuꝑ ea eleuata eſt, q̃ alii inſunt, ipſa quoq; immaterialis eſt, quatenus uero ſuperat ab extremis, ab ĳſq;, quæ ſemper in ſeipſis manent, non ſemper intelligit, aut intelligitur uere: ſed manifeſtiſsime quidem uita recedens a ſubſtantiali intellectione ipſius rōnis in imperfectum & id quod poteſtate ſubit: & hæc quidē ſubſtantialis ipſius intellectio conſtringi vr̄ mihi in occurſu uitæ ad extra prouenientis, idque ideo, ut per ſeipſam totam medietatē ſeruaret. Atque ut hoc ipſum rōnem ad extra prouenientem promat, & ut ſeparetur, quod Ariſt. dicit. Separata aūt eſt, quod uere eſt. Licet hæc ſeparata non habeat locum, in eo intellectu, q ſemper eſt ſeparatus. Qūo aūt cum etiam ita ſemper permaneat, eodemque modo, qūo inquam aliq̄n imperfectam rōnē a ſeipſo prouenientem emittebat, aliquando aūt perficiebat, aliquando uero quoque in ſeipſum cōtraxit? Sed manifeſtum eſt, ꝙ etiam ſubſtantialis aīæ noſtræ intellꝰ neque uere permanet ſemper in conuerſione in ſeipſum facta, neq; omnino recedit, ueluti paſsibilis intellectus. Qui quidem eſt ad extra proueniens idq; ideo, ne ipſe quoq; altero perficiēte indigeat. Tm̄.n. ſubſtantialis ipſe intellectionem remiſit, ut ſincere quidem non intelligat ſibimet tn̄ ſufficiens ſit ad ſuĳpſius perfectionem Tm̄ quidem, ut ipſum ad extra prouenientem perficiat. Poſtremo uero in illius quidem receſſu, attamen abſoluto in ſeipſum ſiet regreſſu. Quandoquidem etiam ſeparatus uere eſt, quód eſt Medietas igiť in cā eſt, ut ſubſtantialis ille intellectus haud pure maneat. Nūc uero ſermo habitus eſt a ꝑhiloſopho hactenus de intellectu ad extra proueniente: qui non ſemper intelligit, aut quia recedens a perficiente ſubſtantia ob multum fluxum, totus fiat ipſorum ſenſuum & imaginationum, atque ſimpliciter uitæ, quæ corpoream refert formam, & iccirco maneat imperfectus Aut propterea, quia quamuis iam perfectus ſit, intellectus tn̄ proueniens impediatur, quo ad cōtemplationem & id quidem, quia uiciſsim practice agāt, ob multam illam diuiſionem, quæ in proueniente intellectu apparet, illud uero, ob corpus, & caſus extrinſecus occurrentes, quæ multa negotia faceſſant. Præterea ob imaginationes indeterminate motas, & excitatas. At cum de immateriali loquutus fuerit intelligibili, ꝙ idem ſit cum intellectu, anteaquā determinaret de materiali intelligibili, in medio ſubiunxit de ſcientiali rōne, eo quia ſemper intelligat. Idq; ideo, ut abſoluto ſermone de immaterialibus intelligibilibus, ſic ad eum migraret, q de materialibus eſt tractaturus intelligibilibus.

*In habentibus autem materiam, poteſtate ſolum unū quodque eſt intelligibilium.*

Non quia ſibiĳpſi poſsit fieri intelligibile. Hoc.n. nōnullis immaterialibus intelligibilibus tm̄ contingiť Neq; q̄a aliquando poſsit alteri fieri intelligibile. Licet nanq; ſemper ab alio intelligatur, & nūquam a ſeipſo, poteſtate eſt. Quemadmodum etiam quod iam uiuit corpus, poteſtate uitam habere dictum fuit, utpote quod non ꝑ ſeipſum, neq; ex ſeipſo, ſed acquiſititio modo uiuat. Intelligibile ſane, & quod materiale alteri eſt, imperfecte exiſtit intelligibile. Neq; enim ſufficiens eſt ipſum per ſeipſum intelligi, niſi adſit intelligens, diuerſum ab ipſo. Id igitur imperfecte intelligibile erit, quod altero indiget, ad hoc ut intelligatur. Id uero quod poteſtate, eſt ipſius imperfecti. Adeo ut æquiuocum quodāmodo ſit, aut ita, ut ea quæ ab uno ſe habent quod immaterialibus intelligibilibus, & quod materialibus contingit.

*Quare illis quidem non inerit intellectus.*

Illis, uidelicet materialibus intelligibilibus, ueluti tum ipſorum formis, tum compoſitis ſubſtantĳs. Cauſſamq; apponit, propter quam intellectus non inerit.

*Sine materia nanque poteſtas eſt intellectus talium.*

Immaterialem oēm eſſe aſſerit intellectum, et ea ratione materialibus non ineſſe: eſſe tn̄ inquit materialium poteſtatem, ut quia, quod poteſtate eſt ipſorum perficiat. In Metaphy. nanq; non tantum in patiente, ſed etiam in efficiente id, quod poteſtate, ponit, atque adhuc in omni cā, quæ poteſtate cum cauſſato complicatur, & eo, quod poteſtatem ipſam terminat & finit. Merito igitur ipſe quoque intellectus poteſtas eſt materialiū, quo poteſtate ſunt intelligibilia, ita ut ipſe, quod poteſtate illorum eſt in actū ducat in ſeipſo. Vt enim menſurans circa menſuratū agēs nihil in ipſum facit, ſed a ſeipſo cognitionem habet, quantum illud ſit, ſic & materialia ipſa intelligens circa ipſa quidem agit, non m̄ in ipſa aliq̄d facit, neque aliq̄d ab ipſis patitur, ſed iuxta cās, quæ in ſe ſunt illorum perceptrices, cognoſcitiuam illorum promit actionem.

*Illi autem intelligibile inerit.*

Intellectibus uidelicet, quandoquidem omnes ſunt immateriales. Non alterius aūt, ſed ſuĳpſius eſt id omne, qđ immateriale exiſtit. Suipſius igitur etiam eſt intellectus. Id uero, cuius eſt intellꝰ, intelligibile exiſtit. Quare omnino intellectibus intelligibile inerit. Atque hoc quidem in loco abſoluto ſermone de intellectibus ad extra prouenientibus, ad eum tranſit, qui ipſos & promit & perficit.

Finis ſecti primi.

## SECTVM SECVNDVM.



*QVoniam autē quēadmodum in omni natura eſt aliquid: alterum quidē materia unicuiq; generi, hoc aūt eſt, quod omnia poteſtate illa. Alterum aūt cauſſa & effectiuum, eo q̄a faciat omnia, & ars reſpectu materię paſſa eſt. Neceſſe & in aīa ineſſe has diuerſitates.* T.17

Cō. Haud mihi uidentur hæc aut de participato intellectu ab anima, aut de eo, qui hoc præſtantior eſt, ſed de ipſa noſtra rationali aĩa dici. Et hoc quidem, quandoquidem tractatio tota de anima eſt. Id uero, qm̃ manifeſte ipſe quoque infert, & in anima ineſſe has diuerſitates: & quę deinceps dicta ſunt, omnia in memoriam reuocabimus, quæ non tranſcendunt contemplationem de ipſa anima. Iccirco cum prædictis continuationem facientes dicamus, ꝙ tradito iam duplici intellectu, qui a principali animæ ſubſtãtia recedit quidem, & propterea etiam a connata ipſius actione, attamen prouenit ad ſecundas uitas & contẽplationes, aut imperfectas, aut perfectas quidem, ſed quæ per occurſum fiunt, & tanquã ab alteris formis in prima ſubſtantia manentibus perfectæ fiant, cõſiderat nũc intellm̃, qui iuxta ipſum ſubſtãtialem ſtat actum, quiq; formas intelligit, non prouenientes ad extra, ſed, quæ in ipſa animę ſubſtantia manent. Declinatio nanque illa ad extra cũ in quandam deferatur diuiſionem (hoc enim ipſum eſt, qđ extra, qualiſcũq; diuiſio, & ad ſecundam in anima uitam progreditur, quæ non eſt idem, quod illa prima) actionẽ quoq; ſubſtantiæ diuidit, non ſolius tm̃ primæ uitæ, ſed etiam eius uitæ quæ occurrit, adeo ut nõ amplius ſubã ſit actio, ſed ſolum ab ipſa ſubã appenſa fuerit. Quemadmodum recurſus animæ ad ſupremam ſuimet ſubſtãtiam, & permanentia in illa unit & copulat cũ ſubſtantia actionẽ, idq; ob totam conuerſionem ad interiora factam. Ipſum nanque hoc, quod dico, ad intra, collectionem denotat indiuiſibilem. Atqui aĩæ illa extremitas immediate connata eſt cum intelligente ſubſtantia, quæ ſupra ipſam eſt, & cum formis, quæ ipſi inſunt. Indiuiſibilis aũt eſt o͠is, quæ ſuper animam intelligens ſubã exiſtit, unde & actio idem eſt quod ſubſtantia, & ſubſtantia, quod actio. Non uideſicet quod id proprietate fiat, ſed ex collectione amborũ in unum. Cum igitur animæ extremitas et ſuprema pars cum intellectu, qui ſupra ipſam eſt, una producatur, multum habet de indiuiſibili, & hac quidem ratione ſecundario ipſius quoque actio cum ſubã copulatur. Quẽadmodum igitur in proueniente ad extra, atque adeo adhuc imperfecto intellectu ipſius actio aſsimilabať ſenſitiuę actioni, non quidem quia idem omnino (ſubiũctum nanque fuit diſcrimen) ſed ob ipſam paſsionem in utriſq; aliunde deuenientem pariter actionem ſupremi & ſubſtãtialis aĩæ intellectus aſsimilat intellectui, qui ſupra ipſam eſt, non ꝙ præciſe inuariabilique modo eadem ſit, ſtatim igitur diſcrimen ſubdit. Siquidem hic quidẽ aĩæ aliqñ agit aliqñ non, atq; ſi quidem ſeparatus eſt hic, quod uere eſt. Ille autẽ & ſemper agit, & ſemper eſt ſeparabilis. Siquidem igiť omnino eadẽ maneret aĩæ ſuprema ſubſtantia, actione tamen nõ eadem manente nequaquam erit, quod quidem uere ſubſtantia exiſtit. Siquidem aliquando quidem intelligit, aliquando aũt non intelligit. Sin aũt & ſuprema ipſius ſubſtantia non remanet ſincera & pura in incurſu ad hæc ſecunda facto: ut etiam ea ratione media ſit, quemadmodum etiam Iamblicho in proprio tractatu de anima uidetur, media inquam non tm̃ inter diuiſibilia & indiuiſibilia, ſed etiam genita & ingenita, atque corruptibilia & incorruptibilia, & ut hoc ipſum aliqñ intelligat, aliqñ autem non (a ſeipſa nãq; agens eadem ineuariabilis manẽs, ſemper quoq; ageret. At non certe aliqñ quidem, adhærens ſecundis uitis, cum iiſq; complicata in ea cõplicatione inſeparabilis ab ipſis remaneret, aliqñ aũt ſepararetur. Forſitan enim & hoc ipſum eſt ſeparatio ipſa, uidelicet incorrupta ſubſtantiæ puritas. Quod quidem etiam Ariſto. indicat ſcribens: ſeparatus aũt eſt. quod uere eſt. Adeo ut uita a ſecundis iſtis inſeparabilis haud ſit, quod uere eſt) rationabile profecto, atque adhuc neceſſarium magis, nõ ſolum actionem, ſed etiam ſubam aĩę & eam quidem etiam ſupremam, noſtræ inquam animæ, uariari quodammodo, & remitti, & quaſi ſubmitti in ea declinatione ad hæc ſecunda facta, non quia omnino a ſeipſa recedat (neq;.n. amplius remaneret anima) ſed quia ſincerũ illud non amplius ſeruat. Adeo ut & ſimul eadem, & non eadẽ cõſeruetur, neque omnino ſeipſam a diuerſitate liberet, neq; in ea pura & ineuariabilis maneat idemptitas. Ac ita quidẽ diuiſa, qualiſcunque ea ſit, immutatione ex ipſa, & nõ manens, quod quidem erat, diuiſionem quoq; actionis ab ipſa ſubſtantia ſubit, ut etiam aliquando non agat. Recurrens uero ſincere in ſuiipſius ſubſtantiam, dimittenſq; omnem illum occurſum ad exteriora faciendum, & firmata, roborataq; in conuerſione in ſeipſam facta, recipienſque mediocritatem, menſuramue ſibi debitam, tum eſt uere, quod eſt, tum conuerſione illa in ſeipſam indiuiſibiliter cõtracta, ipſam quoq; actionem cum ſubſtantia unit. Atq; ipſa quidem ſuprema animæ perfectio in abſoluta a ſecũdis uitis ſeparatione conſiſtit. In inſeparabili uero complicatione cum ipſis perficitur, eſtq; ſecundo modo perfecta: quæq; ſufficiens eſt perficere, quæ iam occurrit, ſiue agendo id fiat, ſiue contemplando, non quia uidelicet ipſa imperfecta ſit, perfici certe poſſet. At non tñ adhuc iuxta extremas mẽſuras perfecta eſt ita, ut ſuimet ſit ſolius, ſed iuxta menſuras alia perficientes, ſecundum quas eſt, ducit ſeipſam, aſcenditq; ad ſuiipſius extremam perfectionem. Sed age iam ad textum ueniamus.

*Quoniam autem in omni natura eſt aliquid. Alterũ quidem materia unicuique generi. Hoc autem eſt, quod omnia poteſtate illa. Alterum autem cauſſa & effectiuum, eo quia faciat omnia ut ars reſpectu materię paſſa eſt. Neceſſe & in anima ineſſe has difficultates.*

Verbum ipſum, natura, nõ fuit cõmunius acceptũ pro omni ſubſtantia impræſentiarum. Neque.n. in omni ſubſtantia adeſt agere & pati, idque ideo, ut in omnibus proportionatum quid ſit materiæ & efficienti, ſed ea accepta fuit, quæ peculiariter determinata fuit eſſe principium motus & quietis. In iis nanque, quæ ſecundum ipſam ſubſiſtunt, iiſque, quæ ad illa declinant & incurrunt, agere & pati conſiſtit. Ac materia & efficiens proprie quidẽ in generabilibus reperitur, per proportionem aũt quoq; in cœleſtibus, in noſtraq; anima, quum in ipſam tendat naturã, de qua quidem naturalis etiam uerba facit & tractat. Quoniam cum in ſeipſa pura maneat, eadem ſupernaturalis manet, cum neque agat, aut patiatur, neque habeat aliqd materiæ proportionale, neque talis, ut poſsit a naturali conſiderari ſed ab eo, qui circa diuina philoſophatur, ueluti ipſe dixit in tractatu de partibus animalium, atque in Prohœmio nonnulla ſunt a nobis appoſita hæc mee declarantia. Qñ igitur aĩa noſtra in naturam declinat, ſecundas illas in ſeipſa uitas promit, & ex ſeipſa ubi non manſerit adhuc ſincera, qualis antea erat, alterum quidem habebit paſſiuum, uidelicet uitam ad extra prouenientem, alterum autem effectiuum, eam uidelicet, quæ producit, & educit ipſam. Ac materia quidem illa ſimplr̃ haud dicenda eſt, neque enim talis eſt, qualis ea, quæ corporea, ſed ut ipſe inquit, genere hoc eſt, proportione. Huic uero facere cauſſa illa eſt, quæ producit, tanquam in alterum quid, & id quidem etiam quod poteſtate, & quod ſit, ſuiipſius extendit actionem. Altera nanque ita eſt, quia omnia fiat, altera uero quia omnia faciat, quæcunque uidelicet formæ in intellectiua anima ad extra proueniente imprimuntur. Eas nãque ipſa patiť, facit aũt ea, quæ promit. Ac recte quidem artem aſsimilat efficienti, materiam aũt patienti. Qñquidẽ ars proprie, quæ circa materialia uerſať, eſt effectiuus aĩæ habitus ſecundum rationem.

*Et eſt huiuſmodi quidem intellectus, eo quia omnia fiat, ille uero quia omnia faciat, ut habitus quidam, ut lumen. Quodammodo enim & lumen facit, qui poteſtate ſunt colores, actu colores.* T.18

Cō. Quandoquidẽ ea animæ ſubſtantia, quę ſecundas producit uitas, nõ aliquo in exteriori loco exponit, ſed eas in ſeipſa ponit, neque omnino manet ab ipſis ſeparata, ſed ipſa quoq; cum illis complicatur, & illorum quodammodo

portio

portio euadit, recte habitui & lumini ea ratione aſsimilaſ, quemadmodum etiam antea per ſeiunctam partem arti aſsimilauit. In eo nāq;, q. ad haec ſecūda declinat, & quadam ratione manet in ſeipſa & exit a ſeipſa, ut iam fuit dictum. Ars quidem igitur ſtabile illud & ſeparabile potius reſpicit, lumen aūt & habitus reſpicit inſeparabile, & quod cum ſecundis complicatur. Inſeparabile nanq; etiā eſt lumen ab illuminatis rebus, & habitus ab habentibus habitum. Verū quoniam in illa declinatione ad exteriora facit uitā, eſtq; quodammodo ſeiuncta ſimul, & connata, cōgenitaue cum uitis prouenientibus, recte ſimul & ut ars, & rurſus ut habitus, & lumen facere a philoſopho traditur. Eſt uero ſcitu dignum, q. ubi aſsimilauit ipſam habitui, iuxta complicationem uidelicet cum ſecūdis iſtis, ſubiunxit, ut lumen, & de lumine reliquum ſermonē facit, at non de habitu ſimplr. Quandoquidem ipſe quidē habitus magis quaedam eſt qualitas, quae nequaquam cōuenit ſubſtantiae quae ſeparari poſsit. Lumen uero licet illuminatae rei adſit, eſt tamen tanquam actus, & is quoque, qui ſeparetur ab eo, qd' nūc recepit. Ac ſi quidem in ea declinatione complicatur ſubſtantialis animae intellꝭ cū proueniente ad extera, attamen aliquando ſeparatur, & p ſeipſum ſubſiſtit, quēadmodum & ipſe ſtatim ſubiungit. Sed hactenus, qūo lumini aſsimilet effectiuam animae portionem, interpraetatur. Eo enim quia colores actu manentes colores, poteſtate tm̄ uiſibiles, lumen praeſens facit ipſos eſſe actu, hac rōne ſimilitudinem manifeſtat cum intellectu, qui actu perficit formas in paſsibili intellectu poteſtate cognoſcibiles. Demonſtratq; ſimul, quod in paſsibili intellectu, non ita poteſtate erant, ut omnes non ſubſiſtant, ſed ita quidem ſunt, at ut incognitae. Quemadmodum & colores hucuſq; luminis expertes.

T.19 *Et hic eſt ipſe intellectus ſeparabilis, & immixtus, & impaſsibilis, ſua ex ſubſtantia exiſtens actus. Semper nanque nobilius eſt faciens patiente, & principium, materia.*

Cō. Separabile in hoc intellectu in contēplationem nūc deducto, non eſt interpraetandum id, quod ſemper ſeparatum eſt. Subiunget nanq; de ipſo inquiens: ſeparatus aūt eſt ſolum id, quod uere eſt, quia aliquando ſeparatur. Sed tm̄ ita, ut aliquādo aut iam ſit ſeparatus ab omni uita, quae ad extra tendit, aut paratus ad ſeparationem: utroq; enim modo & ſeparabilis & impaſsibilis, et immixtus, et actus eſt ſua ex ſubſtantia. Atq; ut qui ad illā pura contendat, aut iuxta ipſa ſtet. Verum ſeparabilis quidem eſt, nō tantum a corpore, neq; a ſolis uitis corpoream formam referentibus, ſed etiam rationalium uitarum reſpectu, tū actiuarum, tum contemplatiuarum per occurſum, idq; cum ab illis recedit. Impaſsibilis autem, non ut ab altero, dicit, neq; ex diuerſitate, neq; ex participatione, ſed ipſe a ſeipſo aut actu perficitur, aut iam eſt perfectus Etenim licet a prǣſtantiori intellectu perficiaſ, non tamen diſiunctus, ſed cōgenitus eſt cum ipſo, & unitus iuxta ſuīpſius uidelicet ſupremam ſubſtantiam, idq; ideo, ut & optime cum perficiente iungeretur, & euadens quod quidem eſt ipſum pficiens, ſufficiens ſit ſeipſum perficere. Separabilis igitur ex ſua ſubſtantia erit ab ijs, quibus non indiget ad hoc ut ſit, aut agat. Licet adhuc cum illis ſit complicatur tanquam in declinatione quadam ipſā conſtituens. Immixtus autē eſt, qui ne quauis quidem ratione complicatur, aut q productus eſt aptus, feſtinanſque ad id. Ex ſui uero ſubſtātia eſt actus, ob indiuiſibilem cōuerſionem in ſeipſum factā, quae nunquam actionem a ſubſtātia dimittit, ita ut & ſubſtantia ſit actio, & actio ſubſta. Si enim proueniens intellectus, quando ſeipſum intelligit, idem eſt cum ipſo intelligibili, hoc eſt cum ſemet, actioque cum ſubſtantia eſt eadem (ſubſtantia nanque erat intelligibilis, intelligere uero actio) quanto magis, qui omnino in ſeipſo manet, neque a ſeipſo neque a ſuperioribus recedit, talis erit? Vnde & efficiens eſt, ob unitionem cum prǣſtantiſsimis factam; efficiens inquam eius, qui per diuerſitatem ad extra prouenit, & qui tanquam ab altero perficitur, & ideo patiſ. Eſtq; principium tāq̄ pfectrix cā eius, qd' poteſtate (qd' quidem materia eſt) nobilius uidelicet exiſtens, tanquam praeſtantius, & praeſtantiorem quoque retinet unitionē. At quanam in re dicere poſſet aliquis hūc differre a uero intellectu, ſi praeter alia hic aīarius intellꝭ ex ſua ſubſtantia actus eſſet? An quemadmodum paſsibilis intellectus, ille inquam, qui adhuc imperfectus eſt, iuxta impaſsibilitatē & poteſtatem cōparabatur quidē ſenſiuae, quatenus uero differebat, determinabaſ, ſic etiam in ſupremo animae intellectu, cōparato quidem cum ſuperiori, de eo philoſophus praedicat, quae dicta fuere, uidelicet quae principaliter diuiniori conueniunt intellectui, ob cohaerentiam uero cum ipſo, ſubſtantiali quoque aīae intellectui, ſecūdo tamen modo conueniunt? Diſcrimē uero deinceps ſubiungitur. Sed adhuc etiam in illa inſiſtemus. Atque in unum quidem ſic In quonam differet ſeparabilis hic animae intellectus celebratus, ſi quādo & ipſe prouenit extra, a proueniente ipſo? Propter quā nanque cum non unus eſt, tū qui manet, tū q prouenit ad extra? In alterū uero ita. Qua ſane rōne proueniens intellꝭ nō etiam intelligibilis eſt, quē admodū intellꝭ? Siquidē intelligibile intellectui omnino ineſt, licet nō oīno intelligibili, intellꝭ inſit. Qūo igiſ intellectum ipſum appellat, at non ponit ipſum intelligibilem eſſe? Quandoquidē & in ipſo formas imprimi uult, quae quidem etiam ſunt ea, quae intelliguntur, ita ut intellectus quidem per ſe ſit, intelligibile uero aduētitie. Aut ad hoc etiam reſpondendum eſt, ut etiam fuit dictum, q̄ proueniens intellꝭ, cū adhuc imperfectus eſſet, neque actu erat intellꝭ, neque intelligibilis. Sed poteſtate utrunque eſſe, & ad ambo poteſtate ſeſe habere, cum aliunde ex ſubſtantiali intellectu perficiatur. Qui uero iam perfectus fuerat, & intellectus erat, & intelligibilis, iuxta ſecundum ſignificatum eius quod poteſtate, ita ut & aliquando agere, & intelligere ipſum per ſeipſum poſsit. Verum hac rōne paſsibilis eſt, quia ab altero perficitur. Concurrit igitur cum intellectu intelligibile, quod eiuſdē eſt ordinis cum ipſo, et ſimul perficitur. Verum philoſophus ex quadā proprietate praefert intelligibile intellectui. Siquidem illud ſubſtātiam praeſefert & ſignificat, hic uero potius actionē, ac ſi quidem illud expetitur ab intellectu, hic aūt ad ipſum tanquam ad finem tendit. Licet intellꝭ nomen in imperfecto conuenire poſsit, at nequaquam in intelligibili. Hoc autem magis manentibus & perficientibus formis tradit, & ijs, quae iam in prouentente intellectu perfectae fuerint. Quas etiam philoſophus dicit deſcribi, non qdē eas, quae imperfectę, & poteſtate ſunt, ſed quae pfectae & actu ſunt formae. Quod uero prius eorū, quae in cōſiderationem a nobis propoſita fuere, fuit ſufficienter, ut ego puto, & in primis dilucidatum fuit. Subſtantia nanq; aīata pura manet quidem, in pura illa erga ſeipſam & extrema coniunctione. Aliquādo autem illam diſſoluens coniunctionem, a ſeipſaque recedens in ea declinatione ad haec ſecunda, manet quidem, ut etiam ſit, at uero non pura, utpote, quae iam ſecundas promat uitas a ſeipſa. Ipſaque in expromptione harum manet, quae erat, atque etiam multo magis in declinatione ad illas facta. Ipſa autem ſecunda uita eſt ſubſtantia. Quandoquidem etiam ita eſt ea, quae ultima exiſtit, ſed illa quidem & rationalis, & intelligens eſt poteſtate. Secunda tamen ipſi producenti quatenus cauſſa cauſſato, ſubſtruitur, & quatenus ei, quod aliqua ratione manet, quod totum ad extra prouenit. Et quatenus ei, quod ex poteſtate perficiſ, atque aliunde, ſubſtruitur, quod actu & a ſeipſo perficitur. Vnde & id nunquā in ultimam decidit imperfectionem, ſed tantum in remiſſam perfectionē. Quod uero prouenit omnino quoque aliquando fit imperfectum. Recte ergo duplex fuit nobis traditus animae intellꝭ, & qui manet, & qui ad extra prouenit; & hic quidem aut imperfectus, aut perfectus eſt. Qui uero manet, aut omnino manet, aut aliqua ratione. Quoniam autem haec ſunt impraeſentiarum declarata, animaduertamus, quomodo philoſophus tradit

diſcrimẽ intellectus, qui perficitur iuxta ſupremam ipſam animæ portionem, & illius, qui præſtantior eſt, participatum inquam animæ & non participatum, quandoquidẽ quo communicent, conſiderauit, uidelicet quia in ipſo ſeparabili, & impaſsibili, & immixto communicent.

T.20 *Idem aũt eſt ſecundum actum ſcientia cũ re. Quæ uero ſecundum poteſtatem, tempore prior in uno: omnino autem neque tempore. Sed haud aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit. Separatus autem eſt ſolum id, quod uere eſt.*

Cõ. In quibus primam demonſtrat differentiam, ꝙ non ſolum intellectus ſit aĩata illa altitudo, ſed etiam ratio. Scientia nanque rationalis eſt cognitio. Vocat aũt nunc tẽporis ſciam, quem appellabat antea intellectum, qui ſua ex ſuƀa actus eſt. Ac ſciam quidem, quæ actu ſit, eandẽ demonſtrat eſſe cum ſcibili, quod quidem eſt res. At nõ ita eſt, quemadmodum in ſenſu forma diuerſa eſt a ſenſibili. Ac rurſus quidem præſtantiſsimus Platonis interpręs declarat nobis, q̃uo dictum fuerit ab illo. Quod eſt ſemper intelliget, ꝙ cum ratione comprehendi poteſt, ita ut & ſimul intellectio, & ſcĩa ſit excelſa illa animaria cognitio. Intellectus uero ſimpl'r eſt ille ſuperior. Ea igitur eſt prima differentia, & propter ſubmiſsionem rationis reſpectu intellectus, & propter remiſsionem cognitionis reſpectu cognoſcibilis. Et quemadmodum generabile ipſum, q̃n eſt, ſuperatur ab eo, quod abſque ulla ſtat generatione, eo q̃a complicatur cum tali poteſtate, ut eſſe nõ poſsit, ſic & qđ aliquando intelligit, aliq̃n aũt non intelligit, tunc etiam cũ intelligit, habet poteſtatem ut non intelligat. Neq; talem habet intellectionem, qualem ipſum intelligens, neque cõiunctionem cum ipſo indiuiſibili. Ipſius nãq; certioris intellectionis maior quoq; eſt coniunctio. Animarius igiť intellectus ſeparatus ex ſui ſubſtantia actus erit, at non eodem modo, quo is, qui ſemper ſeparabilis eſt. Noſter nãque nondum ſeparatus in ipſa cognitione inſeparabili a ſecunda, nec ipſam quoque actionem perfecte cum ſubſtantia coniungit, aut etiam quantum eſt aptus natus. Verũ adhuc imperfectus, quod quidẽ poteſtate ipſe dixit. Quãdoquidem etiam aptus eſt natus, ut perficiatur. Priorem aũt tempore eam eſſe, quæ poteſtate in uno eſt, hoc eſt in generabilibus ipſis ueriſsimum. Omnis nanque generatio ex imperfecto ad perfectius tendit. Ideo imperfectum ipſum tempore prius eſt, quod quidem id eſt, quod poteſtate in uno eſt, quod iam fit. Q̃m quod actu, neceſſe eſt in proxima cauſſa præexiſtere ante illud, quod ab ea poteſtate fit in eo, quod fit. Recte igitur adiectum fuit particula, in uno. In ĳs uero, quæ perpetua quidem ſunt, aliq̃n autem intelligunt, & rurſus aliquando non intelligunt, neque in uno prius eſt, quod poteſtate, tempore. Cur.n. id magis, quam quod actu, cum ſemper alternatim ſibi ſuccedant? Vnde & ipſe in anima non ſtatuit priorem eſſe tẽpore potentiam, ſed illud quidem uere ineſſe, ut aliquando ipſa intelligat, aliquando autem non. Etenim ſi in cõpoſito homine poteſtas eſt prius, intellectus tamen hic animata ſubſtantia eſt, quæ ſeparabilis eſt, ueluti cõfeſtim ſubiungit. Simul tũ tertiam tradens animarĳ intellectus reſpectu pręſtantioris differentiam, tum idemptitatis ipſius cognitionis reſpectu cognoſcibilis. Separatus n. inquit, q̃ ſemper ſeparabilis. Semper aũt ſeparabilis indubie quidẽ ille cuius non particeps eſt anima, at uero omnino etiam is, cuius eſt particeps, neque enim ille eſt ipſius animæ, ſed anima illius. Ille nãque abſque ulla declinatione in ſeipſo manens ſuĳpſius contangit animam. Ipſa aũt anima noſtra, ea eſt, quæ in declinatione & incurſu ſecũdas has producit uitas, cum ipſiſq; complicatur. Atq; non tantũ iuxta eam uitam quæ permanet, uiuit, ſed & iuxta eam ſui uitam quæ recedit, & prouenit, rurſuſque ſeparatur. Quando etiam iuxta ſuĳpſius permanẽtem portionem ſtatum ſuũ firmauit, exiſtẽs hoc ſolũ, ut ipſe inquit, qđ uere eſt, at nõ etiam aliud quid, cuiuſmodi erat illud intelligẽs, qđ in occurſu abſoluiť, qđ quidem ſeparabili uitæ inerat. Igiť etiã ſeparata, quatenus quoq; inſeparabiliter apta eſt nata uiuere, ne tunc quidẽ ſeparabile ipſum habebit, quale qđ ſemper ſeparabile eſt. Quatenus igiť ſeparabile & immateriale ſequitur, ſeipſum intelligere. Intellectio uero ſuĳpſius ex ſui ſuƀa eſt actio. Quatenus uero ſeparabile animarii intellectus ſubmittitur ſeparabili ipſius præſtãtioris intellectus, ea quoq; ratione coniunctio actionis cum ſubſtantia recedet, & deficiet.

*Et id ſolum immortale & ſempiternum. Non reminiſcimur autem, q̃m id quidem impaſsibile. Paſsibilis uero intell's corruptibilis, & ſine hoc nihil intelligit.*

Sciendum eſt, q; cum in omni ſeſe firmet rõne, ſuƀalem aiæ intellectum, immortalem & perpetuum eſſe aſſerit. Idque ideo, ut & hac rõne conſonantiam ipſius cum Platone ſimul intueamur, & demiremur diligẽtiorẽ particularium comprobationem, quæ ille uniuerſalius, & cõpendioſius ex ſolito, atq; debito antiquorum uſu tradiderat. Neque enim, quoniam in ſolo cõtinuo & diuiſibili actu, ipſius motus noĩe utiť, nõ tolerat quadrare, & aplicare ipſum aiæ, tanq̃ nõ diuiſibile exiſtenti. Q̃m trãſmutãti tibi nomẽ hoc, quod per ſe mobile, in hoc qđ per ſe uiuens, et quod ꝑ ſe perfectũ, & quod per ſe faciens, & patiens, tota inde oratio moueri tibi uidebitur. Etenim uel apud ipſum Platonẽ, nomen hoc, quod per ſe mobile, duplicitatẽ aiæ quandam præſefert: cum & per manẽs ipſius portio, formaliſque & factiua idem denotent (quibus etiam noĩbus in ſupremis formis uti cõſueuit) ipſum uero mobile, paſſibilem aiæ portionẽ, prouenientẽq;, & perfectam aliunde, & determinatam. Hinc igitur etiam Ariſto. cõmotus efficiẽtẽ partẽ in anima, quã q̃dẽ ille ꝑ ſe, dixerat, ſeparabilẽ, impaſsibilem, immixtã, demonſtrat. Tanquam principium & cãẽ, nobiliorẽq; materia ipſa, & omni re genita, naturã (loco nanque cuiuſcũq; geniti materia ipſa fuit ab ipſo accepta) atq; adhuc quæ ſui ex ſubſtantia actus ſit, ob ſui indiuiſibilem cõtractionem in formã factã. Vnde accepto hoc, quod ipſa efficiens pars immaterialis ſit (omne nãq; materiale diuiſibile eſt) ipſaq; in ſeipſam agat, demonſtrat immateriale omne ſeipſum intelligere: Cũq; ſimul & intelligens & intelligibile demonſtrarit eſſe quoq; ſimplex, tanquam nõ per parteis intelligens & intell's, ſed ſecundum totum utraq;, quod etiam immortale & perpetuum ſit enunciauit. Quod.n. ſeparabile eſt & ſimplex & ſuiipſius eſt, ſeipſumq; perficit, et uiuificat ita, ut in declinatione ad exteriora ſecũdas effundat uitas & ſuƀas, nõ ſolum recipere mortẽ & corruptionẽ demonſtrať, ſed etiam principaliter uitã & ſubſtantiam præſtare demonſtrat, & ideo quoq; immortale. Adeo ut totus ſyll's, ſi breuiter cõponať, talis eſſe poſsit. Cõſtat, ꝙ de aĩa noſtra propoſitũ fuit, quod in noſtra aĩa non tantum patiens adinuenitur, ſed etiam ipſum efficiens, principium & cã eorum, quæ fiunt. Præterea efficiens in anima ſeipſum intelligere põe, actionemq; cum ſuƀa indiuiſibiliter coniungit. Quod & incipit, & cã eſt eorum quæ fiunt, & quod ex ſua ſubſtantia actus eſt, ſeparabile eſt, & ſimplex. Quod ſeparabile eſt & ſimplex ſuiipſius eſt, & non in altero. Quod tale eſt non recipit contrarium, ideſt uitæ & ſubſtantiæ priuationem. Neque enim aliquid aliquãdo recipiet oppoſitum in ſeipſo, neque in altero, quod tantum ſuiipſius eſt. Efficiens ergo in anima, cum mortem & corruptionẽ nõ recipiat, immortale de neceſsitate & perpetuũ eſt, nõ principaliter ea rõne, quia nõ recipiat corruptionẽ et mortẽ, ſed q̃a ut dictum fuit, in illo incurſu ad exteriora effundit ſuƀas & ſecundas uitas. Quæ ſane omnia omnino, ut diximus, philoſophať Ariſt. cõſonãter demonſtrationi Platonis, q̃ ex eo eſt, ꝙ anima per ſe moueatur. Quod enim de anima dicat ipſa, non autem de intellectu animæ participato, neq; multo magis de non participato, ſed de anima noſtra & iam fuit a nobis in memoriam reuocatum, & ex

pluribus alijs adhuc aliquis ſcire poſſet. Quõ enim, quod poteſtate, aut illud aliqñ intelligere aut aliquando ſeparari ijs conueniet & quadrabit, quæ ſupra particularẽ ſunt aiam iſtam? Sed neq; immateriale ipſum, aut intelligens ſimul & intellm̃, aut quod oĩno ſeparabile, ulla in re corporis noſtris uitis conueniunt, & adhuc multo magis animæ aliorum animalium, atq; plantarum. Id quidem igiẽ manifeſte (ut ego reor) & neceſſario collectum fuit quod quicquid efficiens in aĩa eſt, id totum tum immortale eſt, tum perpetuum. Recte nanque adiecit uerbum illud, perpetuum, quemadmodum & Plato ipſe in Phædone, qđ ſine interitu. Ne ita, ut Boethus ipſe, exiſtimemus animã ipſam, tanquam animatam quandam rõnem, immortalẽ quidem eſſe, at ita ut ſuperuenientem mortem non expectantem, ſed recedentẽ, cum illa ſuperueniret, atque ita uiuens perire. Cur aũt hoc ſolum immortale eſt? An quoniam ſubiungit manifeſte, paſſibilem intellectum corruptibilem eſſe? Sed dubitare poſſet aliquis, quomodo cum et ille intellectus ſit, corrumpitur, ſi uel ille immaterialis eſt. Statutum nanque fuit omnem intellectum ſine materia eſſe, & ea quidem ratione quoque oẽm quidẽ intellectum intelligibilem eſſe, at nõ e conuerſo immaterialem formã, quæ ſit intelligibilis, intellectum eſſe. An paſſibilis intellectus materialis erat & poteſtate, et hoc ipſum paſſibilis et imperfectus intell̃s. id totum exiſtens, quantiſper paſſibilis ſit & iccirco etiam corruptibilis eſt quatenus paſſibilis exiſtit? Immaterialis aũt fit & actu intellectus & intelligibilis in contactu, & complicatione cum efficiente facto. Perfecte aũt immaterialis & perfectus fit intellectus in recurſu in efficientem ipſum facto. Adeo ut paſſibilis intellectus corruptio ſit, non receſſus ille in non ens, ſed contractio in id, quod præſtantiori modo eſt: cum animata illa ſeparata ſubſtantia in ſeipſam quoque illam reuocet, quæ ad extra prouenit. quæ non amplius prouenit, ſed in ipſo manere, tanquam in cauſſa ſtat. Paſſibilis igitur Intellectus, quatenus paſſibilis, eſt corruptibilis. Veluti aũt opponit ad perpetuum ipſum animæ demõſtratum, quomodo non reminiſcimur ea, quæ nobis ante generationem, aut ortũ noſtrum euenerint, ſi ab æterno præexiſtebat? Quo etiam adhuc conſtat, q̃ de anima ipſius eſt ſermo, non de preſtãtiori autem intellectu. Qualem nanque dubitationem habuiſſet, quam ob cãm nos non recordamur, cum perpetua ipſa ſint nobis ipſis præſtãtiora. Ac oppoſitionis quoque illius ſolutio propria eſt animæ. Quoniam prouenieñs quidem intellectus impaſſibilis eſt, & iccirco immortalis, paſſibilis uero corruptibilis, quatenus paſſibilis, quemadmodum modo dixeram, & quatenus in permanens ipſum contrahitur. Sine paſſibili uero ipſo, quatenus paſſibili, & proueniente uſque ad corporeas uitas, nihil intelligit ille, qui impaſſibilis, nihil, inquam eorum, quæ memorabilia ſunt, de quibus uerba fiunt, quæ quidẽ, ut ipſe nos in alijs docet, omnino ſunt imaginabilia. Vnde in memorabilium ipſorum intellectione omnino indigemus ratione ad Imaginationem deueniente, & ſine hac ne ipſe quidem impaſſibilis aliquod memorabilium intelliget. Neque enim ſane ſimplr̃ particula illa, nihil, interpretãda eſt ita, ut impaſſibilis nihil ſine paſſibili intelligat. Quõ enim præterea ſeparabilis dici poterit? Quomodo immixtus? Quomodo ex propria ſubſtantia actus erit? Quoniam etiam anima, quæ hoc corpus uiuificat, ſeparabiliter aliquando uiuit, & intelligit. Quod enim deus eſt ſemper, inquit ipſe in duodecimo tranſnaturalium, id nos aliquando ſumus, ſecundum potentiam uidelicet noſtram. Separabilis autem ſemper eſt deus, ergo & nos licet aliquando tantum, nos inquam, qui naturalem adhuc hanc uiuimus uitam: cum anima deuinctæ cum corpore & ſecundis uitis, licet breui tempore, diſpoſita fueris.

T.25 *Intellectio quidem igitur indiuiſibilium in his, circa quæ non eſt falſum. In quibus autem falſum & uerum, compoſitio quædam intellectionum, tanquam quæ unum exiſtant, quemadmodum Empedocles dixit. Certe multorum quidem capita abſque ceruicibus germinarunt. Poſtea compoſita fuiſſe amicitia: ſic & hæc ſeparata componuntur, ut quod incommenſurabile, & diameter ipſa.*

Cō. Quoniam quidem de alijs animariis potentiis Ariſto. diſciplinam tradebat, uidelicet tum naturalibus tum ſenſitiuis, ideo tradebat ſubiecta ipſis, & ante ſubſtantias actiones ipſas conſiderabat, ex manifeſtioribus nobis ad immanifeſtiora procedens. In hac uero, quã de intelligente portione diſciplinam prodit, contemplatur intellectum, quisnam, & qualis ſit, idq; ante intelligibilia, ut quæ ſint ignotiora. Poſtea uero contemplatur intelligibilia, ut ex utriſque accipiamus actionem ipſius intellectus ad intelligibilia, & perfectionem intell̃s ab intelligibilibus deuenientẽ. Quẽadmodum igitur in paſſibili intellectu ubi prius tradidit ſubſtantiam, ſubiunxit ipſius cognoſcibilia, duplicia exiſtentia, uidelicet tum formata, tum formas illorum determinatrices, explicuitq; diuerſam illius actionẽ circa ea, ſic efficientis intellectus prius ſubſtantiam contemplatus, & perfectionem & perpetuitatem, nũc nos ex his docet, quænam ſint ipſi intelligibilia, & quænam ſit huius intellectus actio circa illa. Vbi uero poſuit efficientem intellectum eſſe cauſſalem intellectum et rationem, ſimpliciterq; ſcientialem, conſequenter tradit intelligibilia ipſi, duplicia eſſe. Alia quidem indiuiſibiles, & impartibiles ſunt formæ, quatenus intellectui datæ. Alia uero conuoluta, & cum quadam compoſitione & diuiſione. participantia de coniunctione, ut ſcibilia ipſa, quando cum cauſſa iuncta ſunt. Atque aliam quidem actionem ueram tantum, at nunquam falſam eſſe tradit. Alteram autem, quæ deferatur in partitionem quandam, quæ per compoſitionẽ & diuiſionem fit, circa quam contingit aliquando uerũ aut falſum, quæ quidem non eſt ſcientialis. Illa nanque ſemper eſt uera. Sed omnino circa compoſitionem & diuiſionem & uerſatur. quæ a cauſsis quidẽ recedit, opinatiuaq; eſt & ſuperficialis, atq; adeo rerum non contangit profunditatem. Eorum igitur, quæ propoſita ſunt, hæc eſt finis & intentio. Confeſtim autẽ Ariſto. per breuiſſima incipiens uerba indicauit, & quænam eſſent intelligibilia, & qualis intellectio, ita inquam, quoniam intelligibilia ſunt ipſæ formæ, intellectio aũt eſt uera, inquiens, indiuiſibiliũ intellectionem circa ea eſſe, circa quæ non eſt falſum. Pluribus igitur modis indiuiſibile dicitur, ueluti etiam ipſe ponet. Etenim & longitudo actu indiuiſibilis eſt, licet poteſtate diuiſibilis & ut punctum & finis dimenſionis. At id ignobilius eſt dimenſione. & decidens ad hoc, ut nõ ſit dimenſio, ſed extremum dimenſionis. Nunc autem forma dicta fuit indiuiſibilis. Quæ quidem, ut in primo naturalis auſcultationis fuit dictum, ac multo magis in tranſnaturali tractatione, de naturali quidẽ forma in ſeptimo et octauo de ſupernaturali uero in duodecimo, quæ inquam ſubſtantia eſt prima, & per ſeipſam, & perfectio, & actus, impartibiliſq; terminus, uniformiter omnes comprehẽdens rationes, quæ circa ipſam ſunt complicatæ, & proprietates, iuxta quas diuiſibilia ipſa ſubſiſtunt. Simplexque quidem eſt, at non iuxta reſtrictam ſimplicitatem ſtat, ſed ſecundum eam, quæ proprias omnes rationes quæ quadã ratione circa ipſam ſunt compartitæ, defert. Naturalis quidem, naturales, animatus autem animatas. Qui uero per ſeipſum, & ſumpſius eſt, uereq; eſt, quod ipſum, ita ut dictos conſtituat terminos, uniformiterq; hos etiam cõprehendat. Terminus ergo aĩæ maxime primus, intellectus eſt, & cuius oẽs cõmuniter humanæ aĩæ participes ſunt, & cuiuſq; proprius. Quoniam autem præſtantius ipſis naturalibus ipſaq; natura, animata ſubſtantia connexa fuit cũ ꝓprio termino, & forma, ob cuius impartibilitatẽ oĩbus quoq; cũ alijs formis impartibiliter cõiuncta fuit ipſa quoque ſecũdario tñ, oĩbus repleta eſt formis, quæ nõ, quales erãt, remanent puræ formæ, ſed cõmixtæ cũ præſtãtiſſima ſubſtantialium rõnũ conuolutione. Ideo etiam poſt rõnem ab intellectione ſunt comprehenſibilia, & ut inquit

Ariſto. intelligibilia,& ſcibilia. Quibus mediantibus anima cum præcedentibus formis connectitur. Illas nanque quoque cōſiderat,ubi perfecta fuerit per medias eas,quæ in ipſa ſunt, ſed proxime cōſiderat proprias. Ac talia quidē ſunt intelligibilia ſubſtāciali animæ intellectui, tum quę proxima tum quæ præſtantiora. Subſtantialis aūt actio talis eſt,qualis,& ipſe talis erat. Intellectus aūt erat cū præſtantiſsima cōmixtus ratione. Ergo & actio ipſius,uidelicet ītellectio ſimiliter ſe habebit qualis etiam eſt rationalis illa altitudo,& extremitas:et quatenus quidem intellectio impartibilis eſt,& eadē cum ſubſtātia, indiuiſibilium quoque eſt uidelicet formarum, ſolumq; ac ſecūdum ſeipſam uera eſt,habens ueritatem oppoſitam falſitati. Omne nāque falſum in complexione alterius cum altero ſtat,atque in diuiſibilibus cognitis. Vt & illud quadā rōne cognoſcens contangat, quadam autem rōne non. Qm̄ neque quod nulla rōne contangit,adhuc mentitur de eo, de quo nihil opinatur omnino, neque quid aſſerit, neque etiam id,quod totum ipſum apprehendit. Huiuſmodi nāque tale oportet uera dicere. In ijs igitur, quæ aliquo modo cōtangunt,& falſitas,& quæ falſitati opponit̄,ueritas cōſiſtunt. Impartibilis uero indiuiſibilium intellectio, cū non habeat id, quadam rōne cōtangere, eo quia indiuiſibilis, aut quaſi totum contangit,aut minime. Quare iuxta Ploſinum in nullum incidet errorem, & ſolum uera eſt iuxta ipſum Ariſt. Falſa uero nullatenus. Quatenus igit̄ intellectio,talis eſt. Quatenus uō rōnalis altitudo & extremitas, & ſcia, non ea,q̄ per occurſum fit,ſed quæ ſubſtātialis, eadem quidem ēt hæc eſt cum re ipſa ( idq; ideo, ut & ſcia, & ſubſtantialis cognitio ſit ) ſed ſecundo modo. Atq; ea quidem idemptitas cum quadam eſt diuerſitate,et quadā dimenſione. Id quod ſignificat & noſtra rōnalis cognitio, quæ per occurſum fit cum in diuiſione conſiſtat,& in collectione ſemper. Tum quia ipſa non ſecundum unū ſimplicem terminum ſtet, ſed quia reuoluatur & complicet̄. Tum quia etiam propria & cognata ipſius cognoſcibilia ſint rationes,non aūt formæ, ſed cum quadam dimēſione coniuncta ſunt cum rationibus animarijs, & ijs quidē etiā ſubſtantialibus. Ipſa igitur & rationalis cognitio reſpectu ſuijpſius nō ſine diuiſione eſt,& ipſa cognoſcibilia mutuo ſimiliter ſe hn̄t. Atque ea etiam,quæ utrorūq; eſt, cognoſcitiui ſcilicet,& cognoſcibilis ad inuicem, ſe conſequitur, ſimiliſq; eſt. Ac ſemper quidem uera eſt ſcientialis ipſa cognitio, ſed non ut rationalis ſimplr, ſed tanquam quæ ex cauſsis ſciam pariat,& omnino cum totis rebus cōiuncta. Falſum igitur & quod huic opponitur,uerum,nō ſunt in ijs,ſed in quibus iam adeſt compoſitio,quæ uidelicet in rationali cognitione,et ea quidē proueniente eſt poſita Vbi uero intellectionū cōpoſitionē dixit,ne ipſas intelligibiles formas interpretaremur, ſed magis particulares rationales proprietates,quæ poſt formam ſunt,ſubdit. Quemadmodum Empedocles dixit. Profecto multorum quidē capita ſine ceruicibus germinarūt, poſtea compoſita ſunt amicitia, ita & hæc ſeparata componuntur,ut quod incōmenſurabile,& diameter,aut commenſurabile,& diameter. Hæc quidem enim tāquam forma tetragoni,ſimul totum indiuiſibiliter comprehendit,& latera, & diametrū, & quod incōmenſurabile eſt eorum,atque æquales angulos, & æqualia latera habere. Vnumquodq; uero horū priuatim eſt proprietas rationum particularium, ex quibus fit rationalis compoſitio.

T.22 *Si autem factorum,aut futurorum, tempus una intelligit & componit. Falſum nanq; in cōpoſitione ſemper. Nanque ſi ipſum album,non album, ipſum non album compoſuit. Contingit autem & diuiſionem dicere omnia. Ergo eſt non ſolum falſum,aut uerum,quod albus Cleon eſt,ſed & quod erat,aut erit.*

Cō. In perpetuis nanque ipſis cōplexio tm̄ fit prædicati, & ſubiecti,in ijs uero,quæ in generatione ſunt & corruptione tempore quoque opus eſt, utpote quæ non ſemper, ſed aliquando ſint,aut non ſint. Atq; oportet nos ita legere. Si aūt factorum, uidelicet compoſitionem aliquis faciat,hocq; in loco pūctum intercludere,deinde ita ſubiungere, tempus una intelligit, & componit. Quo in loco rurſus in memoriam reuocat,q̄ falſitas omnino in cōpoſitione conſiſtit. ( quandoquidem quod eſt album,poſsibile eſt opinari non album eſſe ) & quod non ſine diuiſione compoſitio eſt, ideo quoque dicendum eſt diuiſionem in ijs eſſe,in quibus compoſitio.

*Quod uero unum facit, id intellectus,unūquodq;.*

Complicat nanque ratio ſimplices aīæ intellectiones, quam ſane intellectum appellat, ut iam fuit demonſtratū. Niſi fortaſsis etiam illud demonſtret, quod longiori ſerie in Metaphy. demonſtrauit. Quod formalis cā,quemadmodum cauſſa eſt ipſis formatis ipſius eſſe,ſic etiam ipſius unum eſſe. Et id quidem in naturalibus quoque uerū eſt: In animis uero,intellſ̄ forma eſt,intellſ̄ inquam participatus,quiq; iuxta ipſam aīæ ſubſtantiam ſtat,tanquam intellectus. Quatenus.n.ratio,ipſe quoq; coniungit̄,et unitur. Textus uero eſt ſic ordinandus. Quod unāquāq; cōplexarum intellectionum unam facit,id intelſ̄ eſt.

*Ipſum uero indiuiſibile, quoniam dupliciter,aut poteſtate,aut actu.* T.23

Dictum quoque iam a nobis fuit,q̄ pluribus modis ipſum indiuiſibile dicitur. Vno quidē modo,ut forma,quę nullo modo diuiſibilis eſt aut actu, aut poteſtate. Altero uero modo ut longitudo,& omne continuum, quod quidem actu ſolum indiuiſibile, poteſtate quadam rōne diuiſibile. Aut quia re uera ſit aptum natum diuidi,ut quæ in generatione ſunt,aut ſola tm̄ cogitatione,ut cœleſtia,idque,quia corpora diuiſibile hn̄t ipſum Punctum uero & ipſum nunc,alio modo dicunt̄ indiuiſibilia,quatenus quęcunque ſunt extrema,dicimus indiuiſibilia eſſe. Etenim linea,quatenus extremum ſuperficiei ſecūdum latitudinem indiuiſibilis eſt. Et ſuperficies,quatenus extremum corporis iuxta profunditatem indiuiſibilis eſt. Quod igitur ita indiuiſibile eſt,& ut extremum, eſt quidem & ipſum indiuiſibile omnino, nō tm̄ actu,ſed etiam poteſtate, ſed oppoſito modo formis, & terminis rerum. Illa nanq; ſunt perfectiones,uniteq; totum comprehendunt. Puncta uero & omnino extrema ipſa, utpote decidentia, & hoc ipſo,quia extrema ſint ab iis etiam deſtituta,quorū ſunt extrema,in priuatione ſunt ipſorum terminatorum & finitorum. Neque.n.talia puncta Ariſto. nunc accipit, qualia Pythagorici ſupponunt, uidelicet formalia principia, dimenſionum,& cās determinatrices. Sed accipit Ariſt. extrema ipſa,& ut dictum fuit, fines. Ideo Pythagorici conſequenter puncta eſſe ſubſtantias conſtituebant. In idem nanque illa reducebant cum formis diuiſibilia ipſa determinantibus. At Ariſto. recte ipſa in priuationibus ponit. Adeo ut tot' de ipſis intelligibilibus ſermo talis ſit,ſi paucis exponatur. Duplr intelligibile ipſum dicitur,aut poteſtate,aut actu. Quod igitur poteſtate,omno etiam actu poteſt eſſe. Quod uero actu,non etiam omnino poteſtate. Actu quidem igitur tantum ſunt longitudines, ut ipſe inquit,& omne continuum. Poteſtate autem,& hæc quoq; ratione indiuiſibilia ſunt,tum formæ,tum termini,& quæ tanquam extrema,quatenus extrema & fines, indiuiſibilia. Ex his autem,alia quidem ſunt formæ,tanquam perfectiones & perfectis rebus pręſtantiores, uniformiterq; totum ipſum comprehendentes, primæque, ac per ſeipſas ſubſtantiæ. Puncta uero ſunt tanquam extrema rerum finitarum,habentque indiuiſibile ipſum per decidentiam a diuiſibili factam, habentque ſimplex ipſum non per comprehenſionem,ueluti formæ comprehendunt,ſed per reſtrictionem & decidentiam a dimenſionibus. Intellectio igitur indiuiſibilium tanquam formarum, & terminorū principaliter fuerat ab ipſo in contemplationem deducta. Illa nanque recto & cognato ordine percipit intellſ̄ ipſe

tanquam intellectus, & ille qui animæ ſubſtantialis eſt intellectus. Atq; horum intellectio omnino, ut ipſe tradidit, uera eſt, ac nunquam quauis rõne falſum ipſum recipit. Quo uero etiam indiuiſibilia aliter dicta ab ijs, quæ ut formæ ſunt, diſtinguat, & intellectiones illorum ab illis, quæ ſunt formarum, neceſſario ſubiungit, tũ quotupliciter indiuiſibilia dicantur, tum quænam ſint omnium cognatæ intellectiones: cum intellectiones eorum, quæ ſecũdario indiuiſibilia dicuntur non ſint puræ. Neque.n.manent in indiuiſibili pure. Sed nimirum quia cognate cognoſcunt actu quidem indiuiſibilia, poteſtate tñ diuiſibilia, aut quę per priuationem ſunt indiuiſibilia, ipſę quoq; ab altis & puris intellectionibus in quandam diuiſionem, quæ poteſtate exiſtit, deferuntur, atque id ſubeunt, ꝙ nõ per ſe, ſed per accñs cognoſcant fines & extrema. In eo nanq;, ꝙ fines & extrema cognoſcimus, decidentias quoque ipſorũ cognoſcimus. Quemadmodum ex recto cognoſcimus obliquum, & ex bono malum, atque omnino ex formis priuationes, quarum ſunt priuationes. Si nanque aliquid non cognato ordine, ſed præſtantiore ipſas intelligit, id nihil impedit, quin illa, non ita ut ſunt, ſed ut intelligens ipſum eſt, ſic intelligat: nõ quia ſimul cum intellectis rebus diuidatur, neque diuiſionẽ ſubeat, ſed cauſſali uia, & quia maneat in ſeipſo. At nunc ut dictum fuit, de iis habet̃ ſermo, quæ cognate res ipſas cognoſcũt. Qm̃ igit̃ hæc ſunt prælibata Ariſto. uerba perſequamur.

*Ipſum uero indiuiſibile, quoniam dupliciter, aut poteſtate, aut actu.*

Primam facit diuiſionem, quod omne indiuiſibile, aut ptãte, aut actu eſt. Hæcque diuiſio non eſt mutila. Quod enim poteſtate indiuiſibile, omnimodo etiam indiuiſibile eſt. Quod aũt actu, nõ ex neceſſitate etiam omnimodo.

*Nihil probibet intelligere ipſum indiuiſibile, cũ intelligat longitudinem. Indiuiſibilis nanque actu, & in tempore indiuiſibili. Similiter nanque tempus diuiſibile, & indiuiſibile longitudini.*

Eſt nanque etiam in iis, quę poteſtate diuiſibilia, ipſum indiuiſibile, quod actu facit ipſa indiuiſibilia. Hocque tañ indiuiſibile, cum inſeparabile ſit, uel ab eo quoque, qđ cum dimẽſione, eſt, compræhenſiuum eſt, non tanquam cã, ueluti forma, ſed tanquam ſupremum ipſius formati. Quemadmodum ſanitas perfectio eſſe dicitur uiuẽtis corporis. Sed haud tanquam finalis cauſſa, quę in ipſa ſit forma. Nullum nãque diuiſibile aut ſubſiſtere poſsibile eſt, ita ut nihil in ſe impartibilis contineat, aut ſecundum naturam ſeſe habere ſine perfectione illis conueniente. Intellectus igitur cognato ordine cognoſcens, quod actu qdem eſt indiuiſibile, poteſtate uero diuiſibile intelliget illud ꝑfecto, ut eſt, uidelicet ut indiuiſibile actu: põt nanque idẽ quoque intelligere iam diuiſum. Sed quando ut unũ totum ipſum intelligit, & nondum diuiſum, tunc illud tanq̃ indiuiſibile intelligit. Recte igitur dixit id, nihil prohibet, quandoquidem poſsibile eſt, ut & quatenus indiuiſibile illud intelligat, & quatenus iam diuiſum. Qñ igitur tãquã indiuiſibile illud intelligat, tunc in tempore quoq; indiuiſibili id facit. Statimque remiſſam portionem cognitionis horum demonſtrauit. Neque.n.in illo impartibili, nũc, toto tempore præſtantiori id facit (ſi modo oportet appellare, nunc, id quod toto tempore præſtantius eſt) ſed in tempore quidem, manente tñ actu indiuiſibili. Conſtat autẽ, ꝙ qui cognato ordine hæc cognoſcit intell'ſ, nõ ſimpl'r eſt intellectus, ſed complicatus, & agens cum rõnali reuolutione primario introducente dimenſionem id facit. Agere nãque in tempore rõnalis eſt uitæ. Intell's tamẽ eſt, quatenus indiuiſibile ipſum ſeparat a rõnali hac dimẽſione. Quantiſper nãque continuum tanquam indiuiſibile intelligimus, ne ipſum quoque diuidimus tẽpus. Verũ uis.n.diuidamus, ſiue longitudinem in dimidiam, ſiue tẽpus, ſequitur ut etiam reliquum una diuidatur. Etenim ſi longitudinis dimidiam partem prius, deinde alteram poſterius cognoſcimus, utique etiam tempus una diuiſum cum priori & poſteriori. Rurſuſque tempus diuiſum ſecundum prius & poſterius, aliam habebit partem cognitam ſecundum prius, alteram aũt ſecundum poſterius, ita ut etiam actu diuidatur. Quare alia quidem longitudinis pars prius, alia ũo poſterius erit cognita. Recte ergo pħs infert. Similiter nanque tempus diuiſibile & indiuiſibile longitudini. Quemadmodum nanque longitudo, atque adeo continuum omne ſe habuerit, ſic etiam tẽpus: & id quidem ex his manifeſte comprobat.

*Haud igitur licet dicere, in dimidio aliquid intelligit utroque. Neque enim eſt, niſi diuiſum fuerit. Sed aut poteſtate. Separatim autem utrunque intelligens diuidit & tempus ſimul. Tunc autem quaſi longitudines. Si autem tanquam ex ambobus, & in tempore eo, quod ex ambobus.*

In quocũque quidẽ.n. ut indiuiſibile cognoſcit, nec ipſum quoque tempus diuidet. Cum nõ habeat dicere, qd quidem in priori dimidio, qdque diuerſum in reliquo cognoſcat. Ita ut etiam actu intellectione diuidat tempus, tãquam aliud qdem prius, aliud poſterius cognoſcens. Qđ nanque contemplatur ſecundum continuitatẽ abſque ulla diuerſitate, non actu ipſum diuidit, ſed poteſtate tm̃ diuiſibile nouit tempus, in quo intelligit. Qm̃ etiam diuideret ipſum, ſi utrãq; partium longitudinis in partibus huius tẽporis, hanc qdẽ prius, hanc aũt poſterius conſideraret. Sic ſi quidem longitudinem cogitatione diuideret, et alteram quidem ipſius partem prius, alteram uero poſterius cõſideraret, ſimul quoque diuidet tẽpus oĩno iuxta prius & poſterius. Atque tunc tẽporis non tanquam indiuiſibile, totum ipſum cognoſcetur. Ideo dixit recte. Quaſi longitudines. Omnino enim, quod unum eſt, plura cogitat, qa cogitatione diuidit, & hac quidem rõne, quaſi, dixit. Qm̃ non oĩno cogitationem noſtram diuidẽtem ſeqtur, ꝙ iam etiam res ipſæ diuiſæ ſint. Quamuis igitur nõdum ſit multitudo, at tanquam multitudo conſideratur. Si.n. non ut multa, ſed ut unum quod ex utriſque eſt, intelligamus, ea quoque in indiuiſibili oĩno tempore noſcemus, tempore, inquam actu indiuiſibili. Ac recte quidem pħs facit, qui hac rõne indiuiſibile ipſum, quod in ipſis diuiſibilibus continetur, diſtinguit a formali, non tm̃ qa in tempore cognoſcatur, ſed etiam qa diuidi poſsit ac præterea, qa ex partibus abſoluatur. Ideoq; dixit, quod ex ambobus, tanquam duas parteis ſupponens. Formale nanque ipſum indiuiſibile omnino eſt impartibile, nullaſque habet parteis.

*Quod autem haud ſecundum quantitatem indiuiſibile, ſed forma, intelligit in indiuiſibili tempore, & in indiuiſibili animę.* T.24

Cõ. Antequam perfecte abſoluat ſermonem de intellectione indiuiſibilium in ipſis diuiſibilib', interim nobis in memoriam reuocat diſcrimen ipſius, reſpectu intellectionis formarum. Quo etiam cãm demonſtraret, qua omnino intellectio de illis nunc ſumpta fuerit, uidelicet ob clariorẽ dilucidationem, & diſtinctionem formalium intellectionum. Ipſæ nanque neque in tempore, neq; diuiduntur ullo modo, aut poteſtate, aut actu. Sed quemadmodũ formæ ipſæ ſunt impartibiles, neq; tempore extenſæ, neque iuxta ullam dimenſionem partitæ, ſic etiam cognitiones, e directo illis quadrantes indiuiſibiles omnino erunt: cum neque dimenſionem ullam habeant, neque conuoluant̃, neque omnino in tempore fiant. Licet.n.in tempore, dixerit Ariſto. nihilominus appoſuit illam particulam, indiuiſibili. Ideo ut quod ſupra omne tempus eſt ſignificaret. Omne nanque tempus diuiſibile eſt. Quẽadmodum igit̃

lapidei adiectio in eo quod lapidea nauis ſit, deſtruit nauē eſſe, ſic etiam adiectio ipſius indiuiſibilis tempori facta, auſert ut tempus ſit. Secundum quantum quidem igitur indiuiſibile eſt, quod eſt quidē quantum, at non diuiſum, uerum actu quidem indiuiſibile, nō aūt poteſtate. Quod uero non eſt tale, ſed forma, hoc eſt, tanquam forma exiſtēs indiuiſibile, intelligit, inquit ipſe, in tēpore indiuiſibili, uidelicet, aut in ipſo nunc, aut ut uerius dicamus, præſtantius quā ſecūdum tempus, & in indiuiſibili ipſius animę. Idq; qa Platonis dicta optime nouit, ꝙ ſ. anima ex utriſq; ſit, uidelicet ex indiuiſibili ſubſtantia, & ea, quæ circa corpora compartita eſt. Quod quod igitur indiuiſibile eſt, & impartibile, id recte quadrat formis, cognatoq; ordine ipſis adhæret, indiuiſibili inquam ſuimet parte cum indiuiſibilibus. Ac rurſus quoque manifeſtum eſt, ꝙ de præſtantiori, quam ſecundum animam, intellectu, non habet ſermonem, neque de participato ab ipſa, neq; adhuc multo magis de non participato, ſed de ſubſtantiali & permanente ipſius animæ uerba facit. Etenim nunc manifeſte dixit, indiuiſibilia aīæ, utpote qui norit portionē ipſius quodammodo diuiſam. Hæc ubi in medio dixit de formarū intellectione, tradens nobis differentiam iſtius eum ea, quę alio modo indiuiſibilia dicuntur, rurſus reaſſumit de ipſa ſermonem, ſic ſcribens.

*Secundum accidens autem, & haud quatenus illa diuiſibilia, quo intelligit, & in quo tempore. Sed quatenus indiuiſibilia; ineſt nāque & in his aliqd indiuiſibile.*

Reaſſumit quidē, ut dictum fuit, ſermonem de ipſis indiuiſibilibus, quę ſunt in ipſis diuiſibilibus, quō intelligātur. Vbi uero in medio diſtinxit intellectionem, quæ de ipſis ſit formis, eamq; fieri dixerit indiuiſibili animæ & in indiuiſibili tempore, dicit intellectionem indiuiſibilium, quæ in ipſis ſunt diuiſibilibus neque ſimplr fieri indiuiſibili animæ ipſius, neq; ſimplr in tempore indiuiſibili, ſed eo indiuiſibili quod actu quidē, non aūt poteſtate ſit. Qđ quod enim ipſius animæ diuiſibile eſt, aliqn̄ quidem etiā actu in contemplatione diuiditur, aliqn̄ autem poteſtate ſolum eſt diuiſibile, at non actu. Quando nanque ſeorſim quidē animal rurſuſq; rationale, deinde mortale cōſiderat, diuidit actu contemplationem hoīs. Vbi uero ſimul totum contrahat, actio ipſius cognoſcitiua indiuiſibilis ſit, non etiam poteſtate. Apta nāque fuit producta, ſed poteſtate tn̄. Licet igitur hoc ipſum aīæ quod cognoſcit ea, diuiſibile ſit, & in tempore ex ſui natura diuiſibili cognoſcat, non tn̄ tanquam diuiſibile, neque in tempore tāquam diuiſibili cognoſcit. Quando ita etiam cognoſcibile ipſum tanquam indiuiſibile appræhendat, quod qdem ex ſui natura diuiſibile eſt. ideoq; dixit ipſe, ſecundum accidens. Neq;.n. diuiſibile, quatenus diuiſibile, ſed tanquā indiuiſibile cognoſcit. Neque in tempore diuiſibili id facit, licet diuiſibile ſit ſed ut indiuiſibili neq; ut diuiſibili ipſius animæ cognoſcit, ſed & hoc tanquā indiuiſibili. Non enim ipſius diuiſibilis reſpectu acceptum fuit, quod ſecundum accn̄s in ipſis indiuiſibile exiſtit. Neq;.n. qua ratione ſunt diuiſibilia, ea ſunt etiam indiuiſibilia. Et iccirco tanq̄ diuiſibilia, per accidens habebunt ipſum indiuiſibile. Nō quod illud ſecūdum accn̄s deterius quid denotet, ſed qđ ſecundam aliam rationem ſit, & præſtantiorem. Per accidens igiť diuiſibilia cognoſcit. Particula nāq;, illa, Ariſt. ſignificat diuiſibilia ipſa. Quemadmodum & ipſe ſubiungit inquiens. Et haud quatenus illa diuiſibilia, cum indiuiſibile ipſorum conſidero. Quod uero ſecundum accn̄s dixit, id cenſet non in ijs ſolis, quæ cognoſcūtur, quę met diuiſibilia ſunt, accipiendum a nobis eſſe, ſed etiam in intelligente ipſo, & tēpore, inquiens, quo intelligit, & in quo. Id quod ſane addidit, ut indicaret, ut diximus, quod agit diuiſibili ipſius animæ, intelligente hæc talia, non tanquā diuiſibili exiſtente. Quod igitur in ipſis indiuiſibile eſt, ꝑ ſe tanquam indiuiſibile cognoſcit, diuiſibilia uero ipſa per accidens. Quoniam ex alia ratione habebat ipſum indiuiſibile, & non quatenus indiuiſibilia. Hoc.n. denotat, ipſum indiuiſibile per ſe cognoſci, quia appoſuit, ſed quatenus indiuiſibilia. Vbi uero dixit, ſed quatenus indiuiſibilia, per ea quæ ſequuntur, confirmat, quod eſt aliquid diuiſibile in ipſis indiuiſibilibus, eſt nāque uel in his aliquid indiuiſibile.

*Sed forſan haud ſeparabile, quod facit unum tēpus & longitudinem. Et id ſimiliter in omni eſt cōtinuo, et tempore & longitudine.*

Quod quidem aliquid ſit indiuiſibile in ipſis cōtinuis, confirmauit ex hoc, ꝙ omne cōtinuum unum quoddam ſit. Indiuiſibile nanque eſt ipſum unum. Participanſque ipſum, ſit non ipſum unum, ſed coniunctum, cum diuiſibile ſit. Quod quidem demonſtrans, aliquid dixit. Id uero, fortaſsis non ſeparabile, dixit, quandoquidem non ipſam ſubiecti formam contemplatur, ſed ſubm ipſum, tanquā unitum. Illud nanq; oīno inſeparabile eſt, qm̄ eſt aliquid ipſius ſubiecti. Forma nanque aliquid habet ſeparabile. Quemadmodum etiam in naturali auſcultatione uoluit, quo in loco formas quoq; naturales ſeparabiles eſſe dicit: quia ſubſtātiæ ſunt, perficiuntque ſubiectum, neq; ab ipſo perficiuntur. Et iccirco quidem appoſuit uerbū illud, fortaſsis. Significare uolens, ꝙ ſi quidem ipſum formale indiuiſibile acciperes, illud quadam rōne inſeparabile eſt. Si uero accipias id, quod eſt ſubiecti, inſeparabile exiſtit.

*Punctum autē & omnis diuiſio, & quod ita indiuiſi* T.21
*bile indicatur, ut priuatio. Et ſimilis rō in aliis: ut quo*
*nam pacto malum cognoſcit, aut nigrum. Contrario.n.*
*quodammodo cognoſcit.*

Poſt intellectionem de ijs, quæ actu ſolum indiuiſibilia Cō.
ſunt, deinceps tradit etiam eam de ijs quæ omnino quidē ſunt indiuiſibilia, hn̄t tn̄ indiuiſibile ipſum, per decidentiā ex diuiſibilibus. Etenim uel ſuperficies ipſa, lineaq;, atq; ipſum punctum, & nunc, habent quandam propriam figuram, & propter illam non oīno in priuatione ſunt ponenda. Sed tanquam indiuiſibilia habent illud priuatum. Vt enim ſuperficies ſecundum longitudinem & latitudinem habet ipſum figuratum, ſecundum profunditatē uero ipſum priuatum, ſic alię oēs diuiſiones, quatenus a diuiſibili deficiunt, cuius quidem ſunt extrema, eatenus ſunt in priuatione. Rurſus igitur qui cognato ordine extrema intelligit, cognoſcit ipſa etiam tāquam proprie priuata ſubiectis, idq; ob contemplationem cognati ordinis exiſtentem, per formæ ſui priuationem. Qui enim intelligit formam, ipſum quoq; illius priuatum noſcet, tanquam non participās de illa, uidelicet forma, cui etiam priuatio eſt apta nata aſsidere, hoc eſt generabilis ipſius. Qm̄ ſempiterno bono nullum aſsidet malum, neq; ulli alteri perpetuarum formarum ulla aſsidet priuatio. Qūo igitur priuationes, quatenus priuationes cognoſcimus? Ita, ut tenebras, eo quod non uideamus lumē, malumque, eo quia nō uideamus bonum in ipſo. Qm̄ in cogitatione boni & luminis, malum quoq; & tenebras cognoſcimus. Quēadmodum etiam ex regulę rectitudine cognoſcimus obliquū. Nigrum nanque & album nunc temporis Ariſt. accepit, alterum quidem pro tenebra, alterū aūt pro lumine. Qm̄ uel etiam nigrum ipſum forma eſt. Quo uero ad textum attinet, aīaduertendum eſt, ꝙ non ſimplr uult punctū per priuationem intelligi. Neque.n. tanquam diuiſionem habere putat, ſed quod a dimenſione deficiat, cuius eſt extremum, ſecundum quod priuationem ſubijt. Punctū nāq; inquit, & quod ſic indiuiſibile, ut ipſum nunc, & oīs diuiſio, ea rōne exiſtens priuatio, quatenus a propria dimenſione deficit, indicatur, tanquam quæ omnino ſit diuiſio. Vt malum. Etenim licet oīno malum ipſum firmetur in ſignificatione boni ipſius, attamen quatenus malum ſuū habet eſſe in abſentia boni. Quemadmodum non ens, in quantum nouit natura nō ens, nō aūt nulla rōne ens, in abſentia eſt entis, quatenus non ens. Licet alicui aſsiſtat enti.

Oportet

*Oportet autem poteſtate eſſe ipſum cognoſcens, & unum eſſe in ipſo.*

Præſens dictum uidetur mihi rurſus manifeſte demonſtrare, ꝙ hæc diuiſionum iſtarum intellectio poſterior ſit, multiſq; gradibus deficiat a contemplatione formarum. Illa nanque iuxta puram conſiſtit actionem, hæc uero cum eo quod poteſtate complicatur. Hæc enim ipſius eſt formæ, cui priuatio aſsidet, quando etiam formam tanquam priuatiue agentem cognoſcimus, hoc eſt, cum formã intelligimus, quæ põt etiam ab informatis ipſis abeſſe, in ea uidelicet intellectione cõplicata cũ eo, quod poteſtate eſt. Neq;.n. perfecto actui, neq; puro, ſed imperfecto, at neq; ei ſoli, quod actu ſit, ſed ei etiam, quod poſsit, & priuatũ ſit, occurrit, per propriam ipſius cognatamq; cognitionẽ. Hoc.n. rurſus fuit adnotandum, ne præſtantiorem ipſarũ rerum cognitionem, ſeiunctamq;, ac non proprio & cognato ordine, ſed excellentiori modo cognoſcentem, aliquis proponens ſibi dubitaret. Illa nanque ita ut cognoſcẽs ipſum, nata eſt. Atq; non conſequens ipſa cognita, præſtantiori modo nouit ipſa, quam ſint illa. Oportet igitur, inquit ipſe, poteſtate eſſe intelligens, uidelicet ipſa, hoc eſt imperfectius, quam quod formas ipſas intelligit, complicatũq; ei, quod poteſtate eſt. Ineſſeq; ipſi intelligenti id quod poteſtate. Hoc aũt adiunxit, ne ſolum poteſtate eſſe ipſum intelligens ſuſpicaremur, qualem uidelicet ſuperius tradidit eum eſſe intellectum, qui prouenit ad extra, & adhuc imperfectus eſt. Neq;.n ita poteſtate eſſe ipſum intelligens nunc fuit dictum, ut neq; intelligens eſſe poſsit, ſed intelligens quidem, & actu intelligẽs, ſed cum eo, qđ poteſtate, complicatum, hoc eſt cum imperfecto, & propria cum priuatione. Vt enim obſcure uidere nõ eſt omnino non uidere, ſed uidere ſuiipſius priuatione, ſic etiam eſt ipſum intelligere, ubi complicatur cum ipſo non intelligere quodammodo. Id autem contingit, cum quis formam ſimul & ipſius priuationem cognatu ordine cognoſcat. Non enim ſolum intelligit, ſed etiam nõ intelligit. Priuatio nanque nunquam per ſeipſam intelligitur: q̃m neq; aliquando per ſeipſam eſt. Eſt iccirco quidẽ huiuſmodi intellectio quodammodo imperfecta eſt, & cũ proprio eo, quod poteſtate eſt, uidelicet priuatione cõplicata.

*Si autem alicui nõ eſt contrarium ex cauſsis, ipſum ſeipſum cognoſcit, & actu eſt, & ſeparabile.*

Quemadmodum ſuperius, ubi tradidit cognitionẽ indiuiſibilium, quę in diuiſibilibus ſunt, diſtinxit intellectionem pure impartibilium, utpote factã ipſo indiuiſibili animæ, atq; ſupra omne tempus: q̃m principalis ſibi cõtemplatio propoſita fuerat de intellectione formarum, atque ex declaratione illius aſſumpſerat omnia quouis modo indiuiſibilia, idque ideo ut ex horum cõparatione, nos manifeſtius perciperemus puram formarum intellectionem, ita & nunc ubi diuiſionum tradidit intellectionem, diſtinguit rurſus formarum intellectionem, tanquã illius actus reſpectu, qui cum poteſtate ſit: & reſpectu illius, qui cognatum ſeruat ordinem priuatiuis naturis, & generabilibus (qui quidem hac etiam ratione habet aliquid oppoſitũ ei, quod poteſtate, quod in ipſo eſt, uidelicet ſeparabilem & purũ actum, cui ꝑ nihil opponitur) atq; adhuc reſpectu, qui cum ſui ipſius ſit, alterius quoq; eſt. Quæ quidem omnia diuinius profecto & præſtantius non participato inſunt intellectui, unde & poſterius inſunt, ſecundarioque intellectui animæ participato. Inſunt aũt uel primæ ſubſtantiæ animæ, licet remiſsius, idq; ob complicationẽ iam cum conuolutione factam, de qua nunc ipſe ſermonem habet, ueluti pluribus uerbis antea ſatis probauimus, ita ut intellectus ſimul ſit & ſcientia, quod quidẽ ipſe cenſuit. Præſtantior nanque animariæ ſubſtantiæ pars intellectus quidem eſt, at non anima. De animaria igitur ſubſtantia, & de intellectu ſecundum ipſum conſiſtente & nunc habetur ſermo, & ſtatutum fuit de ipſo, ꝙ nulli opponitur. Quandoquidem etiam ſempiternus eſt. Manifeſte nanq;, quod immortalis ſit dictum fuit, cum a philoſopho dicebatur, & eſt id ſolum animæ immortale, (in ipſis aũt generationi obnoxijs ꝯtrarietas et priuatio ineſt) & quod cauſſa eſſet, dicebatur. Erat.n. is efficiens ipſum. Quemadmodum intellectus ad extra proueniens erat patiens, ipſius nanque animæ aliquod efficiens eſſe aliquod patiens antea dicebat, atque efficiens ipſum, principium et cãm eſſe ponebat, patiens uero, materiam, cauſſa igiť eſt, uel ipſius animæ ſuprema ſubſtantia, at & ex ſui ſubſtãtia actus erat, licet poſterius, ut dictum fuit, ſubſtantialis animæ intellectus. Ideoque ipſum nunc ſeipſum cognoſcere concludit. Ipſe nanque etiam cognoſcit formas, idq; ob coniunctam ſui exiſtentiam cum intellectu qui ſupra ipſam eſt animam. Neq; enim per diuerſitatem ut natura, & corpora ipſa, ſed connaturaliter ipſum contangit. Eſt autem etiam actus, ut nulla ratione cum eo quod poteſtate complicatus. Immaterialis autem eſt, ubi ſeparetur ab ijs ſecundis, quæ promuntur, & ad exteriora declinant, ut tis. Vnde & cum ipſe dixerit huiuſmodi intellectum actũ eſſe, appoſuit, & ſeparabilis. Tunc nanque & actus eſt, & immixtus, & reliqua quæq;, quæ de ipſo nunc fuere dicta, ubi ſeparatus ſit. Neque enim ſeparabile ipſum accipere oportet, ut de eo, quod ſemper ſit ſeparatum intelligamus, ſed de eo, quod aliquando. Separatus nãq;, inquit ipſe eſt, quod uere eſt.

*Eſt autem dictio quidem, aliquid de aliquo, quẽadmodum & affirmatio: & uera, aut falſa omnis, intellectus aũt non omnis, ſed qui ipſius qđ eſt, iuxta quod quid erat eſſe, uerus, & non aliquid de aliquo.* T.26

Vbi dixit, & confirmauit in animæ ſumma ſubſtantia, Cõ.
& intellectu eo, qui ſecundum ipſam eſt, quæcũq; primo, de intellectu, qui ſupra aĩa eſt, determinabamus, uult rurſus, quemadmodum etiam prius diximus, diſcrimen demonſtrare, ac manifeſte tradere inter ſubſtantialem noſtrum intellectum, et inter ſupremum, ex adiectione rationalis diuiſionis. Atque etiam hac de cã eadem dictione ſæpius utitur, tum ipſam ſubãm ſubſtantialis noſtri intellẽs tradens, tum etiam actionẽ, idque ideo, ut cum cõmunicatione ipſius cum præſtantioribus, diſcrimen quoq; noſceremus, atq; undique in animæ medietatẽ intueremur. Q̃m aũt medietates haud facile appræbenduntur, nõnũquãq; propriorum noĩum penuria, obſcuriores fiunt, iccirco ex utriſque extremis, tum quæ ante ipſas, tum quæ poſt ipſas ſunt, ab antiquis & priſcis declararantur hominibus. Sic ſane Plato cõponit ipſe ex indiuiſibili & diuiſibili, nõ per comparationem, ſed ut ipſe inquit, per cõmixtionem, commiſcebatur nanq;, inquit, ex ambobus, ut aſſereret totam per ſe totam aĩatam ſubſtantiam indiuiſibilem quodammodo ſimul, & declinantem in ſubſtantiam eſſe circa corpora diuiſam, at uero non ex parte una quidem indiuiſibilem, ex altera uero parte declinantem in ipſum diuiſibile, totam aũt per ſe totam, in utrunque, ſed neutrum uere & ſincere. Magis uero neq; utrumlibet commixtũ eſt, ſed ſimplex quiddam: & proprium id aĩæ quidem eſſe aſſerere uolens, qđ mediũ inter indiuiſibilem & ſubſtantiã circa corpora diuiſam eſt cõmunicationem quãdam propter ſui medietatem cum extremis ſeruans. Vt uerbi gratia flauus color, cum ſimplex re uera ſit, non autem ex cõmixtione albi & nigri, quæ ſunt colores extremi, a natura cõſtitutus, ſed proprius & ſimplex color, ut dictũ fuit, nihilominus ex utriſque dicitur eſſe extremis, ob communicationem & participationẽ de utroq; omnium mediorum. Sed quandoquidem media ipſa neque nominibus oĩno proprijs appellantur, neq; facile a noſtris intellectionibus percipiuntur, commendandi ſunt illi præſtantiſsimi philoſophi, qui ab extremis ipſa tentauere uenari. Sic ſane Ariſt. ex intellectu, & ſcientia, quæ rationalis eſt actio, per habitum & occurſum ſubſtantiam aĩæ & ſubſtantialem actionem accipere tentat, utpote ſimul & intellẽm exiſtentem, & ſciam. Quæ tota per ſe totam neq; intellẽs eſt,

qualis eſt ſupremus aĩæ intellectus, neque ſcientia, qualis eſt cognitio, quæ ſecũdum habitum & occurſum ex cauſſis fit. Vt enim ipſe manifeſte innuit, ſcia eſt anima, uidelicet animata cognitio, quæ cum re eadẽ eſt. Idq; ita, ut ex ipſa idemptitate cum re, intelligentem animæ partem, & ipſius cognitionis ſignificaret. Per ipſam uero ſcientiam indicaret rõnale ipſum, quodq; conuolutum in ipſam ſubmittitur diuerſitatem quæ a ſubſtantia deuenit. Hac de ratione mihi uidetur, & incipiens ab hoc dicto, dictionem, dicere, ſubſtantialem eſſe animæ cognitionem, & adieciſſe illud aliquid de aliquo, non quod, ut ab expoſitoribus dictum fuit Alexandro uidelicet, & Plutarcho Neſtorij filio, dictio pro negatione accepta fuerit, aut pro aliqua latenti oratione. Compoſitio nanq; eſt horum utrunque. Vbiq; uero Ariſto & ante ipſum Plato in ſimplicibus intellectionibus & dictionibus, φάσεως, hoc eſt dictionis nomine utuntur: ſed etiam nunc temporis uerbum illud, dictio, ſignificat ſimplicem intellectionem. Per illam uero appoſitionem, aliquid de aliquo, ſignificare uoluit cõplicationem ſubſtantialis animariæ actionis cum ipſo cõuoluto. Talis quidem nanq; ſimplex & intelligens eſſe põt: quæ uero ſimplicitatem illam remiſerit in cõplicatione facta cum ipſa rõne. Nec quæ aliqua quidem rõne intelligens ſit, aliqua aũt rõnalis, ſed tota per ſe totam utrũq;. ac etiam magis neutrum exacte & uere, ſed ſimplex quædã media amborum forma. Atque ideo quoq; ex utriſque reſultat tanquam de utroque propter medietatem participans. Ideo etiam ſubiunxit, quemadmodum affirmatio. Quandoquidem ipſa quidem dictio id ſimplex totũ erat, uidelicet aliquid de aliquo, idque ut extremis ex ipſis medium denotaret. Affirmatio uero, quæ oratio eſt ex ſe, in eo quod eſt, aliquid de aliquo, ſuum habet eſſe. Quemadmodum igitur, ſiquis diceret, quod flauũ diſgregat uiſum, quemadmodum album, qm̃ proprie album diſgregat: flauum uero, quia de albo participat, diſgregatiuam aliquam retinet ſignificationem, qm̃ non eſt per ſe diſgregatiuum: ſic ſane & ipſius animæ ſubſtantialis actio, nõ eſt quidẽ aliquid de aliquo, dictio nãq; dicta fuit, quia uero de ratione participat, & ad illam uergit, præfert quandam tanquam alterius de altero prædicationem. Et id quidem ſignificat pħs, cum inquit, quemadmodum affirmatio. Ipſa nanque ex ſe, ut dictum fuit, in complicatione alterius cum altero conſiſtit. Ac recte quidem pħs fecit, ꝙ negationem in his non aſſumpſit, ſed tñ affirmationem. Qm̃ quemadmodum in intelligibilibus ipſis nulla rõne, inquit Parmenides non ens conſiderari debere, ſic etiam ſumma animæ ſubſtantia actioque iuxta ſubſtãm ſtans, cũ ſit ſuimet plena, nõ enti non tradit locũ. Etenim licet Plato in ſophiſta uel in ipſis intelligibilibus celebret non ens, non tñ id celebrat, quod ſubducit oĩa, atque e conſpectu aufert, neque omnino, quod per negationem eſt. Sed qđ potius actu, & cum quadam proprietate, aut præſtantiore, uel ipſa quoque ſubſtantia, quale illud ſupra ſubſtantiam eſt, aut quod ſecundum diuerſitatem eſt, non quidẽ diuiſibilem ſed formalem. (Proprietas aũt quędã eſt uel principalis ipſa diuerſitas, quæ opponitur idẽptitati Qua cum concurrit proprietas ipſius non entis, licet eadem nõ ſit cum diuerſitate, quemadmodum clarius interpretantibus ipſum Sophiſtam uĩ) aut id quod ſecundum cauſalem actionem cõſiſtit conſtituentẽ ea, quæ ab ente aliquo modo recedunt, intelligit. Vbique igiť loci, non paſſio ipſum non ens in intelligibilibus celebratur a Platone, ſed proprietas, & actio, & perfectio. Quod uero nõ ens e medio auffert ens, exterminatum fuit a uere entibus. Quibus cum etiam ſummitas illa animæ connate iuncta, ſecundario etiam ipſa ſuimet plena euadit, cum conuerſa in ſeipſam fuerit, ſeparataq; ab occurſibus ad extra, & uere cum ſuperioribus colligata. Licet igitur cognationem aliquã habeat cũ rõne conuoluta, magis tamen conueniet cũ affirmatiua parte, quam cum negatiua. Quod uero dixit, & uera, aut falſa oĩs. id de affirmatione dictum fuit, nõ autem de dictione. Infert nanque, intellš aũt non omnis (accipit aũt intellectum pro dictione) ideſt non omnis uerus aut falſus eſt. Intellš nanque prouenienſ ad extra, & qui poteſtate, paſsibiliſq; intellectus ab ipſo dictus, aliquãdo quidem erat uerus, aliquando aũt falſus. Qui ergo ſubſtãtialis eſt, nunquã uerus aut falſus, ſed ſolum uerus. Hic nãque percipit quid eſt, iuxta quod quid erat eſſe, hoc eſt percipit ſubſtantiam rerum. Hoc nanque ſignificat id, quod dicitur, cõtemplatiuus ipſius, quid eſt, iuxta quod quid erat eſſe, quod met eſt ipſa forma: ita ut oratio talis eſſe poſsit. Intellectus, qui ſubſtantias cognoſcit iuxta ſ ipſas formas, non eſt recipiens falſum. Conſtat autem, quod ipſum quid eſt conſueuit ſignificare apud Ariſtote. ipſam ſubſtantiam. Ipſum uero, quid erat eſſe, formam ſignificare conſueuit, quandoquidem differentiam uult in materialibus eſſe inter, ipſum, & eſſe ipſius. Quorum alterũ quidem, ipſum, ſubſtãtiam materialis denotat, alterum uero ipſummet eſſe, formam. In immaterialibus uero ambo in idem tendunt. Dicta autem iam a nobis fuit eã, qua intellectus impartibilium & immaterialium ſubſtantiarum cognoſcitiuus, & ut ſimplr dicam, cognoſcitiuus formarũ cognato ordine ſeruato, ſemper uerus eſt, quando cognoſcit. Neque enim habet, ut quadam parte cõtangat, quadam aũt parte non contangat rem, quo poſsit mentiri, aut uera dicere iuxta ueritatem falſitati oppoſitam, falſum nãque, & oppoſita huic ueritas in complicatione ſunt & diuiſione. Complicatio aũt & diuiſio in diuiſibilibus quodammodo & compoſitis ſunt rebus: formæ uõ ſunt ſimplices, & impartibiles. Atque oĩno etiam falſum conſiſtit in eo, quod quadam rõne contãgat rem, ut aliquid dicat de ipſa, & quadam rõne non, idq; ut in hoc mentiatur. Impartibile uero non tendit ad contactum ſecundum aliqđ ſui membrum, quia impartibile eſt: ſed totum, (ſi modo totum oportet in indiuiſibilibus dicere) cognoſcitur, aut nullo alio modo. Et id quidem erat, quod Plotinus dixit, ut etiam meminimus. Quod intellš aut tetigit, aut nõ tetigit: quare nõ aberrat. Vbi igitur de affirmatione dixit, quod & aliquid de aliquo, & aut uera, aut falſa, cõtra opponit intellectum, utpote neutrum hñtẽ, uidelicet neq; uerum neque falſum, ſed tñ uerum: neq; illud, aliquid de aliquo, idq; facit, ut per oppoſita rurſus illius medietatẽ indicaret. Cum n. prius dixerit, dictionem eſſe aliquid de aliquo, quemadmodum ipſam affirmationem, ne ſtatim cõplicationem in dictione intelligeremus, demonſtrabat quidem & ex ipſo dictionis noĩe ſimplex quoddam indicante. Adhuc aũt ab intellectu remouet manifeſtius hoc, dũ negat, aliquid de aliquo ipſum intelligere: eo ꝙ ut dictum fuit, medium ipſum ſignificat ex oppoſitis.

*Sed quemadmodum intueri quod proprium, uerum. Si aũt homo, ipſum album, aut non, non uerum ſemper. Ita ſeſe habent, quæcũq; ſine materia.*

Manifeſta utitur ſimilitudine in ſpeculatione intelligibilium, quę ſimplicia ſunt, ex uiſione propriorum uiſibiliũ, & non ex alio ſenſu. Licet n. propriorum & ſimplicium cognitiones ſint ueræ, nihilominus uiſus ob affinitatem cum lumine, & quia longinqua maxime percipit, & quia unite & collectim cognoſcit, & quia maxime, quantum ſenſibus licet, impaſsibilis & actiuus ſit, cõuenientiſsimus eſt, qui comparet intellectui. Ipſe igitur uerus eſt. Niſi. n. aliquod interuallum, aut quędã alia affectio impediat, ſenſus propriorum ſemper eſt uerus, ueluti quod album aut flauum, quod apparet, ſit. Sed ſi Cleonis filius albus ſit, cum hoc non ſit ſimplex, nec proprium ſenſibile aĩæ, nõ etiam omnino eſt uerum. Ita igitur ſeſe hñt, & quæ ſine materia, inqt ipſe, ut ꝓpria ſenſibilia, quæ ſimplicia ſunt, cum ſolum iuxta ſimplicitatem ipſam aſsimilari debeant. Quandoquidem illa ſunt perfectæ ſubſtantiæ: atq; adeo citius perfectiones & puræ actiones, terminique omnino impartibiles, ſimplicia autem præterea ſunt, at non eodem modo cum proprijs ſenſibilibus. Hæc enim ita ſunt per reſtrictionem. Illa autem per ſimplicitatem comprehendentem omnia. Verum comparatio facta fuit ab Ariſto. iuxta ſolum illud ſimplex, tanquam ab uno, & ad unum

ad unum tendens intelligatur, & ea ratione affinitatem ha
beat quandam.

T.27 *Idem autem eſt, quę ſecundum actum ſcientia cũ re.
Quæ uero ſecundum poteſtatem tempore prior in uno.
Omnino autem neque tempore, ſunt ex actu ente, ea,
quæ fiunt omnia.*

Cõ. Sententia præſens ad uerbum fere antea fuit ab Ariſto.
tradita, & nunc, non tñ fuit fruſtra dicta. Qm̃ antea prędi
catio ſciæ de intellectu tunc tẽporis declarabat ſubſtantiã,
& eſſentiam ſubſtantialis aĩæ intells, remiſſam reſpectu il-
lius, qui ſupra ipſam eſt animam. Quod n. ſimul intelligit,
& ſcientiale eſt, id ſubmittitur illi, quod tm̃ intelligit. Quo
niam eiſdem nominibus tum actionem, tum ſubſtantiam
ſignificamus, tunc quidem temporis interpræari cenſeba
mus nomina intellectus & ſciæ, tanquam ſubſtantias indi
cantia, nunc aũt tanquam actiones. Vt etiam ubi nũc in-
tellexerimus, animæ intelligentem actionem conſequẽter
cum ſubſtantia remiſſum a ſuperiori intelligente actione,
idq; per ſcientificã cognitionem intellexerimus, hinc etiam
ſubſtantiam, remiſſam, ſubmiſſamq; credamus. Sed qua-
lis nam eſt ea ſcia, quæ in hiſce prædicatur de ſubſtantiali
animæ actione? Non ea, quæ ſecundum habitum in no-
bis fit. Neque ea etiam, quæ per occurſum recedit a pro-
mente ſubſtantia, & quæ per alicuius diuerſitatem, & cũ
aliquo receſſu ipſam capit. Sed ea, quæ propter idempti-
tatem cum ipſa coniuncta eſt. Hanc enim ſtatuit eandem
eſſe cum re, hoc eſt, cũ cognoſcente ſubſtantia, ſimul & co
gnita. Idq; ideo ut rurſus medietatem demonſtret. Quę
quidem ratione idemptitatis intelligens ipſum habet (intel
lectus nanq; eſt proprie, qui ſui ex ſubſtantia actus eſt) rõ-
ne aũt quia dicit omnino ſciam, habet hoc, q̃ declinat ad
rationum conuolutionem. Expoſitum aũt iam a nobis
fuit pluribus uerbis, q̃uo quod ſecundum poteſtatem eſt,
tempore prius eſt in una re, ac nunc breuiter memoriæ re
uocetur q̃. ſ. in generabilibus, ĳſque quę aliquãdo ſunt,
hoc eſt uerum. In quibus proceſſus fit ex imperfecto im-
perfectum. In quorum quidem numero aĩa etiam quo-
dammodo eſt. Quæ ob coniunctionẽ, quam cũ hoc cor
pore habet, tanquam ex poteſtate in agere ipſum cõtem-
platiuo modo, ad formas tendit. Sed in ipſis quidem om
nino generabilibus nunquam quod actu eſt, prius eſt tem
pore eo quod poteſtate in una re. Quandoquidem licet
pater actu præexiſtat ante filium poteſtate natum, id ta-
men non fit in uno. In aĩa uero non ita intelligendum ſta
tuit. Sed & in uno qđ actu eſt, id ante illud qđ poteſtate,
exiſtit. Quamuis n. non in hac cõmuni cum corpore uita
id quod actu, prior ſit tẽpore, eo qđ poteſtate in ipſa ani-
ma, attamen in ipſa anima, quæ una eſt, prior erit, & cũ
ante corpus præexiſtat, ſeparabiliterq; aliquãdo uiuat, in
telligendoq; in ſeipſam conuertatur. Prius aũt eſſe tempo
re id qđ poteſtate pbs di it, eo quod alĳs prioris, ſignifi-
cationibus de mente omnium hic nõ opus ſit, ut natura,
honore, dignitate. Sufficiẽs igitur antea fuit dicere, quod
non eſt tempore prius ſimplr in ipſa aĩa id, quod poteſta-
te. Sed aliquando quidem intelligit, aliquando aũt nõ in-
telligit: ut in illo dixit loco. Nunc aũt neceſſitatẽ ſermo-
ni ſuo adiungit, quo etiam in loco rurſus Platonem ſequi-
tur. Etenim quodam in loco ille inquit: q̃ nunquã in eam
figuram aĩa ueniet, niſi contemplata fuerit entia. Cui etiã
aſſentitur Ariſto. cenſens omnia, quæ fiunt, ex actu ente
fieri. Adeo ut in ipſis quomodocũq; generabilibus id qđ
actu, tempore prior ſit imperfecta poteſtate. ita ut ex ſeip
ſo fiat. Sed in anima diuerſum eſt, quia in una & eadem re
prius fit id, quod actu. Hac enim ratione ſimplr quidem
in alĳs dictũ fuit, quod poteſtate, prius eſſe eo quod actu
in una re. In aĩa aũt non ita cenſetur. Sed contrarium po
tius, quod actu, præcedere uel in ipſa quoq; una exiſtente
aĩa, idq; ideo, ut poſſit etiam ſeipſam perficere, cum in ip-
ſum imperfectum tetenderit, cum iam antea ageret, & ga
rõnes habeat, neq; multa indigeat opera ad hoc, ut rurſus
ſimiliter quoq; agat, ubi in ſeipſam conuerſa fuerit, inque
ſuimet ſupremam partem recurrerit. Oportet. n. & quod
apta ſit nata ad talem actionem, et quia ſæpius iam egerit,
aliqd aptũ hẽat ad hoc, ut rurſus agat, aſſueſcatque modo
huic, qui per conuerſionem fit: eo quia ſæpius, magis au-
tem infinities conuerſa fuerit, ut quæ immortalis ſit.

*Videtur autem ipſum quidem ſenſibile ex eo quod* T.28
*poteſtate ſit ſenſitiuum, actu efficiens. Neque enim pa
titur, neque alteratur. Vnde alia eſt ſpecies motus.
Motus nanque imperfecti actus erat. Qui autem ſim-
pliciter actus, diuerſus, qui perfecti.*

Vbi abſoluit, ut ego puto, ſermonẽ de oĩ cõtẽplatiuo
intellectu, inceperit aũt ab eo, qui imperfectus eſt, poteſta- Cõ.
teq; tm̃ eſt, aſcẽderit aũt ad eũ, q & ipſe qdẽ ad extra ꝓue-
nit, ꝑfectus tñ eſt ſcđm habitũ, & occurſum atq; mediãte
hoc ad ſubſtantialẽ deuenerit intellm hũcq; oĩno perſcru-
tatus fuerit, ſubſtantiamq; ipſius & actiones cauſſaleq;, &
ſeparabile, & perpetuũ ipſius cõſiderarit, demonſtraritq;
affinitatem ipſius cũ ſuperioribus, ſubmiſſionẽque, ob de
clinationẽ ipſius ad hęc ſecunda uergentẽ, nihilque, ut ab-
ſolute dicamus prætermiſerit, quæ ad eius cõtẽplationem
attinent, nunc ad practicũ, hoc eſt actiuum uocatũ intellm
trãſit, quẽ etiã cogitationẽ appellat, imaginationeq; uule
uti & circa bonũ & malũ conuerti, quẽadmodũ & circa
falſum, & quod huic opponitur, uerũ. At nõ quẽadmo-
dum ſupremus cõtẽplatiuus circa ſolum uerũ uerſat. Intel
lectus nãque proueniens adhuc imperfectus exiſtens, ipſe
quoque uerſabat cõtẽplando circa falſum & uerũ, at non
dũ traditus eſt ꝑcipere bonũ aut malũ, qđ in ipſis eſt agi-
bilibus. Eſt nãque & oĩs cõtẽplatio nõ ſolius ueri, ſed om
nino etiam boni. Verum bonum ipſum ita aſſequitur,
non tanquã aliud præter ueritatẽ, ſed ipſam ueritatẽ tanq̃
præſtantiſſimũ finẽ, & quę de bono participet, ſibi ſtatuit
aſſequi. Aut etiam, id, qđ Ariſto. in Metaphy. nos do-
cuit, dicere poſſumus: Mathematicas n ſcias dicit a finali
cõtineri cã, idque iuxta ipſam cognitionis ueritatẽ & certi
tudinẽ. Practicus aũt ſiue actiuus intells in cognoſcendo
bonũ, ſuũ nõ hẽt finẽ, ſed in agendo, aut in iuſte operãdo,
aut tẽperate uiuendo, aut ſtrenue res pertractare. Cũ autẽ
de hmõi intellectu ſit uerba facturus, rurſus ex ſenſu nos
remittit ad contẽplationem ipſius, ex eo inquam, tanquã
ex notiore. Quẽadmodũ etiam tũc fecerat, cum de contẽ
platiuo intellectu ſermonẽ eſt exorſus. Etenim eo in loco
ita quodãmodo incepit. Si ſane eſt ipſum intelligere quẽ
admodum ſentire, aut pati aliquod certe eſſet ab intelligi-
bili, aut aliquid hmõi alterum. At nũc quidẽ ſenſu utitur
pro ſimilitudine & imagine, non ſimplr quatenus cogno
ſcitiuo, ſed ut qui percipiat iucũdum & triſte aliqđ, mo-
leſtumue. Idque ideo ut accommodet imaginẽ practico
intellectui, qui nõ tm̃ cognoſcitiuus eſt, ſed etiam bonum
& malum inueſtigat. Quo in loco etiam q̃uo dictũ fue-
rit antea ſenſitiuũ pati a ſenſibili nunc interpretatur. Qm̃
nõ ſimplr fit iuxta imperfectũ motũ determinatũ ab ipſo
in naturali auſcultatione, qui actus eſt eius, qđ poteſtate,
cum imperfectum ſit id, quod poteſtate. Neque. n. ſecun
dum illum mouet ſenſitiuum ipſum a ſenſibili. Sed ſi quid
certe moueri cõcedat, ſolum ſenſorium id erit. Ipſa uero
ſenſitiua uita perfecta iam exiſtẽs iudicat occurrẽs ſenſibi-
le, iuxta perfectũ cõſiſtẽs actũ. Iudicium nãque ipſum in-
trinſecus eſt, nihilq; extrinſecus aſſumit. Sed indiget ſenſi
bili, ut præſente, & ut mouẽte ſenſorium. Qñ qdẽ nõ ita
ut imaginatio uel ad abſens quoque in actionẽ excitatur,
ſed ad ſolũ tm̃ id, qđ præſens eſt. Et ea rõne qdẽ dicit, q̃
cũ antea ptãte fuerit, actu fit a ſenſibili, nihil ab ipſo patiẽs.
Neque enim, inquit ipſe, ſecundũ imperfectũ mouet mo-
tum. Sed quia cũ antea nõ ageret, poſterius, qa ſenſibile
adſit, collectã promit actionẽ, & eã qdẽ impartibilẽ, & ſi
mul totã, at non qualis ille motus eſt, qui in partitione, &
cõtinuitate eſt, & ideo quoque ꝑfectę rei mot' eſt, & ut ip-

ſe inquit, abſolutæ rei. In ipſo uero contextu recte appoſuit uerbum illud, uidetur. Neque.n. re uera ſenſibile agit in ſenſitiuum, ſed tñ uidetur, q̃a in ſenſorium imprimat. Ideo etiam ipſe tradẽs cãm, propter quam dixit, uidetur, conjunctioneq; rõnẽ reddẽte utens, inquit, neque enim patitur, neq; alteratur. Verum uidetur quidem, ſenſibile ipſum ex poteſtate, actu facere ipſum ſenſitiuum, at non uere id fit. Senſitiuum nanq; pateretur ab ipſo. Patiens uero ſecundum imperſectam mouetur mutationẽ. At ſenſitiuum nõ mouetur in agendo, ſed ſimplr̃ iuxta actionem conſiſtit. Motus nanque hoc totum, imperſectus exiſtit actus. Qui uero actus ſimplr̃ ſine imperſecto dicit᷑, impartibilis eſt actio. Tale aũt etiam eſt ſenſitiuum, ut dictum eſt, judicium. Videtur aũt omnino motus nomen ipſi cõuenire, licet a'ía ipſe inquit ſit hæc motus ſpẽs, eo q̃a a nõ agere, ad agere aliquando mutetur. Dicimus nanq; uel in hoc ſ.ſenſu motum eſſe, non quidẽ qui tranſeat, ſed q̃ unitus ſit. Iuxta quem & indiuiduarũ & particularium formarum præſentiam & abſentiam perfici traditum fuit. Inſert aũt cauſſam, propter quam non cenſet ſenſitiuã actionem in aliquo motu ponẽdam eſſe. Cuius etiam nos iam mentionem fecimus. Motus itaque, inquit, eſt imperſecti actus, eius uidelicet, quod poteſtate. Quæ uero ſimplr̃ eſt actio, hoc eſt ea, quæ ſine imperſecto tñ actio exiſtit, diuerſa eſt ab actu imperſecti ipſius. Et quo diuerſa ſit declarauit adjiciens particulam perſecti, quandoquidem nõ eſt imperſectæ, ſed perfectæ rei. Hæc igitur dicta fuere, tanquam expoſitio ſermonis antea dicti. Q̃m pati quodammodo eſt ipſum ſentire, quemadmodum ſenſitiuo ſecundum ueritatem conuenire poteſt, nõ quod ſenſitiuum uere patiatur, ſed quod perſectam quidem actionem agat, et aliquando, uidelicet, cum ſenſibile præſens ſit. Ideo quoq; uidetur a ſenſibili pati. Quod uero ſequitur, ſenſus ſimilitudinem cum actiuo intellectu tradit.

*Ipſum quidem igitur ſentire, ſimile ipſi dicere ſolum, & intelligere.*

Hoc ſane ipſum, quod nos diximus, Ariſto. innuit, ꝙ ſcilicet ſenſitiuum ita dictum ſecundum ipſam ſolã cognitionem aſſimilatur intellectui practico. Hæc enim erat ſimilitudo cum rationali, & intelligente cognoſcitiua actione. Affirmare nanque & negare rationalis contemplationis ſunt opera. Intelligere uero intellectiui proprium.

T.29 *Quando autem ſuaue aut moleſtũ, ut affirmans aut negans, perſequitur, aut fugit.* Et eſt *ipſum lætari & triſtari, agere cum ſenſitiua medietate erga bonum aut malum, quatenus talia.* Et *fuga ſane, & appetitio id quæ ſecundum actum.*

Cõ. Ex his ſignificabit quando ſenſitiuum tanquam imago & ſimilitudo actiui intellꝰ aſſumitur, cum uidelicet nõ ſimpliciter, ſed ut ſuaue & moleſtum iudicat ipſum ſenſibile. Senſitiuum nãq; iudicium utrauis rõne in ſenſibili collocatum, ſiue modo id ſit ſuaue ſiue moleſtum, tanquam affirmationem dixit. Quemadmodum etiam negationẽ, utriuſque eorum recuſationem. Quandoquidem in complicatione quodammodo hmõi quoq; conſiſtit ſenſibilis iudicium, & tanquam cognoſcibilis & tãquam proprium. Hac.n. rõne eſt tanquam affirmatio. Dictum aũt fuit, tanquam, quandoquidem proprie in rationali conuolutione eſt & affirmatio & negatio. Q̃n igitur tanquam ſuaue & moleſtum iudicat ſenſibile tunc perſequit᷑, aut fugit. Quãdoquidem ſenſus inſequit᷑ ſuaue ipſum tanquam bonum, moleſtũ uero tanquã malum deuitat. Rõnalis nãq; dijudicationis perſæpe eſt diſtinguere bonũ a ſuaui, malum aũt a moleſto. Illa uero inſecutio ſignificat dilectionẽ & deſiderium. Fuga uero auerſionẽ & receſſum. Atq; in ipſo quidẽ delectari ſenſus amplectit᷑ propriam actionẽ tanq̃ bonũ. In ipſo aut triſtari ſiue dolere, tanq̃ malum renuit. Hæc aũt ſignificant ea quę dixit. Et eſt ipſum lætari aut triſtari, agere cũ ſenſitiua medietate erga bonũ, aut malum, quatenus talia. In quibus quidem uerbis ſenſitiua medietas accepta fuit, utpote amborũ ſuſceptiua, ſuauis uidelicet & moleſti, aut ut melius dicamus, ipſius lętari, & triſtari, utraque nanque iudicat. Quia n. ſenſorium corporeo inſtrumẽto utit᷑, affectiones illius conſeruatiuas aut corruptiuas tũ cognoſcit, tum tanquã propria, aut aliena, alia q̃dẽ diligit, alia aũt auerſat᷑ & fugit. Particula uero illa, quatenus talia, appoſita fuit, huic alteri, bona aut mala, hac rõne, q̃m nunquam ſenſus bonũ ut bonum iudicat, aut malum ut malum, aut alterũ quidẽ inſequit᷑, alterũ aũt fugit, ſed ſuaue quatenus bonum, & moleſtum quatenus malũ, alterum quidẽ inſequitur, alterum aũt fugit, particula igitur, talia denotat adiecta, quęnam ſint ſimilia bono & malo, ſuaue ſcilicet, & triſte. Primo quidẽ igitur ſentire oportet, & actu fieri ſenſitiuum ipſum: poſterius uero lætatum eſſe, aut triſtatum eſſe. Præcedit nanq; iudicium ipſam affectionem, quæ cum uoluptate aut triſtitia fit. Quandoquidem ſentire quidem ſine uoluptate & triſtitia poſſe eſt, lętari uero ſiue delectari & triſtari abſq; cognitione impoſſibile. Ideo prior eſt natura cognitio ipſa hiſce affectionibus. In tertia uero claſſe, appetiſſe aut fugiſſe, hoc eſt inſecutum fuiſſe delectabile ipſum, aut totis uiribus euitaſſe ipſum triſtans. Quod quidẽ fuga ipſa ſignificat, quẽadmodum inſequutionẽ ſignificat appetitio ipſa, quę cupiditas, & ad ſuaue extẽditur, & impetum facit. Hæc igitur iam actio eſt. Neq;.n. in pati ſimplr̃, quemadmodũ lętari cõſiſtit, ſed etiam in ipſo inſequi. Inſecutio uero illa nõ eſt paſſio, ſed actio, fuga igitur & appetitio ſunt tanquã actio, ſed non tanquam ipſum lætari aut triſtari. Hęc enim ſunt tanquam affectiones, quod inſequẽdum aut fugiendum. Inſecutio uero ſuauis, & fuga ab eo quod triſte, ſunt tanquam actio, altera quidẽ appetitio, altera uero fuga, auerſioq; exiſtens.

*Et nõ diuerſum quod appetit, aut fugit, neq; mutuo, neque a ſenſitiuo, ſed eſſe aliud.*

Quandoquidem complicauit appetitionem & fugã cũ ſenſitiuo, antequam traderet, quõ aſsimilet intellm̃ actiuum, ſtatuit, ꝙ unum & idẽ ſubiecto ſunt quod appetit, & fugit, utraque uero eadem cum ſenſitiuo ipſo. In quo enim ſenſitiuũ eſt iudicium, hoc eſt in ſenſitiua aĩa, in hoc etiam appetitio & fuga. At non in alio quidem eſt iudicium, in alio aũt appetere aut refugere, ſed in eodem. Ratione uero & uniuſcuiuſque proprietate illorũ (hoc enim indicat quod dixit eſſe) pluralitas & diuerſitas apparet. Fugere nanque aliud quid eſt ab ipſo inſequi, & utrunq; a iudicare: licet oĩno etiam cum iudicio ſint. Sufficiens uero diuerſitatis ſignum eſt, ꝙ ſenſus etiam ſine appetitione aut fuga aliquando ſit: rurſuſq; aliquando cũ ſola appetitione, & e contra. Ex his aũt tradit theoremata de actiuo intellectu. Atq; ſimilitudo fuit nũc ab ipſo præaccepta.

*Diſcurſiuæ autem animæ phantaſmata tanquã ſenſa inſunt, quando uero bonum, aut malum dicet aut negabit, fugit aut inſequitur. Ideo nanque intelligit ſine phantaſmate anima.* T.30

Diſcurſiuam quidẽ appellat aĩam, quæ peragit, quæq; circa partibilia conuertitur, non actiue tñ ſed etiam cõtẽplatiue. Quæq; ipſas formas non adhuc collectim percipit, ſed circa partitas circa formas rõnes conuertit᷑ & peragit, eo quia partibiliter tũ priuatim et ſcd'm unũquodque agat, tũ rurſuſq; quia in unũ quid cõmune cõtrahat, quæ priuatim cognita fuerint: v. g. animal, poſtea rõnale, & tunc tandem mortale, at tria ſimul ultimo. Tali ergo cognoſcitiuæ actioni imaginabilia ipſa, quæ Ariſto. notat ꝑ uerbũ phantaſmata, hoc eſt, imagines in imaginatiua uita impreſſe ſubſtratæ ſunt, ueluti ſenſibilia ſenſui. Senſum nãq; nũc fuit acceptũ ab illo pro ſenſibili, cũ imaginabilia ipſa haud ea ſint, quæ ab ipſa diſcurſiua ꝑcipiant᷑. Manifeſte nãq; demõſtrabit poſterius, ꝙ nõ ſunt ipſius diſcurſiue Cõ.

intellectiones

intellectiones phãtaſmata ipſa, ſed bene nõ ſine phãtaſmatibus. Qua uero de cauſſa, nõ ſine, conſiderandũ eſt. Quãdoquidem nõ erat talis animæ actio, quæ circa partibiles conuertitur rõnes, non erat inquam talis, qualis quæ ipſarum eſt formarum. Sed per ipſam partitionem iuxta extenſionem actionum ad extra: cui ex neceſsitate exteriora aſsident, quibus quidem perſæpæ cogitatio uſa eſt. Quando & ſenſibilibus & imaginibus ipſius imaginationis, aut ad ſolam cognitionem perficiendam, aut ad expletionem appetitionis illarum rerum, indigeat. Aliquando autem ipſa non utitur quidem, actio tamen extrinſeci entis ſimul mota neceſſario ſequitur ipſius, ut dictum eſt, extenſionem ad extra. Ideo tantum Ariſto. dicit, quod anima nunquam ſine imaginatione intelligit, ſed non ꝙ uſa fuerit. Manifeſtum autem quod etiam anima nunc dicitur, de qua etiam antea locutum fuit. In eo uero ꝙ ipſe dicit, quoniam tanquã ſenſa inſunt phantaſmata diſcurſiuæ animæ, demonſtrauit, ꝙ poſterius dicturus eſt, quoniam uidelicet non ſunt cogitatiuæ intellectiones: ſed tanquam poſteriora quædam ſubſtrata ſunt, quemadmodũ etiam ſenſibilia ſenſui, hoc autem iuxta ſimilitudinem ſenſus præacceptam. Illic nanque præcedebat iudicatiuũ ipſum lætari aut triſtari, & hic præcedet cogitationis iudiciũ ſimpliciter rei tanquam cognoſcibilis perceptionem eam quæ tanquam boni eſt aut mali, quam quidem non amplius, tãquam, ſed ſimpliciter affirmationem aut negationem appellat. Qm̃ cogitatio quidem complicãs bonum aut malum ipſi cognoſcibili affirmationem facit, utrumlibet uero diuiſerit ab ipſo, negationem. Similiter rurſus in ſenſu, in tertia illa claſſe, inſecutiua, aut euitatiua ſequitur actio, inſecutiua ſ. ipſius boni, euitatiua uero mali. Suaue nãq; & triſte ſenſitiua aĩa inſequitur & fugit, alterum quidem tanquam bonum, alterum uero tanquam nocuum. Rationalis uero habet principaliter bonum pro fine, malum uero pro auerſione. Licet ſuaue aliquod habeat malum, triſte uero bonum. Quod uero de contemplatiua cognitione ipſe ſermonem non habeat impræſentiarum, ut quæ nunquam ſine imaginatione ſit, quemadmodum peripatetici ipſi interpræetantur, indicant quidem & ea quæ prædicta fuere, in quibus contemplatiuarum cognitionũ ſupremam & ſeparari dicebat, & eſſe id ſolum, quod uere eſt, eãdemq; eſſe cum re, neq; uero per diuerſitatem cum ipſa copulari, at & ex ſui ſubſtantia actum eſſe, impaſsibilemq; & immixtam manere. Indicant præterea id quæ nunc dicuntur, cum pars hæc dicta fuerit diſcurſiua, nõ autem intells aut contemplatio, id autem eſt, cõuerſio ipſius circa bonum & malum, quæ oppoſita ſunt, quæq; in generatione, & ultima diuiſione ſubſiſtunt. Qm contẽplatiuus intells, qui aut ſcd'm habitum perfectus eſt, aut qui tãquam idem cum ſubſtantia, uniformi rõne habet bonum ipſum oppoſitum malitiæ, quemadmodum etiam uerũ oppoſitum falſo. Non ſolum.n. ex ſubſtantiali intellectu, ſed etiam ex eo, qui ſcientiali modo ſecundum habitum perfectus fuit, falſum ipſum exterminatum eſt, ſimiliter & malum. In actiuo autem intellectu ex neceſsitate malum aliquando ineſt, & quod huic opponitur bonum, idque, ob conuerſionem circa generationem & partibilia ipſa, contingit. In ijs enim actiones conſiſtunt. Quãuis enim moderans appetitionem perficiat in nobis, aut excitet in iuſtas actiones, nihilominus utique circa particularem agit rem, ſed non ita, ut contemplatiuus intells, uerſatur circa id, qd' eodem modo ſemper ſeſe habet.

T.31 *Quemadmodum aer pupillam talem reddidit, ipſa uero alterum, & auditus eodem modo. Extremum aũt unum, & una medietas, ipſum uero eſſe ei plura.*

Cõ. Eadem quoque propoſitorum uerborum intentio eſt, a ſenſu ſcilicet tanquam notiori delegare nos in unam aliquam animæ intellectionem, quæ communiter diiudicat quæcũq; intelligibilia. Quemadmodum enim unuſquiſque ſenſuum quinque propria ſenſibilia, quæ plura & diuerſa ſunt, cognoſcit, mutuamq; ipſorum idemptitatem, & diuerſitatem, unaq; & eadẽ potentia licet ſecũdũ diuerſas rõnes diiudicat & determinat, ut uiſus quidem album & nigrum, et medios inter hæc colores, guſtus autem dulce & amarum, atq; medios inter hæc ſapores, & unuſquiſque reliquorum ſimiliter propria ſenſibilia: ſic & communis uocatus ſenſus oĩa ſimpliciter ſenſibilia, mutuãque ipſorum diuerſitatem & idemptitatem in impartibili cognoſcitiuo, & in indiuiſibili tempore cognoſcit. Quoniam ſimile eſt, ac ſi hoc qdẽ ego, tu uero illud ſentires, ut in principio tertii libri fuit dictum ab Ariſtote. Hinc ergo cenſet Ariſto. delegare ac deducere nos ad unam animæ intellectionem, quæ quidem & ipſa agibilia omnia contrahit & cognoſcit, nõ tantum quæ contraria, ut bonum & malum, quod in iis quæ ad gulam & Venerem attinet conſiſtunt, ſed & quæ in poſſeſsionibus, quæq; in horrendis & audacibus, conſimilibuſque aliis omnibus. Etenim intelligens aſſeret & dicit, quod ego temperate, iuſte, & magnanime, & liberaliter uiuo, nouitque differẽtiam eorum de quibus loquitur, mutuamque ipſorum affinitatem, utpote in impartibili & indiuiſibili ipſorum faciens intellectionem. Eſſe autem poſſet aliquid adhuc etiam cõmunius intelligens in anima, quod quidem agibiles & contemplabiles intellectiones contrahit. Quod etiam differentiam & affinitatem mutuam agibilium & contẽplabilium noſcet: Quod unum & idem eſt & impartibile, multitudinemque ſimul comprehendit. Vnum quidem iuxta ipſam intelligentem uitam, ratione uero multiplex, eo quia diuerſis occurrat ſenſibilibus ſecundum diuerſas rationes. In tales ſane intellectiones, in eam uidelicet communem, quæ agibilia omnia percipit, & in eam quoque, quæ magis hac comprehendit, quæ uidelicet omnia a nobis intellectu ſimpliciter apprehendit, nos deducit, idque facit utens communi ſenſu tanquam ſimilitudine. Et hæc quidem eſt orationis intentio Incipiens aũt philoſophus in contextu ſcribit. Quemadmodum autem aer pupillam talem reddidit, ipſa uero alterum. Et uideri poſſet ita incepiſſe, ut qui ad illam coniunctionẽ, quemadmodum, reddere debuerit hoc totum, ſic, uerbi gratia, hoc agibile & aut hoc intelligibile, intellectionem, at uero non reddidit: neque dixit particulam illam, quemadmodum autem, ideo ut poſtea redditurus eſſet illam alteram, ſic: ſed tanquam ad id, quod cognitum iam fuerit, refert. Quandoquidem enim iam ſenſum aſsimilauit actiuo intellectui, utpote eum, qui iucundum & triſte comprehendat, aſsimilauitq; illi, quod bonũ & malum diiudicat, modũ etiã ſubiungens, nũc intulit, quomodo ſenſus ſuaue ſiue iucundum & triſte inuicem comparat Sic enim & actiua cogitatio oppoſita & diuerſa agibilia ſciet. Particulam igitur, quemadmodum, dixit, nõ qui ad eam aliquid redditurus eſſet, ſed potius reddidit ad id, quod dictum fuerit. Senſus autem habet ſimilitudinem cum actiua cogitatione, uel ex alia conditione, quam ipſe quoque ſubſcribit philoſophus. Neque enim immediate extrema & maxime particularia ſenſibilia aut agibilia ad id deferuntur, quod communiter omnia comprehendit, ſed eo tendunt per propria unicuique & proxima organa, & cognoſcitiuas potentias. Sic enim aer illuminatus in pupillam perſpicue agit. Hæc autem in actionem euocat uiſiuam potentiam. Illa uero communem ſenſum. Sonus autem in auditorium agit ſpiritum, hicque mouet auditoriam potentiam, quæ quidem rurſus excitat communem ſenſum: ſimiliterque quinque ſenſus, ad omnium communem deferuntur, iuxta unam coniunctionem, quæ omnẽ complectitur ſenſum. Non qui tamen ex omnibus conſletur & colligatur, ſed quia ante multitudinem præexiſtat, & cum oĩbus agat ſenſibus, & unoquoque ſeorſum, & communiter. Similiter quoq; referũtur agibilia ipſa tanquam intelligibilia ad cõmunẽ omnium intellectum ea cognoſcentem: cũ ſenſibilia imaginationem moueant eo modo, quo dictũ fuit ab Ariſt in iis, quę de imaginatione loquutus eſt. Imaginabilia uero inuitant & aduocant proprium & in quibuſuis

ordinatum actiuum intellectum ad cogitationem de ipſis faciendam. Vt v. g. phantaſma illud, quod circa cibaria uerſatur, prouocat rationẽ ad iudicium, ſi oportet, & quãdo, & quantum, & quali ratione, eam uidelicet prouocat rationem, quæ proxime horum iudicatrix ſit, quæ quidẽ ratio eum quoque una excitat intellectum, qui agibilium omnium communiter iudex eſt. In quem quemadmodũ ratio iudicatrix cibariorũ, ſic etiam rõnes iudicatrices omnium aliorum appetitibilium & euitabilium cõtrahunt. Ita ut &, inſit quod horum omnium & idemptitatẽ & diuerſitatem diiudicat, & alia quidẽ prohibeat, alijs autẽ uniformi ratione modum & menſuram imponat. Et hoc q'dem præexiſtit ante multas rõnes, neq; m̃ ex illis cõgregatur: ſed coniunctione quadam præſtantiori impartibiliter horũ præoccupauit multitudinem. In cõtextu uero, talem, inquit, reddidit aer pupillam, quando v. g. diiudicabat, & ut ſimplr̃ dicamus, quando uitalem paſsionẽ in ipſa excitabat. Dictum nanque fuit longiori uerborum ſerie in ſermonibus de ſenſibus, ꝙ nõ perinde ut inanimata noſtrum ſenſorium patitur, ut v. g. ſolum ab extrinſecis tale fiat, ſed quod etiam cũ quodam obtuſo iudicio & propria actione id fiat. Ideo nõ erat ſimplr̃ paſsio, ſed hoc totum, uitalis hæc paſsio, ipſa uero alterum. Quandoquidem ſenſitiua illa paſsio aduocat, ut diximus, ſenſitiuã uitam proxime ſibi inſidentem, ut pupilla uiſiuam & auditus auditoriam. Ac manifeſtum, ꝙ uſque hæc non conſiſtunt, alioqui ita unum eſſet extremum ipſum. Sed quando etiam ſenſitiuæ ipſæ uitæ ad ipſam cõmunẽ recurrant, tunc enim unum eſt ipſum extremum. Vnum quidem, qm̃ unus eſt cõmunis ſenſus, qui uel omnium ſenſuũ propria iudicat obiecta, atque de illis omnibus enuntiat, tanquam oĩa cognoſcens. Extremum aũt dicitur, non tanquam remiſſum factum, ſed tanquam præſtantius quidẽ, ſit tamen extremum ab imo aſcendentibus. Hoc aũt q'd quidem unum extremum dixit, una quoq; medietas dictum fuit. Vna quidem, quandoquidem & illud, unum. Medietas aũt quia tanquam centrum, tanquã multas ab ipſo prouenientes & ad ipſum deuenientes lineas cõpræhendens, ſuſcipiatq; atque adeo oĩno iudicet. Medietas igitur, quandoquidem etiam centrum eſt medium, & quoniam medium ipſum de oĩbus participat extremis. Quẽadmodum aũt conſueuit determinare Ariſto. unum quidem eſt, & una ſubiecto. Qm̃ una & eadem impartibilis exiſtens aĩa cognoſcit omnia. Qm̃ ratione, & ut ipſe cõſueuit dicere, eſſe ipſo, multa ſit, cũ ſenſibilium proprietates diuerſas ſecundum diuerſas cognoſcat rationes. Neq; uero ut dictum fuit, ſubiungit, quod etiam ita ſeſe habeãt ea, quæ circa actiuum uerſantur intellectum. Quia uerbo illo, quẽadmodum, non uſus eſt nunc, quia ad aliqd reddere uelit uerbũ illud, ſed quia illud potius ad aliquid prædictum redditum fuerit.

*Quonam, autem diiudicat, qua differt dulce & calidum, dictum quidem etiam fuit antea, dicendum autem etiam nunc. Eſt enim unum aliquid. Ita autem & ut terminus.*

Vbi dixerit, quod unum eſt extremum, quod omnia ſenſibilia iudicat, idemq; rõne, plura, hoc ipſum cõfirmat per expoſitionem quaſi demonſtrans uerum eſſe quod dictum fuit, hæc eademq; prædixit iam in ſermone de ſenſu communi, ac nunc etiam breuiter in memoriam reuocat, obq; breuitatem obſcuriorem ſuã reddidit orationẽ. Quonam igitur inquit diiudicat hoc, quod cõiter ſenſitiuum eſt, diſcrimen rerum cognitarum. Qm̃ nõ una & eadem rõne, licet ipſum unum ſit, ſed diuerſis utens rõnibus id facit, ſecundum quas proprie diuerſas cognoſcũt proprietates. Eſt nanq;, inquit & ipſe, unum quid ipſum iudicans, quemadmodum & terminus. Terminum autem nunc appellat id, quod etiam antea dixerat, quod quidẽ cõe eſt punctũ diuerſarum linearũ coincidentium in unũ. Illud nãq; unum & impartibile exiſtens, idẽ diuerſos habet habitus & reſpectus cum diuerſis lineis.

*Et hæc unum, propter proportionem & numerum, quem habent erga utranque, quemadmodum illa inter ſe.* T.32

Per uerbum, hæc, intelligit dulce & calidum, per quæ ſimplr̃ omnia ſenſibilia demonſtrat. Hæc itaq; unũ, aut proportione, aut numero, quem hñt erga utrũq;, quatenus illa inter ſe. Quando cognoſcitiuum cognoſcibili determinatur, ut ſæpe ſæpius fuit ab ipſo determinatum. Si igitur unum & idem numero eſt, quod cognoſcitiuũ eſt dulcis & calidi, quatenus cognoſcitiuum, illa quoq; unũ & idem numero erunt inuicem. Sin autẽ ſecundum proportionem quandam non autem numero ipſum unũ concedamus cognoſcitiuo, in ipſis ſimiliter cognoſcibilibus ſecundum proportionẽ ipſum unum uidebimus, torũ mutuo reſpectu, & cognoſcitiui reſpectu: & utraq; quodam modo ſunt uera. Qm̃ tum numero tũ proportione illud unum reperitur & in cognoſcitiuo, tũ ſuimet, tum cognoſcibilium reſpectu, & in alijs mutuo reſpectu eorum, & reſpectu cognoſcitiui. Etenim numero unum eſt ipſum cognoſcitiuum, quandoquidem etiam unũ ſubiecto, & proportione unum, at nõ numero, idq; propter actionẽ iuxta plures rõnes ſimilem Quemadmodum.n.cognoſcit calidum rõne calidi ſic etiam nigrum ratione nigri, & cum utriſq; quadrat, & tanquã idẽ cum ipſis numero ſit. Quoniam ut dictum fuit iuxta ipſum cognoſcibile determinatur. Quod ſi ambo ſimul cognoſceret unum ipſum exiſtens, idem cum utroque erit numero. Rurſus uero ſecũdum proportionem erit, propter ſimilem ſecũdum diuerſas rõnes quadrantiam cum ipſis. Quemadmodum enim ſecundum calidi rõnem calidi forma afficitur, ſic etiam ſecundum dulcis rõnem dulcis forma effingitur. Ipſa prætera quoq; cognoſcibilia tum inuicem unum ſunt, tum ipſi cognoſcitiuo, idq; aut ſecundum numerum, aut ſecũdum proportionem. Numero quidem quia utraque inſunt cognoſcitiuo uni & eidem, ſecundum numerum exiſtenre, ita ut ipſum determinent. Secundum proportionẽ autem, quia ſecundum diuerſas quidem rõnes id faciunt, ſimiliter tñ, atq; eodem modo, quia neutrũ magis aut minus ſic fiat. Sed quemadmodum calidum, ſic etiam dulce, ſecundum propriam utranq; ſui rationem cognoſcit. Verba autem illa, erga utrunq;, fuere in contextu appoſita, non autem, erga unumquodq;. Quandoquidem duo erant, quæ ſumpta fuerant, dulce, uidelicet, calidumq;. Cõ.

*Quid enim differt id dubitare, quonam pacto, quæ omogenea ſunt, iudicat, aut contraria, ut album & nigrum. Eſto ſane ut ipſum, a, album, erga ipſum, b, nigrum. ipſum, g, erga ipſum, d, ut illa inter ſe. Quare & conuerſim. Si ſane ipſa. g, d, uni eſſent inhærẽtia, ſic ſeſe habebunt, quemadmodum & ipſa, a, b, idem quidem & unum. Eſſe autem non idem, & illud eodem modo. Eadem autem ratio, ſi etiam ipſam quidem, a, dulce eſſet, ipſum uero, b, album.*

Cum dulci atque albo pro exemplis uſus fuerit, quæ omogenea quidem, hoc eſt eiuſdem generis ſunt, tanquam ſenſibilibus exiſtentibus, longiuſq; inuicem cognata ſint, aut etiam contraria dixit, eo ꝙ quæ contraria ſunt, ſub unum & eundem cadunt ſenſum, illa uero ſub diuerſos, innuit Ariſto. ꝙ nihil differt. Etenim ſi quæ longinquiora, qualia ea quidem erant, quæ omogenea, unum quadam rõne ſiunt numero & proportione, ipſa quoque contraria tanquam ab eodem iudicata ſenſu, ipſum unum habebunt numero, aut proportione, quemadmodum illa. Nihil itaq; differet dubitatio, quæ in omogeneis & in contrarijs ſit. In quibus tanquam in contrarijs modo ſermonem habet per literarum elemẽta. Et id quidẽ facit accipiens

cipiens in albo ipſum, a, in nigro uero, b, alia uero, ubi quædam ſuppoſuit contraria v. g. dulce & amarum (neq; enim manifeſte pbs ipſe determinauit qualia ſint contraria ipſa) in elementa hæc, g, &, d, reduxit illa. Vt igitur, a, ſe habebit ad, b, ſic, g, ad, d, contrarietas nanq; in utriſq; eſt. Si igitur ipſa, a, b, unum ad inuicem fiunt, cum ſimul cognoſcuntur, ipſa ſimiliter, g, d, unum fiet, aut numero, aut proportione. Numero quidem, quia uno & eodem cognoſcuntur. Proportione aũt, quia ſecundum diuerſas rationes nihil magis, aut alterum minus. In proportione autem, etiam quod conuertitur, locum habet. Eritq; ita, ut quemadmodum, a, ad, g, ſic, b, ad, d, ſe habeat. Hoc autẽ aſſumptum fuit, ne tantum in contrarijs, ſed etiam in omogeneis, quod unum ſit, intelligamus. Quando ut dictum eſt unum ſit, quod ſimul diuerſa cognoſcit. Tunc n. & album & dulce unum ſit, & nigrum & amarum, quæ contraria quidem non ſunt, attamen & ipſa omogenea ſunt, iuxta quoddam genus longinquius quam color. Qui ergo conteſſerit, ut quacũq; uia inter ſe unum fiãt, a, b, aut, g, d, altera quoque dabit, præterea & quod cõuerſo ſit ordine. Omnino aũt & multitudinem uidebit cum coniunctione. Quandoquidem unitarum rerum rõnes ſunt diuerſæ: in quibuſmet eſſe ipſum locatur. Eademq; ratio, ſi etiam, a, dulce eſſet, b, uero album. Quod conuerſo ordine demonſtrauit, cum non etiam cõtraria, ſed longinquiora omogenea aſſumpta fuerint. Hoc autẽ manifeſtius adhuc per elementa, & exempla facit, dulce & album inuicẽ comparans, at non amplius, contrarijs accomodat, ſed hæc albo & nigro accomodat.

T.33 *Ipſas quidem igitur formas intellectiuum in phãtaſmatibus intelligit, & quemadmodum in illis determinatum fuit, ei, quod inſequendum aut fugiendum, & extra ſenſum, quando in phantaſmatibus ſit, mouetur.*

Cõ. Manifeſte poſt ſermonem de ſenſu ad actiuum per tranſit intellectum tanquam ab imagine, ſimilitudineq; ad exẽplum. Cenſens nonnunquam ipſum uel in ipſis ſenſibilibus quoq; præſentibus, quod inſequendum aut fugiendum eſt determinare. Vt cum uidet facem moueri, & qđ hoſtes omnia perturbant, per ipſum ſenſibile cognoſcẽs, conſulat, ut ipſe inquit, quid agendum ſit. Vt plurimum autem contingit in ipſis phantaſmatibus, quod intellẽs actiuus intuens ſenſibilium ſymulachra, ratiocinetur, & deliberet. Etenim nonnunquam cogitatiua aĩa præſentibus ſenſibilibus, in ſeipſam conuerſa, ratiocinia de ipſis agibilibus excitat. Atq; in ea in ſemet conuerſione, ex neceſſitate non in ipſa reſpicit ſenſibilia, ſed in effigies, & figuras ab illis impreſſas: ijſque utitur, tanquam partibus exiſtẽtibus ſyllogiſmi in minori propoſitione. Ideo ex neceſſitate imaginatione utitur. Atq; hinc quoq; manifeſtum eſſe poteſt, q̄ de contemplatiuo intellectu nõ enũtiauit hoc, quod nunquam ſine imaginatione ipſe intelligat, ſed de practico ſiue actiuo locutus eſt, quemadmodum etiam ex alijs prædictis comprobauimus, & ex ijs, quæ nũc dicta fuere, manifeſtum eſt. Præterea adhuc magis abſentibus ſenſibilibus, in ipſis phantaſmatibus, uidebit ea, de quibus actiones ſunt, quæ particularia ſunt, indiuiduaq;, & ſenſibilia quodammodo, & ea ratione aut ſenſu, aut imaginatione cognato ordine cognita. Hæc ſane ubi p̃ bs tradidit, inquit, intellectiuum ipſum intelligere formas in phantaſmatibus, formas aũt uocat, figuras ipſorum ſenſibilium. Iam enim ſæpius dictum fuit, & rurſus dicetur, q̄ nõ quidem ipſa ſenſibilia, ſed ſenſibilium formæ ſenſui & imaginationi imprimuntur, ſenſui quidem tãquã ſenſibilia, imaginationi uero tanquam phantaſmata. Recte igitur etiam nunc formas dixit, ſiue modo ſenſibilium exponas, ſiue ſimpliciter agibilium. Etenim uel ipſa quoq; agibilia ſunt quadam rõne ſenſibilia. Quandoquidem etiam quando meipſius mores aut alicuius alterius perornare uolo, uel ipſi etiam mores, quia in particulari ſunt hoĩe, ſenſibiles fiunt. Atq; etiam magis adhuc, quia inde ſenſu cognoſcitur, qualeſnam ſint, & ex inordinato aut ordinato motu, & actione. Intellectiuum aũt dictum fuit, hoc eſt practicum ſiue actiuum. Hoc enim eſt, quod inſequit̃, aut euitat. Dictum aũt fuit, q̄ in phantaſmatibus formas agibilium recipiens, intelligit, reſpiciens in ipſas, non quia intellectiones ipſæ imaginabiles ſint, ſed & aliæ in ipſo intelligente abſoluantur, & excitentur inſpiciendo in ipſa phantaſmata. Manifeſte nãq; & ipſe dicturus eſt, q̄ neq; huiuſcemodi intellectiones phantaſmata ſunt, non tñ ſine phantaſmatibus. Reſpicit aũt in phantaſmata, cum a ſenſibilibus receſſerit, aut non amplius præſentibus, aut etiam præſentibus, ob declinationem in ſemet. Quod. n. & in ipſa ſenſibilia aliqñ intueatur, declarat ſcribens, & quemadmodum in illis determinatum fuit, ei, quod inſequendum & fugiendum & cętera in illis inqt, hoc eſt ſenſibilibus Quẽadmodum ipſe manifeſte interpretatur. cum diſtinguit ab ipſis, quæ extra ſenſum ſunt, quæ quidem ſunt ipſa imaginabilia. Qñ. n. inquit, in phantaſmatibus ſit, mouetur: hoc eſt, excitatur in ratiocinium, & conſultationem circa illa. Atque adhuc manifeſtius declarat hoc, q̄ quandoq; ſcilicet ipſe in ſenſibilia ipſa reſpiciat, quandoq; autem in imaginabilia, idq; ex ſequentibus.

*Vt ſentiens faces, quod ignis, communi cognoſcit, cernens, quod mouetur, quoniam hoſtis.* Aliquãdo au*tem in iis phantaſmatibus, aut intellectionibus, quemadmodum cernens ratiocinatur & conſultat futura reſpectu præſentium.*

Quam primum enim uidet facem, cõmuniq; utitur ſenſu, conſtat q̄ in ſenſibile reſpicit. Arbitror aũt q̄ communis ſenſus fuit ab eo acceptus, loco eius, qui cõmunium eſt ſenſibilium. Quorum quidẽ etiam uiſus eſt per ſeipſum. Maxime uero cõmunius ſenſus ille ṽr, tanquam qui perceptiuus ſit communium ſenſibilium, & cũ priuatum cũ unoquoq; agat. Cõmune uero ſenſibile motus eſt, quẽadmodum color ignis, et luminis, proprium eſt uiſus ſenſibile. Intelligenſq; cognoſcit, componens, aliud quidẽ a ſenſibili, aliud aũt a rõne, quæ circa hæc uerſatur, reducenſque ad hoc, facem eſſe ſignum præſentiæ hoſtium. Fax enim mota ſenſibilis eſt. Id uero, cuius hoc indicium eſt, a rõne depromptum fuit: quæ conſuetum ipſius uſum reſpicit. Hocq; in loco legendum ita eſt, tranſponemus tñ nonnullas dictiones. Vt ſentiens facet, q̄ ignis, cõmuni cernens, q̄ mouetur. Hocq; in loco pũctum firmare debemus, & poſtea inferre hoc, cognoſcit q̄ hoſtis: cognoſcit aũt non tñ ex ipſo ſentire, ſed etiam ex ratione. Aliquando quidẽ igitur in ipſum reſpicit ſenſibile, aliqñ aũt in phantaſmata, aut intellectiones, quæ ſunt in anima, ut ipſe inquit: aut ipſamet phantaſmata intellectiones appellat, quandoquidẽ imaginationem quoq; appellauit intellectionem, ut ſuperius demonſtrabamus. Aut diuidendum eſt, & phantaſmata quidem ipſa in imaginatione ponenda ſunt, intellectiones aũt eas eſſe actiones ſtatuemus, quæ in intelligente ſunt, quæmet determinãtur intelligibilibus agibilium formis. Omnis. n. rationalis cognitio licet externæ ſit rei nihilominus, dum conuertitur in ſeipſam & ſuimet intellectionem iudicat, gignitur & ſit. Ideo etiam dictum fuit, ſidem ſequi oẽm opinionem. Recte igitur in phantaſmata, aut intellectiones is dictus eſt reſpicere, qui rõcinat̃, aut cõſultat de agibilibus, non diuiſus quidem aliqñ in illa, aliquando in hæc, ſed ſimul in utraque, attamẽ magis his, quam illis attendens. Ratiocinatur autem & cõſultat futura, reſpiciendo ad præſentia, quæ quidem a ſenſu recipit, futura uero ex cognitione, quæ de futuris eſt habita: quæ uidelicet rationalis eſt. Adeo ut ob hanc rationem, particulas illas, phantaſmata & intellectiones, non ἐκ παραλλήλων, hoc eſt ex ſenſus geminatione, & non ut eadem ſignificantes, exponere debeamus. Sed phantaſmata quidem figuris, intellectiones uero actionibus huiuſcemodi intellectus aſſignare debemus.

T.34 Et *quum dicat, quemadmodum ibi, quod ſuaue aut moleſtum, tunc fugit, aut proſequitur, & omnino in actione.*

Cō. Neque n. qui principaliter actiuus eſt intellectus, ſuaue aut moleſtum, finem ſibi ſtatuit, quēadmodum ſenſus & irrationalis uita. Sed ipſum bonum ſibi proponit tanquā inſequendum, malum aūt tanquam euitandum. Ideo cū uoluerit ab ijs quoq;, quæ ſenſui ſunt notiora, determinare, quæ ſint actiuo intellectui appetenda aut fugienda, a, ſuaui & moleſto exorditur, dixitq; quēadmodum ibi, intelligens, in ſenſu. Qn̄ igitur ita iudicat rem, non tm̄ ut cognoſcibilem, ſed quatenus talem, quale erat in ipſis ſenſibilibus ſuaue & moleſtum, tale aūt eſt, quod in ipſo bonū aut malum, tunc, hoc eſt, in tali iudicio, aut fugit malum, aut inſequitur bonum, & uniuerſaliter aliquid agit. Hoc enim ſignificat id, quod dixerat, omnino in actione. Agit autem, aut inſequens acquiſitionem boni, aut malum ipſum rejciens.

Et *quod ſine actione, & uerum & falſum, in eodem genere eſt cum bono aut malo. Sed ipſo ſimpliciter differt, & quopiam.*

Qm̄ quidem agibile quatenus inſequēdum aut fugiendum, non tm̄ in intellectione, ſed etiam in phātaſmate, aut etiam in ſenſibili conſideratur, eo quia demonſtratum ſit, ꝙ in agibilibus ratiocinijs, quæ de bono & malo ſunt, minor uocata propoſitio, particularis oīno ſit. Ariſto. autē nunc temporis ſtatuit, & quando practicus intellē uniuerſaliter in ſeipſo mouet ſpeculationē de agibilibus, licet non tanquam inſequendum, aut fugiendum, ſed tanquam cognoſcibile, aut vlr̄ cōſideret: qualem v. g. oporteat eſſe bene inſtructam ciuitatem, cuiuſmodiq; legibus uti debeat, aut omnino in quibus actiones uerſentur, & circa quænā entia. Qm̄ tunc non circa ea uerſatur, quæ ſic ſemper ſeſe hn̄t, ſed circa ea quæ mutantur, & quæ contingentia ſunt, tuncq; ſine actione eſt, hoc eſt abſq; eo, ꝙ aliqd agat. Cōſiderans igitur agibilia, & qualenam in ipſis ſit uerum & falſum, tanquam actiuus etiam tūc operatur, non ꝙ aliquid tunc agat, ſed ita, ꝙ cum agere oporteret, uſurus eſſet uniuerſaliter ueritate apparēte in ipſo. In eodem igitur genere, inquit, eſt cum bono & malo. Hæc aūe in actiuo reperiuntur intellectu. Quare & uerum hoc & falſum in actiuo intellectu erunt. Qui neq; tunc ſine imaginatione agit. Quandoquidē uniuerſalia Theoremata ſunt talia ipſi, qualia ſunt ea, quæ in particularibus cōmunia ſunt. Cum v g. dicat, omnis ciuitas bene legibus inſtructa, aut oīs uir ornatus, aut quid tale. Neq; n. quia intelligibilia contēplans quatenus intelligibilia, ea, quæ in ſenſibilibus ſunt, uniuerſaliter accipiet, neq; uero & falſo, quæ ſunt bono & malo proportionalia, utetur, ſed uerum ita dicet, ut falſo opponat ſeſe, uidebitq; bonum oppoſitum malo. Practicus nāque intellectus, is eſt, qui circa oppoſita uerſatur, eo qa & circa contingentia, & ea quæ mutantur, uerſetur. Qm igitur, licet uniuerſaliter de agibilibus ſermonē habeat, non omnino recedit a particularibus (in ijs. n. cōmunia conſiſtunt) non omnino etiam ab imaginatione recedet. Illa nāque particularia oīno reſpicit, quibuſcūq; cōmunia cōſiſtunt. Sine actione aūt uerum & falſum eſſe dictum fuit, qn̄ non agens uniuerſalius ut dixi, de agibilibus diſceptat, iuxta practicam. ſ. ſciam. Differt aūt ſolum uniuerſalis de agibilibus intellectio, ab ea, quæ in ipſo cōſiſtit agere, qm̄ etiam particularia cōpræhendere neceſſarium ſit, eo ꝙ ſimpliciter & quopiam. Altera quidem. n. ſimplr̄ eſt, tanquā ex duobus uniuerſalibus exiſtens. Altera uero eſt, quędā tm̄, tanquam ex particulari & uniuerſali particularem colligens concluſionem. Hucuſq; aūt cum pbs̄ produxerit, & compleuerit ſermonē de practico ſiue actiuo intellectu, uolens rurſus ſe cōferre ad ſummum illum cōtemplatiuū, per eos, qui intermedij ſunt, aſcenſum ſuum facit. Proxime autem a practico apparuit is, qui mathematicas res contemplari ualet, quæ met quidem materiales ſunt, non tamen in materia generabili, quæque alio atque alio modo ſe habeat, nihilominus materiales ſunt, utpote in dimenſione omnino & partitione quadam conſiſtentes, & hac ratione imaginabiles exiſtentes & ipſæ, intellectuſque ipſas cōtemplatur, terminum aūt atq; ordinem ipſis imponit, qui quod opus eſt adiungit, & ſuperfluū auffert, cōſiderat q; ipſas tanquam imaginabiles: actiuuſq; intellē uel ipſa quoq; imaginabilia per relationē ad ſenſibilia cognoſcit, & hac rōne mathematicus actiuum ſuperat.

T.35 *Quę uero in abſtractione dicuntur, intelligit, quemadmodum ſiquidem ſimum, quatenus ſimum, nō ſeparate.* T.36 *Quatenus autem cauum, ſiquid intelligeret actu, ſine carne certe intelligeret, in qua ipſum cauum. Sic mathematica nō ſeparata, quatenus ſeparata intelligit, quādo intelligat illa.*

Cō. Paululum, ſi vr̄. gradum firmantes, conſideremus, quęnam ſint ea, quæ in abſtractione cōſiſtunt, & quanam ob cām ita uocentur, & quænam ſit ipſis cognata potētia cognoſcitiua. Illud aūt præaccipiemus, ꝙ cognoſcibilia q̄dem ipſa percipit etiam potentia ipſis cognata, at multo magis & præſtantius ea percipit, quæ non eſt cognata, qa excellit, quæ met pōt nonnūquā agens uel cū ipſa cognata potentia cognoſcitiua, & per ſeipſam ſolā, tanquam ex cā poſteriora accipere. Sic igitur & ratio noſtra, quæ naturalia ſcire pōt, tum ſenſibiles cognoſcit paſſiones, aliquādo quidem cum ſenſu agens, & cum ipſo cōplicata, atque adeo hac rōne occurrens ſenſibilibus, aliqn̄ aūt ſine ſenſu ſubſtantias cognoſcens tum formarum naturalium, cū eorum, quæ ſecundum ipſas determinantur, cōpoſitorū, cognoſcens inquam a ſubſtantiis tanquā a cauſsis: tum affectiones paſſioneſue, tū accidētia quæ circa ſubāas ſunt, qualia ſint iudicat. Qua etiam rōne dictus eſt naturalis a mathematico differre, in ſecundo naturalis auſcultationis. Mathematicus. n. nimirum quia iuxta ipſa accidentia, ut figuras, & magnitudines, & motus, & numeros, et armonicas rōnes cōſiderat, ad ipſam cognitionem obeundam ſenſu indiget. Naturalis aūt ex formis & ex ipſis cōpoſitis ſubſtantiis, tanquam ſubſtantiis, perinde atq; ex cauſsis, figuras quoq;, quæq; reliqua proprie ſupraueniunt ſubſtantiis, contemplatur. Ideo & naturalis tractatio philoſophia quædam eſt, ut quæ circa ſubām conuertaſ, cognoſcatq; tanquā ex cauſsis cauſſata. At non ita ipſa mathematica. Sed ut inquit Plato, vr̄ eſſe pons. Principium nanque ei ſunt ea, ut idem aſſerit pbs̄, quæ non nouit, media autem & finis ex iis ſunt, quæ non nouit, qm̄ deſeritur a ſubſtantiis, eo quod non conſideret ſubſtantias. Subſtantia nanque omnino proprie cā eſt, aut ea etiam præſtantior. Mathematicam aūt nunc appello, non eam, quæ iuxta Pythagoricos conſideratur, quæ ſecundum uiuaces rationes, dimenſiones & figuras promentes, ſiue in naturalibus corporibus, ſiue in imaginationibus imprimantur, ſuam cōſiderationem facit. Illa nāque philoſophia eſt, ſed eam intelligo, quæ tota circa ea, quæ promuntur, ut figuras & magnitudines & motus conuertitur, quæ quidem oīa conſueuit Ariſto. ex abſtractione uocare. Quæ conſideranē quidem etiam in corporibus natura conſiſtentibus, in ipſa tm̄ quoq; imaginatione proponūtur. Ita uero ex abſtractione eſſe dicuntur, ut quæ per ſe ſine ſubſtantiis a nobis cōſiderentur, at non ita quidem etiam ſine ſubſtātiis ſubſiſtūt. Neque. n. poſſe eſt accidentia per ſe ſubſiſtere ſine ſubſtantiis. Accidentia autē hæc oia ſunt circa quæ mathematici ſuam oēm faciunt contemplationem. Omnis circulus, inquiunt, æquales habet oēs, quæ a centro ducuntur, lineas. Et oēs motus, qui circa centrum ſunt, iuxta unum & eundem exiſtentem polum, educuntur, tū maiores tum minores. Et oēs pariter par numerus uſque ad unitatem in duas diuiditur partes. Omniſq; ꝓportio duplex ex Hemiolio ſiue ex epitrito componitur. Accidētia uero ſunt omnia,

uidelicet,

uidelicet, & figuræ & motus, & ſingulares numeri & proportiones illæ, quæ habitum habent & reſpectum, quę ex abſtractione dicuntur. Qm̃ non quatenus ſunt cum ſubſtantijs, ſed quatenus ab illis ſeparata per ſe cognoſcūtur. Quandoquidem etiam qñ in imaginatione protendūtur, una cum uitalibus rõnibus, quæmet ipſa producūt, cõſiſtunt, tanquam ab ipſis ſeiuncta ſint, & circa ipſas habeāt eſſe, tanquam extrema, & fines. Quemadmodum & accidentia ijs quæ natura conſtant, ſunt ſubſtantiarum extremitates. At non ita, ut peripatetici, nõnulli dicēdum, qui imaginabilia, tanquam oĩno ſine ſubſtantia exiſtentia, ex abſtractione uidentur appellare, eo q̃ a ſeparata a ſint ſubſtantijs, que ſunt in ſenſibilibus ipſis. Quod.n. imaginabilia quoq; circa uitales actiones uerſentur, certitudo illorũ declarat, quæ ſupra ſenſibilia eſt ipſa, & additio illius, qđ deſit illis, & detractio ſuperflui. Quæ quidem non extrinſecus innaſcuntur a uilioribuſq; illud præſtantius hauriūt. Sed manifeſtum eſt, ꝙ proxime promūtur a uitalibus rationibus: quemadmodum iudicatrix ipſorum actio declarat: cum affectio nequāq; ſit iudicium illud, ſed pura actio, intrinſecuſque non aũt extrinſecus. Dictũ ergo ſuit, & quænam ſint ea, quæ in abſtractione, qm̃.ſ. ſunt mathematica ipſa, non quæ ſunt cauſſæ, neq; quæ tanquã ſubſtãtiæ ſint, ſed quæ protenduntur & accidentia ſunt. Et dictũ eſt, quænam ſit huius uocabuli cauſſa, qm̃ non quatenus cum ſubſtantia, ſed quatenus ſine ſubſtantia, conſiderant a mathematicis uulgo uocatis. Iis aũt ſenſibilibus & imaginabilibus, quæ accidentia ſunt, ſenſus & imaginatio, cognatæ ſunt cognitiones. Hæ nanq; ptãtes accidentia iudicant, non aũt ſubſtantias. Ratio nãq; & intellꝰ percipiunt ſubſtantias. Impos aũt, inquit Plato, ſenſus eſt percipiẽdi ſubãm. Præterea quoq; manifeſtum eſt, ꝙ oẽs ſenſus circa qualitates, & quantitates, & paſſiones uerſant. Quare & figuræ illę a ſenſibilibus in imaginatione impreſſę nõ erunt ſubſtantiæ. Hæc ſane oĩa non ſolum, ut dictum eſt, conſiderãtur cognatis cognitionibus, ſed etiam intellectu noſtro. Qui nonnunquã complicatur tum cum ſenſu tũ cum imaginatione, circaq; ſola ea agit, ſine cognitione ſubſtantiæ ipſorum (quem ſane mathematicũ etiam intellm̃ dicere poſſet aliquis, iuxta nomẽ & uocabulum illud, mathematicum, cõmuniter uſurpatum) nonnunquã autem in ipſa non reſpicit, ſed in cãs ipſorum, quæ ſubſtantiæ ſunt, tum formales, tum compoſitæ, atque adeo ab ijs tã quam ex cauſsis, accidentia recipit, quæ quidem cauſſata ſunt. Hic aũt intellectus pręſtantior eſt, qui ſubãs ipſas appræhendit. De quo ſane Ariſto. antea locutus eſt, ubi nobis intellectiones tradidit intellectus, qui prouenit quidẽ, perfectus tñ iam fuit, quas duplices eſſe poſuit, alias quidẽ ſecundum infractam lineam exiſtẽtes, quæ formas cognoſcunt, alias iuxta inciſam lineam, quę cõpoſita cognoſcũt. At de hoc ab Ariſto ſermo non habetur, ſed de intellectu cõplicato cum ſenſu & imaginatione. Vnde ne hic quidẽ etiam ſine imaginatione intelligit, qñ ita intelligat. Quemadmodum neque is, qui practicus eſt. Quando.n. ex ſubſtantijs tanquam ex cauſsis accidentia quoq; accipit ſecundum perfectionem utique intellectionem contemplatur, non autem quæ in abſtractione cõſiſtunt. Ita qñ, quę in abſtractione intelligit, non quatenus talia ſunt, intelligit, ſed ſeparans a ſubſtantia intelligit. Quemadmodum cum uidet ſimum, non conſiderat ſecundum utrũque, uidelicet cauitatem & ſubiectam carnem, ſed tñ ſecundum cauitatem, ſuam facit contemplationem. Qui igitur ſimum quatenus ſimum intelligit, non intelligit ſeparatam cauitatem. Qui uero ſecundum ipſam cauitatem intelligit, tanquam ſeparatam eam, quæ ſeparata non ſit, conſiderat. Cũ uero Ariſto. dixerit, ſimum, quatenus ſimum nõ ſeparate, cũ debuiſſet ſubiungere, quatenus aũt cauum qm̃ ſimitas eſt cauitas in naſo, loco quidem caui, curuum, quod contrarium eſt intulit. Quandoquidẽ qui conſiderat curuum in inſpectione ſimi, manifeſtum, ꝙ nõ per ſe intelligit. Neq; enim fieri põt, ut in eodem ſit & cauum & curuũ. Locutus aũt eſt ex ſuppoſitione, cõditioneue, inquiens, ſi quid intelligit actu. Qm̃ aliquis poteſt uel ipſum curuum cum alia carne intelligere, ut in ijs, quæ ſunt adunca naſum, & id quidem etiam per ſe. Siquis igitur curuum conſideret per ſemet, & non poteſtate ſed actu, quod ſeparatum nõ eſt, neq; aptum eſt natum ut ſeparate ſubſiſtat, tanquã ſeparatum profecto intelligeret. Illud aũt quod dixerat, in qua cauum, ideo dixit reuertens ad ipſum ſimum, neq; in tranſitu ad curuum facto permanſit. Similiter igiť & mathematica (dictum ſuit aũt, qualia nam mathematica) cũ non ſint nata apta ſine ſubſtantijs ſubſiſtere, ut quæ ſint ſedes, & fundamentum illorum, tanquã ſeparata mathematicus cõſiderat. Duplex aũt huius loci fertur ſcriptura, aut enim ita, non ſeparata tanquã ſeparata, aut nõ ſeparate tãquam ſeparate. Ex hoc aũt ſcripturæ ordine indicat, intelligens quod ſecundum naturã ſeſe habeat, ſubſtãtias principaliter pcipere, & non ſeparate ſola accidentia, indicatq; ipſum in tali contẽplatione ſeparate agere, quaſi in hac ſecunda recedat a ſemet, ab illiſque actionibus, quę ſecundũ naturã ipſi maxime conueniunt. Prædictum aũt quoq; uel ab ipſo iam fuit, ꝙ ſicut res ſunt ſeparabiles a materia, ita & quæ circa intellectum ſe habent. Quando igitur intellectus conſideret, quæ a ſubſtãtijs ſunt ſeparabilia, hoc eſt accidentia, tanquam ſeparabilia, ſm̃ inſeparabiles ſuimet, & cum extremis complicatas actiones agit, quæ quidem iam receſſerunt ab ijs, quæ ſubſtantias cognoſcunt.

*Omnino autẽ intellectus eſt, qui ſecundum actum res intelligit.*

Vult quidem & nũc, quod & ſępius antea dixit, & rurſus dicturus eſt, in memoriam nobis reuocare, quod omnis intellꝰ, cum agat, idem eſt cum rebus intellectis, eſtq; quæ quidem ſunt res intellectæ. Operepretium aũt eſt ut clariorem faciamus textum, paululum orationem mutare & tranſponere, atq; ita legere. Omnino aũt intellꝰ eſt res ipſæ, qui ſecundum actum intelligit.

*Nunquid autem contingit ſeparatorum aliquid intelligere, cum ſit ipſe non ſeparatus a magnitudine, an non, inueſtigandum poſtea.*

Vbi conſiderauit, perpenditq; Ariſto. extremas intellꝰ actiones, ſecundum complicationem cum ſenſu & imaginatione, quæ accidentia ſola, & ea quidem etiam tanquã per ſe percipiũt, ueritus quaſi, ne uel ipſam intelligẽtis ſubſtantiam a corporibus inſeparabilem ex huiuſmodi actionibus exiſtimemus tetinet nos aduocat ꝗ, ut cõſiderem⁹, ꝙ non eſt impoſſe, ꝙ quatenus inſeparabilis eſt, cognoſcitiuus eſt formarum ſeparabilium. Prædictum nanq; fuit, ꝙ uel ipſe intellꝰ proueniens ad extra, perfectuſq; per habitum protenſum a ſubſtantiali intellectu, & ſeipſum & ſeparabiles poteſt cognoſcere formas. Neq;.n. niſi ſeparabilis eſſet, cũ ſeparabilibꝰ quadraret, neq; euaderet ipſa ſeparabilia, cum agit. Vt.n. qui ſanitatẽ intelligit, iuxta ſanitatis conſiſtit formam, ita & qui ſeparabile intelligit, iuxta ſeparabile fulcietur. Non fieri tñ poſſe eſt, ipſum inſeparabile euadere, quod quidem ſeparabile. Pħs tñ hanc inquiſitionem dimittit, ut qui forſan poſtea hoc ſit demonſtraturus, licet non manifeſte. Fortaſsis autẽ legentibus quæſtionem proponit, ut qui ex ſæpius iam ab ipſo traditis debeant propoſitum diſcutere. Etenim dictum fuit quod ſi ullum cõtinet corpus intellectus, uel fingere difficile eſt. Et quod ſenſus quidẽ utitur corpore pro inſtrumẽto ſemper, at non intellꝰ: & quod ſeipſum põt intelligere. Ea uero, quæ in ſeipſum fit, conuerſio, toti omni corpori per totum impoſsibilis eſt. Verum Alexan. intellm̃ quoq; inſeparabilẽ dicit poſſe hoc, ut ſeparabilium cognoſcitiuus ſit. Quandoquidem etiam ab inſeparabilibus ad ſeparabilia aſcenſum facit. At aſcenſus ille non idem erat cum intellectione. Aſcenſus nanq; ille percuſsio quędã eſt & excitatio, intellectio uero finis. Incipit quidem igitur & hinc aĩa, & ex inſeparabilibus, ob abſolutam ſui declinationẽ eam ad exteriora factam, quæ nõ amplius põt in ſeipſam aut præſtantiora agere, quia multum ad exteriora uergit.

At ubi illis tanq̃ imaginibus occurrit, tanquam ab imaginibus recedens deducit ſeſe in exemplaria illa prima. Neque.n. uc inſeparabile nequit ſeparabiles habere actiones, ſic & ſeparabile nihil inſeparabiliter promit. Sed qñ cum ſecundis & inſeparabilibus complicet̃ uitis, tunc etiam inſeparabiles promit actiones. Queãdmodum vſis propoſitio cũ particulari, concluſionẽ reddit particularem. Cum particulari autem nunquam, per ſeipſam, neque cum uniuerſali uniuerſale aliquod concludi poſſet.

T.37 *Nunc autẽ quę de anima dicta ſunt, ſummatim colligentes, dicamus iterum.*

Cõ. Verba illa, ſummatim colligentes, non ad illud uerbũ, dicamus, adaptanda ſunt. Vt ita dicat, quod ſummatim & contracte dicamus. Neq;.n. ſubdit, quæ dicta ſunt, de aĩa, neque ſummatim colligit. Vt quæ de uegetatiua anima dicta ſunt, aut de ſenſu, aut de imaginatione, neque de practico ſiue actiuo intellectu: ſed ea oĩa, quæ dicta fuere, inquit, ſummatim colligentes, hoc eſt abſoluentes: hocq; in loco punctum intercludentes ſubiungere debemus hoc totũ, dicamus iterum, quæ quidem etiam dicit.

*Quod anima entia quodammodo eſt omnia.* Vel.n. *ſenſibilia ſunt entia, uel intelligibilia, Eſt autem ſcientia quidem ipſa ſcibilia quodam pacto: ſenſus aũt ſenſibilia ipſa. Quomodo autem hoc, oportet inquirere. Se-*
T.38 *catur igitur ſcientia & ſenſus in ipſas res. Qui quidem poteſtate, in ea quæ poteſtate. Qui uero actu, in ea, quæ actu. ipſius uero animæ ſenſitiuum, & quod ſcire poteſt, poteſtate hæc eſt. Alterum quidem ſcibile, alterum uero ſenſibile.*

Cõ. Hæc inquam, ut dixi, dicit, illa nobis in memoriam reuocans, quæ iam dicta fuere. Ideo etiam dicamus iterum inquit, quod cognitio quæ ſecundum poteſtatem eſt, poteſtate eſt cognoſcibilia quodã pacto. Hoc n. apud Ariſt. indicat uerbum illud quodammodo. Quandoquidem, ut dicturus eſt, ſenſus nõ eſt ipſa ſenſibilia, ſed ſenſibilium formæ. In ſenſu quidem igitur agente ſenſibilium imprimuntur formæ, non extrinſecus, ſed intrinſecus collocatæ ex ſubſtantia in ipſa actione, quãdo iam agit. Etenim ipſa cognoſcitiua actio tota intrinſecus locata eſt. Quare etiam formæ, ſecũdum quas determinatur, interius ſunt poſitæ. Sed hoc ſeducere poſſet, ꝙ & actio ipſa & quæ cognoſcuntur, ſecũdum reſpectum quendam ad exteriora promantur. Quemadmodum aũt actio non extrinſecus poſita eſt ſic neq; formæ, ſecundum quas cognoſcitur, in ſcia aũt ſcibilia ſunt, quæ etiam intelligibilia uocat. Qm̃ uel ipſam ſcientificam cognitionem, queãdmodum etiam omnem rationalẽ actionem, intellectionẽ appellat: & qm̃ ſupremus aĩæ ſubſtantialis intellꝰ erat quodammodo etiam ſcia, ob illam declinationem ad rõnem factam. Scitu tñ dignum eſt, ꝙ in ipſo quidem ſenſu maniſeſte diſtinxit formas in ipſo impreſſas a ſenſibilibus extrinſecus poſitis Neque enim, inquit ſenſus illa eſt, ſed illorum formæ. At nõ idem diſtinguit in ipſa ſcia. Sed uult ipſam eſſe ſcibilia ipſa. Hoc aũt ideo, qm̃ ſciẽtia tum inferiorum iudicatrix eſt, quemadmodum cum naturalia aut mathematica conſiderat, tum rerum ſibi cognatarum, indeq; aſcendit ad pręſtãtiora. Et conſtat, ꝙ neque præſtantiora neque inferiora, uilioraue exiſtit ipſa ſcientia: ſed illa tñ quæcũq; cognato ordine ſunt ipſi cognoſcibilia. Quæ remiſſo quidem modo ſunt, qualia ipſa prima, præſtantiori aũt quæ poſt hęc ſunt. Iuxta illa nanque, quæ in ſe ſunt, tum ad prima aſcẽdit, tum poſteriora quoq; contemplatur. Adeo ut dicendum ſit, ꝙ ipſa ſcia ſit ſcibilia ipſa: ſed alia quidem eſt, ut ſit eadem exactiſsime & certiſsime: alia autem poſteriori, alia præſtantiori modo. Iccirco ubi dixerit, ſcientiam eſſe quodammodo ſcibilia ipſa, ſenſum aũt ſenſibilia, ſtatuit modum inueſtigare. Vt cognoſcamus ꝙ ſenſus quidem non eſt ipſa ſenſibilia, ſed ipſorum formæ: ſcientia uero ſit ipſamet ſcibilia, idẽptitate, ut dictum eſt, aut exactiſsima, aut exiſtente remiſſa. Vbi uero diſtinxerit iuxta id quod poteſtate & actu, & ſciam & ſenſum, & quæ ſunt ipſis cognoſcibilia, ut quæ aliquando quidẽ cognoſcibilia ſint poteſtate, aliqñ aũt actu, determinaritque qñ ſenſus & ſcia poteſtate ſint, quãdo.ſ. cognoſcitiua aĩæ pars & ſenſitiua nõ ſcit aut ſentit, ſed ſcire poſſe & ſentire tunc dicimus, nũc declarat, q̃uo quidẽ ſenſus ſit ſenſibilia, ſcientia uero ſcibilia, declarat inquam ſic ſcribens.

*Neceſſe autem aut ipſa, aut formas eſſe. Ipſa quidẽ enim ſane nequaquã. Neque.n. lapis in aĩa ſed forma.*

Senſus quidem de mente omnium non eſt ſenſibilia ipſa, ſed formæ illorum. Quandoquidem omne ſenſibile diuiſibile eſt. Impartibilis uero ſubſtantia non eſt ſenſibilis aliqua rõne. Vnde diuerſum in ijs eſt & ipſum & quod eſt eſſe ipſi, queãdmodum & hæc fuere iam a philoſopho determinata. In ſcibilibus aũt, ſiue intelligibilibus, ſi quidem ſcibilis ſubſtantia cõpoſita ſit, ipſa non erit in ſcia, ſed forma ipſius. Secundum nanq; formas oĩs cognitio fuit determinata, non aũt ſecundum res formatas. Si uero formæ ſint ipſa ſcibilia, ſiue naturales ſint, ſiue immateriales ſubſtantiæ, ut ipſa aĩa, & quæ ſunt aĩa præſtantiora, non eſt diuerſum, ipſum, & quod eſt ipſi eſſe. Atq; ſcia iuxta ipſam rerum eſſentiam facta, quemadmodum & ſenſus et omnis cognitio, quandoquidẽ etiam cum hiſce rebus idẽ eſt eſſe ipſarum, non tm̃ erit eadem cũ formis, ſed etiam cũ rebus ipſis. Ideoque & in ſenſu diſtinctum fuit, qm̃ iuxta exteriores formas cognoſcit, non aũt & eas, quæ in ſeipſo ſunt. At non ita quidem etiam in ſenſu contingit. Aliquando quidẽ.n. formas ipſorum, in cognitione.ſ. formatarum rerum, aliquando autẽ & res ipſas habebit, uidelicet in impartibilium contemplatione, in quibus idem eſt, ipſum, & quod eſt eſſe ipſi. Ipſa nanque ſcia, licet externarum rerum ſit, iuxta formas, quę in ipſa ſunt, ea tñ quoq;, quæ in ſe ſunt ſpeculatur. Cum uero in his tñ immorati fuerimus, ad ſequentia migremus. Quod uidelicet ſcia duplex exiſtens, altera quidem prouenientis ad extra & perfecti intellꝰ, altera uero, quæ ſubſtantialis & perficientis eſt intellectus, hæc quidem coniuncte cum formis colligatur, illa uero quadam cum diuerſitate, & utraq; quidem poteſtate aliquãdo ſit. Sed ea quidem quæ perficit, eſt intellectus prouenſentis, qui nunquam diſtorquetur, immo quaſi ligetur, ſecundum Platonis mentem. Altera uero illius eſt, qui progrediens diſtorquetur, ut quæ omnino indigeat præſtantiori ad ſui perfectionem.

*Quare anima, quẽadmodum manus eſt. Etenim manus inſtrumentum eſt inſtrumentorum, et intellꝰ forma formarum. Et ſenſus forma ſenſibilium.*

Ariſto. uult ex his demonſtrare poteſtatem rõnalis aię cognoſcitiuam, mediam eſſe inter formas primas, quę cognoſcuntur, atque inter extremas, quæ quidẽ cognoſcuntur, at hæ non ſunt amplius formæ neq; ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſed ſecundum quædã cognoſcuntur accidentia. Et ad huius quidem medietatis declarationẽ pro ſimilitudine manu utitur, tanquã inſtrumentorum inſtrumento. Non m̃ manum quatenus inſtrumentum aſsimilat. Neq;.n. uel intellectus, uel ſenſus, tanquã organa ſiue inſtrumenta cognoſcunt, ſed in quantum medium, inſtrumentum eſt. Vt ſententia talis ſit. Qm̃ quod quidem in inſtrumentis manus eſt, quæ media eſt inter ea, quę utuntur ipſa, & ea, quibus utitur, hoc eſt in ipſis cognoſcitiuis aĩa, quæ tanquam media cognoſcit prima & extrema cognoſcibilia. Manus igitur artificis mota ab anima, inſtrumentumq; illius exiſtens, & ipſa eſt illius inſtrumẽtum, & ipſa altero utitur inſtrumento, v. g. ſecuri, ad ſecandũ. Et iccirco quidem recte dictum fuit, inſtrumentum inſtrumẽtorum utentium ipſa, eorũq; quæ, tanquam deſeruiunt.

Anima

Anima uero non tanquam inſtrumentum, ut dictũ fuit, ſed tanquam cognoſcitiua, media eſt inter præſtantiſsima illa cognoſcibilia, qualia ſunt intelligibilia ipſa, ad quę quidem etiam ſua contemplatione aſcendis, & inter extrema, qualia ſunt ſenſibilia, quæmet etiam percipit iuxta extremam ſuimet cognitionem, ſenſum ſcilicet. Et rõne huiuſmodi quidem cognoſcibilium utrinq; acceptorum mediętas cognitionis ipſius aĩæ accepta fuit. Formę nanque conſiderantur ab ipſa, ut quæ nõ amplius media ſit. Niſi fortaſsis & hic tanquam media dicatur, quatenus cognoſcitiuũ ſubmittitur cognoſcibili. Quẽadmodum fini ſubditur, quod ad finem tendit. Atq; ea ratione poſsibile eſt animam interprætari ipſam, nõ ꝙ ſolum cognoſcitiua ipſius facultas inter extrema cognoſcibilia media ſit, ſed ipſius cognoſcibile quoq; ſit tale. Ideo non ſimpliciter cognitio ipſius, ſed aĩa dicta eſt media inter formas, & forma formarum, & forma ſenſibilium, quæ quidem oĩa cognoſcitiuam facultatem indicabant. Etenim forma, & formæ, & ſenſibilia ſignificant cognoſcibilia: quẽadmodum intellectus & ſenſus cognoſcitiuas facultates. Verũ ſiquidem etiam ſecũdum Ariſto. aĩa eſt omnia entia quodam pacto, quanã in re differet ab Empedoclis poſitione, quæ animam ex entibus conſtituebat, ut ſimile ſimili cognoſceret, cuius tñ opinionis in primo libro fuerat acerrimus accuſator? An etiam in illis dicebamus, ꝙ plſs repræhendebat rationẽ illam, quæ uidebatur ponere in anima, ipſa prima & extrema, non autem eam, quæ talem animæ medietatem determinabat, ut cum omnibus quidem affinitatem habeat, at non quemadmodum illa exiſtat, ſed quod per propriam ſubſiſtentiam rationalibus proprietatibus, una ſimul & multiplicata ſit, tum per totam ſimul, tum per ꝯuenientẽ proprietatẽ cuiq; cognoſcitiuo modo quadrãtem. Inſtat autem Plutarchus, qũo cũ ſuperius dixerit, animam ſuſceptiuam eſſe formarum, non omnemque animam talem eſſe aſſeruerit, ſed tantum intellectiuã, nũc etiam dixit ſenſum eſſe ſenſibilium formas, aut poteſtate, aut actu? Soluitq; ipſe, dicens, quoniam ibi omnẽ ſimul rationalem animam intellectiuam poſuit, intelligẽtem inquam & ſenſitiuam dixit eſſe intellectiuam, quo cum ijs, quæ hoc in loco dicuntur, concors ſit. Qm̃ uidelicet non tm̃ ſecundum intellectum anima formas recipit, ſed etiam ſecundum ſenſum. Nos aũt eo in loco annotauimus, ꝙ formarum noĩe magis proprie in ſubſtantijs utebatur. Accidentium nanque formæ aut formæ uocandæ non ſunt, ut in ſexto Metaphyſi. dicit, aut alio modo & remiſſo. Et fortaſsis non ſimpliciter dicendæ formæ, ſed id totum, accidentes formæ. Quemadmodum etiam nunc ſenſibilium formas dixit eas quæ ſunt in ſenſu, hoc eſt accidentia. Talia enim ſenſibilia ſunt, quatenus ſenſibilia. Sẽbilia uero ſimpliciter appellat & nominat formas, tanquam ſubſtantias.

T.39 *Quoniam autem neque res ulla eſt, præter magnitudines ut uidentur ſenſibilia, ſeparata, in formis ſenſibilibus ipſa intelligibilia ſunt.*

Cō. Quod quidem nos particulariter, & per loca annotabamus quando dicebat intellectum contemplari formas in imaginabilibus, quoniam ſcilicet non ſimpliciter omnem intelligebat intellectum, ſed uel practicum, uel eum, qui cum ſenſu & imaginatione complicatur, ut ſenſibilia & imaginabilia, quæcũque ſint, appræhendat, ſic ipſe communi ratione hoc determinat Ariſto. Et hęc quidem eſt propoſitorum uerborum intentio, docere in quibus nam intellectus imaginatione utatur coadiutrice, & cooperante. Non enim ſine hac cognoſcit, in cognitione ipſorum ſenſibilium aut imaginabilium, ſiue modo tanquam agibilia ſint, ſiue etiam tanquam ſolum cognoſcibilia. Particularia nanque cum ſint, ex neceſsitate cognatis cognitionibus coadiutricibus utitur. Idq; ideo, ne ut peripateticorum nonnulli aſſerunt, exiſtimemus ipſum dicere, omnem intellectum non ſine phantaſmate & ſpectro agere.

Quid enim ſane etiam inquit, in ſenſibilibus uideri, nihil eſſe ſeparatum a magnitudine, hoc eſt a dimenſione. Talia nanq; ſenſibilia eſſe dicit, quæ non ſint a magnitudine ſeparata. Hæc ſane igitur in naturam accidentium cadentia, nimirum quia cum dimenſione inſeparabiliter conſiſtant, quæ quidem quantum eſt, & præterea accidens, in formis ſenſibilibus intelligibilia ſunt. Senſibiles autem formas uocat totum hoc, formas ſenſibilium in ipſo ſenſu & imaginatione exiſtentes. Intelligibiles autem formę, ipſius intellectus intellectiones. Nihil autem aliud dicit, quã quod & antea dixit. Quod ſcilicet intellectus formas in ſenſibilibus imaginabilibus intelligit, & non ſimpliciter oẽs, neque enim, quæ ſunt immateriales, intelligit, ſed ita, quemadmodum nunc manifeſte ſubdit.

*Quæque in abſtractione dicuntur, & quæcunque ex ſenſibilibus, habitus & affectiones. Et iccirco neq; non ſentiens, quicquam diſceret, aut intelligeret. Cũque contempletur neceſſe ſimul cum phantaſmate contemplari. Phantaſmata nanque tanquã ſenſa ſunt, præterquam ſine materia.*

Quorum quidem uerborum, illa uidelicet, quæ in abſtractione, mathematica denotant. Habitus uero denotant qualitates, quæ ſecũdum primam & tertiam ſpeciem ſunt qualitatum, ut ſanitatem, figuras, formas aſpectuſue. Affectiones autem denotant paſsibiles qualitates. Qui nã que intellectus hæc intelligit, coadiuuantibus utitur ſenſu & imaginatione. Hæc igitur ſine ſenſu non poteſt anima noſtra, quæ ſemel tota ad extra fluxit, & quæ non amplius poteſt, tãquam ex cauſſa accipere illa, ſed neceſſario per ſenſum appræhendere. Ve quando aliquis deficit ſenſus (neq; enim aliquem omnino ſine ſenſu eſſe ſupponit, quandoquidem neque hic talis cognoſcere nõ põt, ſed aliquem, qui ſenſu careat) nõ poteſt aliquid cognoſcere horum, quorum ſenſus deficit. Atque in cognitione eorum, quæ actu ſit, licet ipſa non habeat ſenſibilia, nihilominus habet figuras in imaginatione ab illis impreſſas. Idq; indicat q; de neceſsitate ipſe contempletur phantaſmata. In ipſa uero philoſophi oratione, quæ aliqua ratione obſcurior eſt, ea inquam. Quoniam autem ſic neque res ulla eſt ” prǽter magnitudinem, ut uidentur ſenſibilia, ſeparata, uer- ” bum ſeparata, tranſponendum eſt, ut manifeſtior fiat ora ” tio, & clarior ita. Quoniam autem ſic res nulla eſt præter magnitudines ſeparata: quibus ſubiungendũ ſtatim eſt, ut uidentur ſenſibilia. Eſtq; intelligendum, ꝙ ſenſibilia ipſa non fuere accepta tanquam exempla eius, quod ſeparatum ſit a magnitudinibus, ſed contrarij uidelicet inſeparabilis. Oporteq; poſt uerbum illud ſeparata, paululum ut nos tranſpoſuimus, nos firmantes, ſubdere illud, ut uidentur ſenſibilia. Idq; ideo, ne ad uerbum illud, ſeparata, ſed ad id, quod prædictum fuit, referatur clauſula illa, nihil eſſe præter magnitudines. Senſibilia nanque omnino, ut dictum eſt, in dimenſione ſunt. Verbum autem illud, uidentur, appoſitũ fuit, ueluti etiam Alexan notauit, ut ipſe quidem exponit, propter mobiles cœli formas, quæ ſeparabiles ſunt. Ego uero exiſtimo, ꝙ non ſolum propter illa appoſitum fuit, ſed etiam propter ipſas naturales formas rerum generabilium. Etenim ſeparabiles illas eſſe dicit in ſecundo naturalis auſcultationis, in quãtũ ꝙ ad hoc, ut ſint, non indigent dimenſione, aut omnino accidentibus. E contra uero ſuo ipſarum eſſe, illiſq;, quæ circa ipſas, et circa compoſitas uerſantur ſubſtantias, quamcũque permanentiam contribuunt. Vocamus autem ſenſibilia proprie, & tanquam ſenſibilia, quæ ſenſui occurrũt: quæ quidem erant accidentia ipſa. Sæpius autem & ipſas formales ſubſtantias, ſenſibiles appellamus, ab ipſis accidentibus, quẽadmodum cũ Galenum ſignificare uolumus, ex medico id facimus, Socrateq; ex ſimo, aut caluo. Verbũ igiť illud, uĩ, propterea poſitũ fuit hic. Si.n. ſenſibi-

lia tāq̄ ſenſibilia accipiant, nihil re uera eſt præter magnitudines, uidelicet dimenſiones, qđ ſenſibile ſit. Quod ſi etiā de naturalibus ſubſtantijs ipſius, ſenſibilis, nomen accipiatur, non erit illud pro uero habendum. Verū uidetur ſolum nullum ſenſibile eſſe ſeparatum a magnitudine. Poſtquam aūt in illa poſitione, quæ nullum ſenſibile ſeparatū a magnitudine in formis ſenſibilibus aſſerit, hoc eſt in ijs, quæ in ſenſu rerū ſenſibilium acceptæ fuere, intellſ cognoſcens intellectiones, quas de his facit, roborat & firmat, uidelicet in figuris illis formarum, ipſarum rerum, in imaginatione impreſsis, quod quidem etiam prius demonſtrauerat per uerbum, vī, manifeſtius nunc declarat, determinans quænam ſint ſecundum ueritatem ſenſibilia, quę nō ſunt præter magnitudines Quarum etiam intelligibilia in ſenſibilibus & imaginabilibus formis exiſtunt. Quæ nāque in abſtractione dicuntur, & quæcūq; affectiones ſunt atq; habitus & harū cognitio, in intellectu ne a principio qdē ſine ſenſu fieret. Neq; oīno aliquo tēpore intellectio illorum, intellectui ineſſet, niſi hmōi formis uteretur, cū omnino in principio formis, quæ ſunt in ſenſu, indigeat. Quādoquidem uel ab illis, figuræ ipſæ in imaginatione imprimuntur. In illis uero intellectionibus, quæ poſterius de ipſis habentur, cōtentus eſt ipſis imaginabilibus. In oīn.n. phantaſma a ſenſibili differt, ꝙ hoc quidem, circa partibilem cōſiſtit naturalē ſubām, quam nunc temporis materiam appellat, non illam ultimam generabilibus ſubſtratā. Quandoquidem etiam cœleſtia, cum ſenſibilia ſint in materia eſſe poſſent, ut nunc dicitur. Ipſum uero phantaſma, cum accn̄s ſit, oīno quidem in ſubſtantia aliqua firmatur, non tn̄ naturali, ſed uitali. Et iccirco non dicitur eſſe in materia Licet enim inſeparabilis ſit imaginatio a corporibus, quatenus uita & ſubſtantia eſt præſtantior corporibus, inſeparabilis eſt ab ipſis, quemadmodum etiam materialis forma inſeparabilis eſt a materia. Ideo non quia innitatur & firmetur eſt inſeparabilis ab ipſis, ſed potius quia ſuſtentet & comprehendat. His autem, quæ ſequuntur, ſubiungit.

*Eſt autem imaginatio diuerſum a dictione & negatione. Complicatio nanque eſt intellectionum, quod uerum aut falſum.*

Vbi dixit imaginationem eſſe formā ſine materia, rationalēq; uitam noſtram immaterialem eſſe, differentiam ſubiungit ſtatim inter imaginationē & rationem, quo demonſtraret ipſam eſſe a corporibus inſeparabilem. Ratio nanq; in complicatione ſtat, aut affirmatiua, loco cuius accepit nunc, dictionem, aut negatiua. Ideo etiam circa uerum et falſum uerſatur. Imaginatio uero in ſimplicibus reſtrictis manet, tanquam quæ corporeā formā referat neq; ualeat colligere huiuſmodi ſimplicia, quo unū aliquod ex ipſis pluribus reſultans cognoſcat, ſed partibiliter tn̄ unūquodq;. Ideo etiam expers eſt ueritatis & falſitatis eorū, quæ cum complicatione ſunt. Qm̄ & ipſa, & ſenſus aliqn̄ ueri, aliqn̄ falſi ſunt, idq; iuxta propriam, aut alienam ſimplicium congruentiam, aut incongruentiam cum ipſis rebus contingentem Ad diſtinguendum igitur imaginationē a rationali, appoſitus fuit hic textus & dictionis ſeries. Cū uero oportuiſſet dicere. Cōplicatio nāque intellectionum eſt affirmatio & negatio: dixit, uerum aut falſum, & conſequens dixit, pro antecedente. Complicationem nāque ipſam ſequitur uerum aut falſum.

*Primæ uero intellectiones, quomodo differēt ab eo, quod haud phantaſmata ſint, aut neq; aliæ, phantaſmata, ſed non ſine phantaſmatibus.*

Ex his quoq; nos docet, ꝙ non omnis intellectio imaginationem habet coadiuuantem, ſiue cooperantem. Præterea ꝙ neq; intellectio, quæ ipſa utitur, eadem eſt cū imaginatione, ſed quatenus præſtantior, illa, quæ remiſſa eſt utitur. Interrogat enim, cur nō etiam primæ intellectiones (primas autem appellat, quæ ſubſtantiarum ipſarū cognoſcitiuæ ſunt, & maxime, quæ cognoſcitiuæ immaterialium formarum ſunt) phantaſmata ſunt? Reſpondetq;, ꝙ neq; quæ prædictę ſunt, quas ipſe, aliæ, dixit, quęque in ſenſibilibus formis & imaginabilibus extenſę ſunt, phantaſmata exiſtunt, ſed illæ quoq; tanquam ſubſtratis phantaſmatibus utuntur. Non quia etiam primæ intellectiones ſint tanquam hæ, quemadmodum Alexan. uult, ſed quod illæ quidem, licet non cadē ſint, quæ quidē ſunt phantaſmata, ijs tamen utūtur, eo ꝙ ne omnino quidem ſenſibilia, aut imaginabilia fiant intellectiones, ſine actione intellſ circa extrema (cum cognitionibus nanq; cognatis eis cognoſcit partibilia & ſenſibilia). Primæ igitur intellectiones ne omnino quidem utuntur, neq; in extrinſeca primo declināt, ſed in ſeparata uita eluceſcant. Cōſidera uero quomodo mediantibus practico intellectu, & cōtemplatiuo, ubi demōſtrauit eum, qui ex abſtractione, & qui ſenſilium tanquam ſenſilium eſt ſpeculator, eūq; qui ſubſtantias naturales & harum formas, & eas quæ ſunt in anima, contemplatur, qualis erat ille, qui ſcientiam parit, recurrit in ſupremum ipſius ſubſtantialem intellm. In ipſo nanq; ſunt intellectiones maxime primæ. Ruſuſq; ꝙ ſeparabilis ſit, teſtatus eſt, ut qui nulla ratione declinet in ſenſum, aut imaginationem. Concludens uero hoc in loco ſermonem de omni cognoſcitiua animæ portione, ad potentiam motiuam corporum ipſius animæ pertranſit, ut ipſe in ſequentibus determinat, qđ.i. & abſoluit ſermonē de iudicatiua parte aīæ, & ꝙ de motiua diſputabit.

*Quoniam autem anima iuxta duas determinata fuit* T 40
*poteſtates, quæ animalium, tum iudicatiuo, quod cogitationis opus eſt, & ſenſus: tum etiam quia moueat motu ſecundum locum, de ſenſu quidem, & intellectu determinata ſint tot. De mouente autem quidnam eſt, animę, conſiderandum.*

Cætera quidem manifeſta ſunt, at nunc etiam oportet Cō.
inſiſtere: quoniam quam dixit cogitationem, eandem nunc etiam intellectum appellauit. Adeo ut ipſius intellectus nomen, quemadmodum etiam prius demonſtrabamus, in omnem rationalem uitam dilatet. Et hanc ob rē fortaſsis etiam in imaginationem dilatat, non quidem eā, quæ irrationalium eſt, ſed eam, quæ in hominibus, hoc eſt, id totum, rationalem imaginationem. Quam uel ipſe Theophraſtus in proprijs naturalibus dubitat, utrum rationalem, an irrationalem ponat Inquirit autem deinceps ubi nam loci, animæ poteſtas corporum ſecundum locum motiua conſiſtat, utrum in tota anima, an determinate in aliqua ipſius particula. Si autem particulam animæ uocat, licet in principio id renuerit, ut quæ partibilis non ſit, ſed poteſtates habeat, quas alijs particulas dicit, non eſt mirandum. Non enim ignorauit, ꝙ in rebus immaterialibus, potentia non adeſt, quæ materia careat. Ideo quemadmodum multas anima poteſtates habet, ſic etiam multiplicem habet ſubſtantiam, multitudinemque ſubſtantiarum diſiunctam non habet (huic nanque contradicet) ſed quo ad ipſam unitionem, maior eſt unitio in ſubſtantijs, quam ea, quæ in potentijs, quanto præſtantior eſt ſubſtantia ipſa potentia, ideoque. Ariſto. multitudinem potentiarum animæ manifeſtius aſsignat. Demonſtratur præterea, ꝙ multiplicem ſubſtantiam habeat, quantum ad unitionem illam, ut dictum fuit, ex eo, quia etiam particulas dicit.

*Vtrum una aliqua particula eius ſeparabilis exiſtens aut magnitudine, aut ratione, aut tota anima, & ſi ſit particula aliqua, utrum propria quędam præter eas, quæ dici conſueuere, & eas, quę dictę ſunt, aut illarum una quæpiam.*

Vbi

Vbi dixit uerbum illud, particula, appoſuit hoc totū, ſeparabilis exiſtens, aut magnitudine, aut rōne: tanquam quia alij uideantur particulas animæ ab inuicem diſiunctas ponere. Ipſe uero conſiderans, quod earum ab inuicē ſeparatum ſit rōne tantum, accipit rōnem ſignificare mutuam diuerſitatem ſecundum proprietatē, magnitudinem uero ſignificare ſubſtantiam diſiunctam. Quandoquidē etiam magnitudo eſt apta nata ita diuidi, ut etiam ab inuicem diſiungantur particulæ, quæ hactenus continuę fuerant. In eo enim ꝙ continua ſit, alia pars alibi poſita eſt, prima, aut media, aut ultima, quæ localis partitio eſt, cum nulla incorporea ſubſtantia in loco ſit. Iccirco particulę illius totæ per totas permeant. Atq; non propter id omnino, ueluti in ſuperioribus adnotauimus, unam ponit & ſeparatam totam noſtram aīam, ut etiam uegetatiuā, et ſenſitiuam & omnino eam, quæ irrationalis uocatur, circūducentem. Neq; n. amplius ſeparari oīno poſſet. Sed quemadmodum in hac uita omnium rerum authore, cum hoc oſtreo complicatur corpore, ita multo prius etiam cum uitis corpoream formam referentibus, quando nō adhuc ſeparabiliter uiuit. Tota igitur nunc ab Ariſto. una eſſe ſtatuitur, ſed non ſemper. Inquirit igitur nū unaquæpiam ſit illius particula, quæ corpora moueat, an tota, adeo ut ſecundum totam ſuimet potentiam moueat. Et ſi non tota, ſed una quædam illius ſit particula, utrum una quędā eſt earum, quæ prædictæ ſunt, ut appetitiua, aut Imaginatiua, aut ſenſitiua, aut ratiocinatiua, aut alia quædam præter eas quæ dictæ ſunt, quæq; conſueuere etiam perturbari. Videtur nanq; Plato in tria diuidens animam, in rōnē, indignationē, & appetitionē, ſola diuidere, et ſola tradere, uidelicet rōcinatiuam partem, & appetitiuam cum irrationali cognitione Similiter & qui ipſam in rōnale et irrationale diuidunt. Et hæc ſunt, quæ conſueuere dici. In ſuperioribus autem dicta quoque fuit cauſſa: propter quam omnes his duobus maxime effingunt animam, iudicatiua inquam parte, & motiua corporum. Quoniam ut Platonice loquamur, non ſolum ex ſeipſa uiuit, ſed etiā alijs, quæ mouentur, omnibus fons & principium eſt motus. Habens quidem hanc poteſtatem, tanquam corporum cauſſa, non tantum ut formali modo uiuentium, ſed etiā efficiente & finali, quemadmodum ipſe in primo huius tractationis ſtatuit. Iudicatiuam autem habet partem, per ſeipſam.

T.41 *Habet aūt dubitationem ſtatim, quonam pacto oportet particulas animę dicere, & quot. Modo enim quodā infinitæ uidentur. Et non ſolum quas quidem dicunt determinantes, ratiocinantem, & iraſcibilem, & appetitiuam. Alij uero eam, quæ rationē habet, & irrationalem. Iuxta differentias enim per quas hos ſeiungunt, etiā aliæ apparent particulæ, maiorem differentiam habētes his, de quibus etiam nunc dictum fuit. Quęq; nutriendi poteſtatem habet, quæ plantis ineſt, & omnibus animalibus, & quæ ſentiendi, quā neq; tanquam irrationalem, neque tanquam rationem habentē aliquis facile poneret. Adhuc quę imaginatiua, quæ ipſo quidem eſſe, ab omnibus eſt diuerſa.*

T.42 *Cuinam uero horum eadem, aut diuerſa habet multam dubitationem, ſi quis poſuerit ſeparatas particulas animæ. Prælerea quę appetitiua, quæ & ratione, & poteſtate diuerſa eſſe uideretur ab omnibus, & abſurdum ſane hanc diſiungere. In ratiocinatiua nanq; uolūtas fit, & in irrationali, cupiditas, & indignatio. Si aūt*
T.43 *tres, anima, in unoquoq; erit appetitio. Ac ſane & nūc de qua ſermo inſtat, quę mouens ſecūdum locum animal eſt. Ipſo motu enim ſecundum augmentum & diminutionem, quę omnibus inſunt, ea quę omnibus ineſt, uidęretur utiq; mouere, eam quæ gignit & nutrit. De reſpiratione autem & expiratione, ſomnoque & uigilia poſterius conſiderandum. Habent nanque etiam hęc multam dubitationem.*

Qui particulas dicit, hic multas utiq; dicit ſubſtantias! Cō.
Partes nanq; ſubſtantiarum, ſunt etiam ipſæ ſubſtantię ut in prædicamentis ſtatuit. Hæcq; ſane multitudo, ꝙ unius quidem ſit totius, manifeſtum eſt. Particulę nanque ſunt, quouſque non ſunt ab inuicem diuiſæ, ſed & totius ſunt, alię aūt ita ſunt, ut quæ ꝯtinui, hic et hic poſitę, & localiter diuiſæ. Aliæ uero eo modo qui cōuenit incorporeis, ut unaquæq; in omnibus ſit, atq; adeo nequaquam in loco interſeptæ ſint. Quemadmodum etiam in ipſis naturalibus formis, calidum v. g. Ignis a leui diſtinguimus, nō localiter ipſa dirimentes, ſed per proprietatem. Vtrūq; nāque ibi eſt, ubi reliquum. Manifeſte ſane Ariſto. diuerſitatem talem facultatum animæ, quæ animæ particulæ dicuntur, ſæpius confirmat, enuntians ipſas ipſo eſſe, et rōne ab inuicem differre. Cum uero non ſtatuat ipſas ab inuicem ſeparatas cōſiderare, neque diſiunctas, diuiſionem in ipſis renuit eam, quæ corporibus, omninoq; continuis cōuenit, quæq; localis eſt, ut diximus. Non igitur cōtra multitudinem particularum animę ſimplr pugnat. Fatet nanque multas eſſe rōne, ſed pugnat aduerſus id, quod diſiunctæ ſint, & localiter diuiſæ. Omnino aūt impræſentiarū mouit ſermonem de hoc, adinuenire uolens particulam ipſius, quæ corporum motiua eſt, hoc ſane primum diiudicans, quod etiam in principio tractat, quomodo ſcilicet oportet animæ particulam interpretari, uidelicet nō corporeo modo, ſed modo incorporeis conuenienti, & proprio. Verbum igitur illud, quonam pacto, modum Ariſto. ſignificat, hoc eſt corpoream formam referentem, aut incorporeum. Illud uero, quot, manifeſtum quidem, ſignificare multitudinem, ſed non id, quod omnino diuiſum eſt, ut equus forte & lignum, ſed id, quod cum quadam unitione, aut impartibili, ueluti in puncto, principiū & finis impartibiliter unita ſunt, aut partibili, ut in linea particulæ ſunt per continuationem unitæ. Ac non temere quidem adiecit uerbum illud, quot. Sed demonſtrare uolens, quod particulæ continui, aliquando ſimplr ut continui particulæ dicuntur iuxta localem dimenſionem, ſine differentia, quæ ſecundum rationem eſt, ueluti ſeſe habent particulæ rectæ lineæ. Aliquando aūt, ꝙ non tantum hac ratione differunt, ſed etiam ratione, ut neruus & caro, & ꝙ quæ ſunt tanquam cōtinui particulæ, eę ſunt infinitæ potentia. Continuum nāq; diuiſibile eſt in infinitum. Quæ uero ratione differunt, licet cōtinui ſint particulæ, licetq; non a nobis percipi poſsint, non tamē ita naturæ ſunt. Natura enim non nouit infinitam multitudinem in ipſo, nūc, ut in tertio naturalis auſcultationis, ubi q. (ut uerbum uerbo reddam) totalitatem & perfectionem, & non infinitum entibus tradebat, demonſtrauit, ubi poſuit infinitum in ſolo fieri, non autem in ipſo eſſe. Recte itaque & in anima dictum fuit id, modo autem quodam infinitæ. Quoniam licet quidem nondum ſint diſtinctæ, ſiue ipſius animæ tanquam continuæ ſint particulæ, ſiue ut incorporeæ, omnino quidem erunt finitæ. Quandoquidem non tāquam continui ſimpliciter, ſed tanquam ratione differentes dicuntur. A nobis autem fortaſsis non poſſunt percipi eo quia multifariam diuiduntur, ſeparabili uidelicet, & inſeparabili, rationali & irrationali, cognoſcitiuo, & motiuo, cōtemplatiuo, & appetitiuo, atque appetitiuo ſecundum rationem, aut ſine ratione, perficienteque & perfecto: prætereaq; ſenſitiuo & inſenſitiuo, pluribuſq;, quæcūq; ſunt aliæ, differentijs. Hoc itaq; modo apparet, qui a nobis cōprahēdi nō po-

ſeſt, donec nos ita noſmet habeamus, ut nos habemus, imbecillius inquam, quam φ omnes percurramus. Neq; n. ſufficit diuiſio in duo membra, ad demonſtrandum oẽs aīæ particulas: ea inquā, quæ in rõnem & irrationale ſit, neq; ea, quæ in tria ſit apud Platonem in politicis libris, uidelicet, quæ in rõnem, indignationem & cõcupiſcentiam ſit. Qm̃ neq; ille totius animæ diuiſionem facere propoſuerat: ſed ea, quibus indigebat ad demonſtrandam practicam uitam, ſola tria accepit. Quẽadmodum & Ariſt. in Ethicis ſecundum electionem determinans, electionem aũt in ratione & appetitione ponens, nõ ea, quæ ſecũdum rõnẽ conſiſtit, ſed in irrationali (rationi nãq; ipſe opponit appetitionem) ille inquam uidetur in rõnẽ & appetitionem diuidere nõ totam aīam, ſed practicam tm̃, & moralem. Id aũt & Plato fecit; eo excepto, φ irrationalẽ appetitionem in indignationem diuiſit & concupiſcentiam. Et id quidem neceſſarium erat moribus inſtituentibus, qa in contrarietate, & oppoſitione concupiſcẽtiæ cum rõne, indignatio ſemper aſsidet rõni. Hæc igitur pro defendendo Platone ſint dicta. Clarum præterea eſt, quod uegetatiua pars magis a rõne differt, ſecundum ſui ſubam, quam irrationalis ipſius uocata particula. Hæc.n. in pluribus rationi ipſi affinis eſt, cum tanquam cognoſcitiua (ſenſitiua enim eſt, aut etiam imaginatiua) tum tanquã appetitiua (appetitio nãq; quædam eſt & ipſa rõnis uoluntas) & tãquam motiua corporum ſecundum locum. Illa uero ab ijs omnibus abeſt cõditionibus. Senſitiua uero, nõ tãquã & ipſa magis differat a rõne, aut quæ indignatiua & concupiſcitiua eſt (ſic enim dicamus, ut expeditius ſenſum habeamus) in mentionem deuenere: ſed qa ſimplr, tanquã diuerſa eſt appetitiua ipſa. Senſus enim nomẽ cognitionis eſt, indignatio uero & concupiſcentia appetitionum, tanquam nomen ducentes ab appetentia quadam, licet etiam cognoſcitiua pars una ſecum attrahat. Quandoquidem haud fieri poteſt, ut ſine cognitione appetas. Quod n. ſenſitiuam acceperit, non tanquã quæ magis differat, ſed cõtrarium potius in cã fuerit, uidelicet, quia tanquam præſtantior ea, quæ irrationabiliter appetat, exiſtat & tanquã magis ad rationem accedens, indicauit, dubitans, utrum tanquam rationalis, aut tanquam irrationalis ipſa ſit ponẽda. Etenim omne cognoſcitiuum, ſimplr loquendo, præſtantius eſt appetitiuo eo, quod ſibi cognatum eſt, cum appetitiuum ſemper indigeat cognitione, ad hoc ut appetat, cognoſcitiuũ uero nulla in re indigeat eo, ad hoc ut cognoſcat. Atq; ipſum quidem cognoſcitiuum vr̃ dirigere appetitionem ſecundum naturam (quandoquidẽ & quod recte appetit, opus eſt, ut rectitudinem cognoſcat) appetitiuum uero vr̃ cogere cognitionẽ, qñ cum appetitiuum præcedit, & in ea tendit in quæ nõ oporteat, cogat cognitionẽ machinam aliquã excogitare ad appræhendẽda ea. Eſt quidem igitur etiam ut ſimplr dicatur, ueluti fuit dictũ, omne cognoſcitiuum præſtantius appetitiuo eo, quod ſibi cognatum, & ſui ordinis eſt, qm̃ alterum quidem a fine deuenit, alterum aũt ab infinito, ut fuit in Philebo demonſtratum. Manifeſtius aũt id apparet in ſenſu noſtro, atq; in humana irrationali appetitione. Rationalis nãq; uterque eſt tum ſenſus, tum appetitus qui ſunt in hoïe. Atque is cum rationalis ſit, ualde conuertitur, ac magis quam in ipſis irrationalibus, aſſumẽs ſibi, quod ipſius rationis ſagax ſit, indeq; in extremam defertur malitiam. Senſus aũt qa rationalẽ quandam habet formã cõtrario modo tẽdit ad præſtantius, adeo ut & ſemet ſentiat, imiteturq; rõnis cõuerſionem in ſeipſam. Videbatur nãq; nobis antea quoque, non id cõe eſſe oïs ſenſus, ſentire, quod ſentiat. ſed tm̃ ſenſus rõnalis, licet maxime quidem cõmunis ſenſus, ſed iam etiam ſingillatim uniuſcuiuſque. Irrationale igitur irrationali appetitui Ariſto. maxime attribuens, qui propter uehæmentem extenſionem ad exteriora neq; retinere, neque gubernare ſeipſum põt, tanquã uidens talem ſenſum præſtantiorem eſſe tali irrationalitate, medium eſſe ipſum ponit inter irrationalem appetitum, et rõnem, & ambobus quodammodo cõterminum eſſe, rõni quidem ob id, quod finis formam refert, et propter contractionem in impartibile factam, & quandam conuerſionẽ in ſeipſam. Appetitiui uero ob ſubſtantiam, quæ corporeã refert formam, & quia eorum ſit, quæ extrinſecus poſita ſunt. At qui de imaginatiua portione cũ tm̃ nobis ad memoriam reuocarit: quod. ſ. in ipſo eſſe ab omnibus alijs particulis diuerſa ſit, ſubiecto uero, ſiquis localiter ſeparatas particulas aiẽ interprętaretur, dubitationem multã afferri ingens, ſiue oporteat uel ipſam ab omnibus alijs ſeparare, ſiue tanquam eandẽ cũ una aliarum ponere, ad alias aiæ trãſit poteſtates. Cæterum φ quidem in ipſo eſſe ab omnibus alijs differat, ex ijs, quæ ſuperius philoſophati fuimus, habuimus. Quam uero ob cãm priuatum hoc fuit in ipſa adnotatum, quod. ſ. multam præbebit dubitationẽ ijs, qui localiter particulas ſeparant & ſeiungũt? Si quidem eadem eſſet cum una aliarum, ſubiecto. ſ. Quod enim ipſo eſſe differat, modo fuit dictum. Siue & ipſa ad omnibus diuerſa eſt, tanquam particularis quæpiam magnitudinis particula. An quia multam hẽt & præfert cum ſenſitiua affinitatem? Quandoquidem etiam iuxta figuras ſemper partibiles & ſenſibilibus ſimiles, agit. Et quandoquidẽ etiam imaginatio eſt cognitio corporeum quod referẽs, Idcirco eadem eſſet ſubiecto imaginatiua cũ ſenſitiua, ueluti & ipſi magis uidebatur. Qm̃ uero non amplius indigebat omnino ſenſibilibus præſentibus poſt illum primũ motum ad obeundã actionem illorum cognoſcitiuam, ſed etiam hoc magnum momentũ habet in nobis, qñ illam uelimus promere, ea rõne multam præfert cum rationali poteſtate affinitatem. Habet præterea & medium locũ inter opinionem & ſenſum: iuxta quẽ etiam Plato imaginationem ponebat in horum amborum cõplicatione, ut quæ participaret de utroque pp medietatem. Merito igitur in dubium uertitur ijs, qui ſtatim nolint oẽs animæ particulas mutuo ſe permeare, ſed localiter ipſas dirimunt; utrũ & ea a ſenſu et opinione diuerſa ſit, an utrique ipſorum eadem ſubiecto ſit. Appetitiua nãque manifeſte a ratione diuerſa eſt, id quod etiam ipſius actio indicat, & ptãs ea, quæ actiones reddit. Ideo etiam adiacet rõni poteſtas. Neque n. cum cognoſcitiua eadem eſſe põt, cum non iudicet appetitiua, neq; cum nutritiua. Ea. n. nulla rõne cognoſcitiua eſt, appetitiua uero oïno cum cognitione ſtat. Et ea quidem de omniũ mente non eſt ſubiecto ſeiuncta aut a rõne, aut ab imaginatiua. Etenim uoluntas in rõne appetitus quidã eſt, in imaginatiua uero indignatiua (ſic. n. expeditius loquemur) & concupiſcitiua. Neq;. n. fieri põt, ut dictũ eſt, ut ſine cognitione quis appetat: quare cum cognitione quadam ſimul eſt. Abſurdum igitur eſſe recte aſſerit, disiungere appetitiuam ab alijs. Manifeſte nanque cum cognoſcitiuis facultatibus ſemper cõſiſtit. Indignatio uero & cõcupiſcentia & per ſe ſunt appetitiones, & ipſa motiua pars animæ dubitationem præbet ijs, qui ita ſeparãt particulas aiæ. Quemadmodum. n. appetitiua tum in rõne tũ in imaginatione uidebatur eſſe, ita & motiua facultas, cũ appetitiua ſit cum cognitione, ut dicturus eſt, rõnalis erit aut imaginatiua, & utraq; cum cognitione ſibi cognata. Quare abſurdum eſt ſeparare illã, ut in magnitudinibus. Non dubitat aũt quidnam moueat aïal, ſed quid nã moueat animal ſecundum locum. Qñquidem aũt non motus ſimplr naturalis, qualis eſt motus ignis, cãm nũc inquirimus, ſed cãm appetitiui motus, qui quidem in aïalibus eſt, motiuam ſane facultatẽ ſecundum locum inquirẽs, motiuã quoq; ſecundum alios motus eſſe deinceps ſubiungit. Quo etiam recta ſit additio in motiua parte aiæ, ea quę ſecundum locum. Eſt enim quid aliud quod nõ tantũ tanquam naturaliter mouet, ſed quod etiam iuxta alteram uitam, uegetatiuam uocatam, mouet, quæ nutrit, auget, & gignit. Motus aũt hi quoque ſunt uitales, nutrire, & creſcere, & gignere, quorum motuũ cã eſt efficiens, ipſa uegetatiua, ut dictum eſt, uita. Quandoquidem ea etiam ſola & omnia, quæ illam hñt, huiuſmodi motus conſequunt̃. In libellis uero de memoria & ſomno, in libelloq; de reſpiratione & expiratione propriam determinat poteſtatem, quæ horum, qui motus quidẽ exiſtunt, efficiens eſt, qui et ipſi quidem uitales ſunt motus, non tñ uegetatiuæ pro-

prij. Neque.n. plantæ dormiunt, neq; ſentiunt, neq; utiq; reſpirant, aut expirant. Neque etiam tanquam aīalis animæ proprij ſunt motus, niſi profecto ſomnus & uigilia. Videntur nāq; mortalia omnia, ut in alijs Ariſto. uult, licet nō omnia uiſa fuerint aliquando dormientia, a ratione tñ cognoſci, ꝙ aliqñ de ſomno participent, ob imbecillitatem uitæ, quæ mortale quid præſefert, quæ aliqñ quiete indiget, quæq; haud ualet inceſſanter uti ſenſu. Ipſa igitur reſpiratio & expiratio, cum non oībus inſit, ſed tm̃ habentibus pulmonem, propria deberet eſſe alterius cuiuſdã uitæ magis particularis præter cõmunem omnium animalium aīam. Quare recte dictum fuit id. Et hæc multã habent dubitationem. Neq;.n. facile eſt reddere, quænã ſit uita horum motuum cã. Neque.n. ea, quæ ſecundum locum mouet. Quandoquidẽ neq;, quæ ſentiunt, aut reſpirant & expirant ſecundum locum mouentur, qm̃ neq; tota locum mutant, quod quidem proprium eſt motus, qui ſecundum locum fit. Neq; uegetatiua cã eſt. Vegetatiua enim ne tantillum quidẽ ſecundum appetitiuum locũ mouentur. Reſpiratio aũt & expiratio, ſomnus & uigilia habent quidem aliquid etiam neceſſarium: habent tñ & qđ cum appetitiuo eſt motu. Prohibemus igitur interdum, & remittimus iuxta libitum noſtrum appetitiuum.

T.44 *Sed de motu ſecundum locum, quidnam mouens animal ambulatorio motu, conſiderandum. Quod quidem igitur non nutritiua potentia, patet. Semper enim alicuius gratia, motus ipſe. Et uel cum imaginatione, uel appetitione eſt. Nihil.n. non appetens aut fugiens mouetur, ſed aut poteſtate. Præterea ſi plantæ motiuę eſſent, haberẽt aliquam particulam inſtrumentariam ad motum hunc.*

Cō. Multa nobis declaratio, & cõmoditas in inueſtigationibus accidit, ex cõparatione oppoſitorum: qua quidẽ philoſophus ipſe nunc utitur, prius exponens, quænam ſint uitæ non mouentes ſecundum locum. Idq; ideo ut ex cõparatione cum ijs facta, facilius mouẽtem ſecundum locũ adinueniamus, quam etiam ambulatoriam dixit, ut quæ nõ ſimplr localis ſit, ſed uiuaciter localis. Ambulare nãq; eſt cum appetitiuo motu. Et hactenus quidẽ demonſtrat, ꝙ non uegetatiua aīa mouet ſecundum locũ, uolẽs ambulatorium motum alicuius gratia oīno fieri, non ꝙ augmẽtum, aut nutritio alicuius gratia fiãt (oīs enim motus, qui ſecundum naturam, ad aliquẽ ducit finem) ſed aut hoc totum coniungẽdum, ꝙ alicuius gratia ambulatio fit, & uel cum imaginatione, uel appetitione, idq; ideo ne priuatim uerba illa, alicuius gratia de ambulatione prædicemus, ſed hoc totum, alicuius gratia cũ imaginatione aut appetitione. Aut ſi hoc uiolẽtum vr̃, ob coniunctionẽ illam, &, interpoſitam in eo, & aut cũ imaginatione (hæc.n. coniunctio occaſionem futuram alterius argumenti præbere vr̃) ipſum quod dicimus, alicuius gratia, nũc ita interpretandum eſt, ac ſi cognoſcitiuo modo diſtinctũ ſit ab eo, cuius cã. Ita ut ambulans, ubi præimaginatus fuerit, & intellexerit finem, tanquã alicuius gratia, motũ ad ipſum carpat. Quod igitur ita alicuius gratia eſt, non inerit ijs, quę uegetatiue oīno mouentur. Eritq; nobis id, alterum argumentum, uidelicet. Et aut cũ imaginatione, aut appetitione eſt. Oppoſitio aũt vr̃ mihi non ſimplr cognitionis eſſe atq; appetitionis. Qm̃ imaginatio eſt cognoſcitiuum nomen. Omnino.n. ipſum mouens appetitiuum, & cognoſcitiuum eſt. Sed hæc mihi vr̃ eſſe appetitionis diuiſio, aut imaginatiuæ exiſtentis, id quod indicat illud, aut cũ imaginatione, aut rõnalis, ut in iis, quæ ſecundum cogitationẽ & rationẽ mouentur, cum etiam illa per uoluntatẽ et rationalem cognitionem moueanẽ, & nõ amplius imaginationem ſequantur. Manifeſte nãque & ipſe ſubiunxit nihil moueri, quod nõ appetat. Quare & quod cum imaginatione mouetur, appetens mouetur. Igitur & uermes et erucæ mouentur, nondum hñtes appetibile ipſum præſens, ſed ut conſequantur ipſum. Quod ſi hoc ita ſe habet, præimaginantur etiam illud, ut appetãt. Neq;.n ſentiunt ipſum cum nondum præſens ſit: ſed ob indeterminatam ipſorum imaginationem, ubique et Ariſto & hoc in loco Plutarchus pħs, non cẽſent imaginationẽ hiſce cõcedere, quia pħs imaginationis nomen non tm̃ de ſola determinata, ſed etiam de ea, quæ addiſcere põt, profert. Iccirco neque apẽ dicit Ariſto. imaginationẽ habere, licet etiam determinatam illam habeat. Nihil n. inquit, nõ appetẽs aut fugiens mouetur. Appetitionem nunc tẽporis appellans eam, quæ ſolius inſequendę rei appetitio eſt. Quãdoquidem & auerſio ipſius fugiendæ rei appetitio quędam eſt, deſiderans hoc ipſum euitare & fugere. Clauſula uero illa, ſed aut uiolentia, adiectum fuit, quãdoquidem nõnulla animalia inuite attracta, & non per proprium motũ appetitiuum, mouentur. Hoc uero id demonſtrat, ꝙ ſcilicet uegetatiua uita non ſit cã motus, qui ſecũdum locũ, q. etiam plantæ non hñt organa ambulatoria. Propria nãq; & cõuenientia inſtrumẽta fuere ſemper potẽtiis aſsignata. Quare ſi uegetatiua uita eſſet potentia ſecundum locũ motiua, haberet utiq; etiam inſtrumẽta cõuenientia potentiæ ſuæ. Qm̃ igitur non habet (neq;.n. ſecundum totum, neq; ſecundum particulas apta eſt nata moueri) patet ꝙ nec etiã propria ipſorum uita talem habebit motiuã ptatẽ. Neq; enim natura in toto genere defeciſſet, ita ut inſtrumẽta prę ter naturam ipſis deficerent. Si quis uero cãm inquireret, pp quam plantæ non indigent ut moueantur ſecundũ locum, inquit Ariſto. qm̃ plantæ in terra radicatæ præſens ſemper hñt paratum alimentum. Cur igitur etiam in perfectioribus aīalibus natura non curauit hoc magis, ut minori cura & ſtudio nutrientur? Qm̃ dicam, perfectiorem hñt uitã, & non tm̃ determinatã iuxta ipſum nutriri, ſed etiam iuxta alias, ſenſitiuas ſcilicet, imaginatiuas, & rõnales uitas, & hoc ſane ipſum ad alia, atq; alia ferentes, & tanq̃ plura faciẽtes, huiuſcemodi uero uitis nõ ꝯuenit ipſum, radicari. Neq;.n plura ageret, aut ad plura ferreẽ. Et cõſidera, qm̃o appoſitio huius uegetatiuæ uitæ tanquam non mouentis ſecundum locum, occaſiones præbere videtur ad inuentionem uitæ ita mouentis. Si n. uegetatiua iccirco non mouet, quia non præcognoſcit finem, neq; appetitiuam habet uitam, manifeſtum eſt, ꝙ oportet has potẽtias omnino ineſſe huic mouenti uitæ.

*Similiter autem neque ſenſitiua. Multa.n. ſunt animalium, quæ ſenſum nõ habent, ſtabilia aũt ſunt & immobilia propter finem. Si igitur neque quicquam natura facit fruſtra, neq; deficit a neceſſariis, præterquam in mutilatis. Talia uero animalium perfecta, neque diminuta ſunt. Signum autem, quia generatiua ſunt, & augmentum habent & decrementum. Quare & haberent utiq; partes organicas ambulationis.* T.45

Neque ipſum ſenſitiuum animæ membrũ uult, quẽadmodum neque uegetatiuam portionẽ, eſſe cãm motus, q ſecundum appetitionem fit. Quatenus nãq; eſt ſenſitiua uita, cognoſcitiua tm̃ eſt rei pręſentis, non aũt præteritæ, aut futuræ. Imaginatiua uero qñ manifeſtius ſenſitiuę adſit, ut ex prioris rei memoria in inquiſitionem deferaẽ, ſecundum illam mouetur. Sin autẽ ſenſitiua, ſubiecto, eadẽ etiam eſt cum imaginatiua, hebeſcẽte hac ſecundum naturam, illam quoq; hebefieri neceſſarium eſt. Manifeſta aũt eſt imaginationis remiſsio in aīalibus. Vt.n. nunc temporis dimittamus eã, quæ in rationalibus ipſis eſt, ea tñ quæ in irrationalibus eſt, alia quidem talis eſt, quæ aſſuefieri & diſcere põt, ut quæ canum, & equorum, & urſorũ exiſtit, alia aũt, quæ in hoc quidẽ deficit, memoriam tñ habet determinatam, ut apes ad conſuetos flores, & propria aluearia tendunt. Alia aũt indeterminatam hñt appetibilis rei memoriam, ut ea quæ uermium erucarũq;, que ad nullũ

determinatum locum mouentur. Alia aūt, quæ ne memoriam quidem omnino prioris habet, ſed ad appetibile tm̄ extenditur, qualis ea, quæ in oſtreis eſt. Licet n. uel nō præſente nutrimento, hiauerint, deſiderantes ipſum, eſſe tñ profecto debet in ijs obſcura imaginatio tanquā nutrimenti. ſtipula igit̃ iniecta manent, ut quæ hactenus pp nutrimētum hiauerint. Cæterum ſenſitiua quoq; in ipſis obſcura eſt facta & hebes, manifeſte quidem, tāquā quę præſtantioribus tribus deficiant ſenſibus. Si uero ſenſus una cum imaginatione hebeſcit, iuxta & guſtatiua, illud. n fuit ſam de omnium mente dictum, qm̄ non quatenus ſenſitiua, ambulant aīalia. Sic enim oſtreę ipſe quoq; ambularent. Abſurdum nanq; eſt ea ſola culpari, ut quia nō adſint ambulatoria inſtrumenta, tanquam potētia quidē in ipſis motiuis ſit, non moueat tñ ob abſentiam inſtrumentorum. Præter naturā nanque & aliquando & quibuſdā potentijs adeſt propriorum inſtrumentorū defectus. Nihil uero præter naturam cōtingit totis ſpēbus, perpetuis exiſtentibus, & ſecundum naturā ſubſiſtentibus. Si qdē ei, quod ſecundum naturam, id quod præter naturā, contrarium eſt. In ijs igitur nō perfectum eſt quod ſcd'm naturā exiſtit. In totis uero & perpetuis omnino etiam perfectum exiſtit. Ideo neque ſuperfluū quid in totis ſit, aut neceſſariorum aliquid deficit, præterquā, inquit, in diminutis, & imperfectis, tanquā quia natura in iis deficiat, ad hoc ut oīno neceſſaria tradat. In diminutis igitur, haud eſt mirandum. Diminuuntur nanque non oēs ſpēs, ſed aliquādo, & aliqua eorum particularium, quæ ſunt ſub ſpeciem. In quibus non eſt quod ſecundum naturā perfectū eſt, ſed quodam pacto, atq; quod præter naturam eſt, id ipſis aſſidet. Ideo etiam prāte ſunt corruptibilia, cū a principio non ſint quod uere ſunt. Imperfecta uero, ut ex iis, quæ alibi ſunt ab ipſo dicta, poſſumus conijcere, uidentur etiam ad totas ſe extendere ſpēs, quæcūq; non hn̄t omnes ſenſus, ut talpa, & purpura, licet ſint ambulatoria animalia. Qūo igitur in totis ſpeciebus eſt, quod præter naturā? Quod. n. deficiat præter naturam eſt. Nunquid imperfectum ipſum, ut etiam dictum fuit, aliud quidem dicit̃, tanquam ad ipſam ſpēm reſpiciendo, quemadmodū cæcum dicimus imperfectum, ad ipſam humanā ſpēm reſpicientes, quæ oculis utitur. Aliud uero, tanquā ad proximum reſpiciendo genus, qn̄ etiam ſpēm imperfectam dicimus, quæ aliqua re eorū orbata ſit, quam proximū genus eſt aptum natum habere. Sic nāq; talpam imperfectam eſſe dicimus ad aīalium genus ambulans reſpicientes, in quo etiam uiſiua poteſtas apta eſt nata eſſe. Talpa igitur ea orbata, imperfecta dicitur tanquā ad genus reſpiciendo, nō tamen ꝙ ſpēs apta quidem ſit nata habere nō aūt habeat. Quod nāq; ambulat, aptum natum erat, at nō ipſa particularis talpæ ſpecies. Qm̄ reſpectu propriæ ſpeciei perfecta eſt oīs talpa, quæ ſolis orbata eſt oculis. Ita igitur & oſtreas perfectas eſſe Ariſto demonſtrat. Talia. n. inquit animalium perfecta ſunt. Et hoc quidem in memoriam reuocauit, per augmentum decrementum, & generationē. Quæ quidem ſunt motus a uegetatiua anima inditi quos cum habeant & huiuſmodi animalia, non certe erūt priuata hoc, ut ſecundum naturā ſe habeant. Id. n quod ſecundum naturam & quod præter naturam eſt, maxime iudicamus reſpicientes in uegetatiuā uitam. Quod. n. animalia ſint, declarant & oſtreæ aliquē hn̄tes ſenſum. Multo igitur magis ſpecies talpæ perfecta erit, ut quę ambulare poſſit, pluribuſq; utatur ſenſibus. Sed tanquam ad totū genus aīalium ambulans cōparata, imperfecta dicitur. Augmentum quidem igitur & decrementum de omnium mēte oſtreæ hn̄t. Generatiuā uero haud uidētur habere, niſi profecto ut etiam plantarum nōnullæ, non quia fructū ferant, ſed ramis abſciſſis foetū hēant. Ita & huiuſmodi animalia humiditate quadam emiſſa a ſe, ad generationē ſimilium, perfectā reddunt recipientem terrā. Niſi pfecto & prolem quidem ferant, nō aūt ſimilem. Quēadmodum muſca dicitur uermium eſſe generatiua, at non muſcarū. Recte igitur concludit, ꝙ haberent inſtrumentarias ambulationis partes, ad eā orationis ſuæ partē cōcluſionē referens, uidelicet. Si igitur natura neque facit fruſtra quicq̄, neq; deficit a neceſſariis. Cum. n. in medio in memoriam reuocarit, uel talia, ꝙ perfecta ſunt ſecundum naturam, tanquā uicem ſuam longiori ſerie reddiderit, coniunctione, quare, uſus eſt.

*Atqui neque ratiocinatiua, neque appellatus intellectus eſt qui mouet. Ipſe nanque contemplatiuus nullum agibile intelligit, neque dicit de fugiendo & inſequendo quicquam. Semper autem motus aut fugientis aliquid, aut inſequentis eſt. Sed neque cum cōtempletur aliquid tale, iam iubet fugere, aut inſequi, ut perſæpe cogitat aliquid timendum, aut iucundum, non iubet aūt timere, cor autem mouetur. Si autem iucundum, aliqua alia particula. Præterea & imperante intellectu, & dicēte cogitatione fugere aliquid, non mouetur. Sed ſecundum deſiderium agit, quemadmodum intemperātes. Atque omnino uidemus, quod habens medicinam non medetur. quippe cum alius aliquis ſit dominus, ut ſecundum ſcientiam agat, & non ſcientiæ.* T.46 T.47

*Atqui neque appetitus huius motus dominus eſt. Temperantes nanque appetentes & concupiſcentes, nō agunt, quorum habent appetitionem, ſed conſequuntur intellectum.* T.48

Intellectiuam quoq; aīæ partem non mouere dicit, ſed non ita ut uegetatiuam dixerat, ſed ꝙ tm̄ nō ſit ipſius moueri principalis cauſſa. Neq; n. ſufficit intelligere, neq; uel intellꝰ cognitio, uel uoluntas, niſi etiam appetitus corporeū quid referens una mouebit. Sed nec etiam ſola ſufficit in ipſis rōnalibus, niſi ratio cōcedat. Neminē igitur dubitare uelim, quo pacto hoc in loco intellectiuam nō mouere dixerit, poſterius uero eandem quoq; cum appetitione mouere uelit. Hoc. n. in loco ita dictū fuit, ut quia ipſa totum nō habeat principaliter munus mouendi, ita moueat. Illic uero tanquā quę mouens quidem ſit, id tñ cum alio faciat. Quapropter hæc cū illis conſonant. intellectus uero cōtēplatiuus ne omnino quidē etiam mouet, tāquā cōtemplatiuus, ſed hic circa uerum & falſum uerſat̃, non aūt circa agibilia. In quibus inſequendum aut fugiendū cōſiſtit: ad quæ & ex quibus motus ſit, qui ſecundum naturam eſt. Qui uero intellectus agibilia cōſiderat, & iccirco inſequendum, & fugiendum contemplatur, uult quidē aliquando aut mouere, aut facere quieſcere aīal, neutrum tamen ſolus principaliter curat. Sed iubente intellectu, ut quieſcat, mouetur v. g. cor in timendis rebus, parteſq; generatiuę in intellectionibus rerū uenerearū. Et e cōtra imperante intellectu etiam fugere, nō mouet̃ aīal neq; fugit, quemadmodum ſe habet in incontinētibus & intēperantibus, ubi pugnantibus intellectu & cōcupiſcētia, uincit cōcupiſcentia. Tales n. ſunt, qui intēperantes dicunt̃. Quare intellꝰ nō eſt in totum principale mouens hunc motum. Qm̄ & qui artes habent ipſas, uolunt q; ut arte ſecundum rōnem ab affectione nōnūquam impediuntur, tanquam quia ipſi nō ſint ſecundum rōnē tantum illius arti domini. Clauſula uero illa, quippe cum aliquis alius dominus ſit, nō ita dictum fuit, ut q debeas intelligere appetitiuam ipſam, ſed qui utrunque ſimul intelligas. Quemadmodum etiam ipſe ſubiunxit. Neq;. n. appetitus ſolus dominus eſt huius motus Quēadmodum ipſi tēperantes indicāt cū & hic appetitus ab intellectu differat, uincat uero intellꝰ: eo quia temprantes ſequantur intellm̄, non aūt concupiſcentiam, aut omnino irrationalem appetitionem. Cō.

*Apparent autem duo hęc mouētia, aut appetitus, aut intellectus,*

*intellectus, ſiquis imaginationem ponat tanquam intellectionem quandam. Multa enim præter ſcientiam conſequuntur imaginationes. Et in aliis animalibus non intellectio, neque ratiocinatio eſt, ſed imaginatio. Ambo itaque hæc motiua ſunt ſecundum locum, intellectus & appetitus.*

T.49 *Intellectus autem qui cauſſa alicuius ratiocinatur, & in actione verſatur. Differt aũt a contemplatiuo, fine, & appetitus cauſſa alicuius omnis. Cuius enim appetitus illud principium practici intell's. Quod autem extremum, principium actionis.*

Cō. Appetitum nunc intelligit & appellat eum, qui irrationalis uocatur. Intellectum uero ambigue, aut ipſam ſolam rationalem cognitionẽ, aut etiam oẽm, quæ a ſeipſa excitatur, atq; adeo non ſolum, qñ inſtrumenta ab exterioribus percutiantur, quemadmodũ ſeſe in ſenſu habet. Adeo ut ſecundum hanc rationem uel ipſa imaginatio ſit rõnalis quædam intellectio. Fortaſsis nãq; quæ in irrationalibus eſt, oĩno indiget aliqua organi percuſsione ad propriam obeundam actionẽ. In intellectu uero, qui ſecundũ rationẽ agit, uoluntas quoq; cõpræhenſa fuit. Imaginatio nanque impræſentiarum accepta fuit tanquam ſolum cognoſcitiua actio, at non etiam ut quæ cũ irrationalibus appetitionibus cõueniat. Ideoq; nũc tẽporis accepta fuit tanquam in eodem ordine collocata cum intellectione, & diſtincta ab appetitionibus. In illis igitur oppugnationibus mutuis intellectiuæ, & appetitiuç, aut intellectus mouet, ut in tẽperantibus continẽtibuſq; uidẽ, aut appetitus ut in intemperantibus. In ijs uero, qui aut oĩno ſequunẽ rõnem ut in ſtudioſis, aut qui affectionibus toti ſunt dediti & intemperantijs, utrũq; ſimul eſt motiuũ. In intemperantibus nãq; ratio affectionem illam intẽperantiæ ſequẽs cooperatur. Et in prudentibus appetitus uoluntarie cedit & paret rationi. Hæc ſane cum Ariſto. philoſophetur, ex poſitione dixis. Siquis imaginationem poneret tanquam intellectionem quandam, uidelicet propter ſui ambiguitatẽ. Quatenus enim uita eſt, quæ corporeum quid refert, non eſt intellectio. Quatenus aũt & a ſeipſa aliqñ excitaẽ, eaq; ratione cum rõne participat, & cõmunicat, ipſa quoque intellectio dicitur: cum uero dixerit, aut appetitum, aut intellectum eſſe mouentem, qm̃ aĩalia multis mouentur motibus ſecundum imaginationẽ (irrationalia nanq; iuxta ſolam ipſam mouentur, rationalia uero, cum aut non agat in ipſis ratio, aut non uincat illas affectiones, perturbationeſq;), ſeipſum quaſi a calumnia defendit, reſpõdẽs, quare dixerit, aut intellm̃ aut appetitum. Verus nãq; eſt ſermo, ſi etiam imaginationẽ tanquã intellm̃ ponat. Qm̃ tria oportebit eſſe mouentia, intellm̃, imaginationem, appetitum, cum uoluntas in intellectu (ut dictum fuit) compræhenſa fuerit. Oportet aũt ut prius intercludentes punctum in dictione ipſius poſt illam dictionem, imaginationes, ita ſubiungere. Et in irrationalibus aĩalibus non intellectio, neq; ratiocinatio eſt ſed imaginatio. Ambo.n. hęc motiua ſunt ſecundum rõnem, intell's ſcilicet & appetitus: aut priuatim in ipſis temperantibus, ut dictum fuit, & intemperantibus, aut cõmuniter, ut in immodeſtis & ſtudioſis: eo tñ excepto, quod & quando alterum priuatim ponitur, nec etiam intellectiua ſine uoluntate mouet. Voluntas aũt appetitio quædam eſt, ſed non irrationalis, neque quod irrationaliter appetit ſine imaginatione eſt, non tãtum ut cognoſcente, ſed etiam ut aſſentiente & ſuperante appetitum. At & cum utrũq; ſimul mouet, intell's ſequẽs appetitiuam mouet, propriam inquam appetitiuam, ut in ſtudioſis uidere eſt: in immodeſtis uero, irrationalẽ ſequitur. Ideo dicturus eſt, appetitiuam ipſam, tanq̃ maxime præferens, eſſe motiuam. Licet.n. aut cum intellectu, aut cum imaginatione moueat, principalis tñ ipſa mouet. In agibilibus nanq; ipſis, mouet quod inſequitur, aut fugit: Id aũt eſt, ipſa appetitiua. Ideo & ipſa mota ab appetibili mouet. Appetibile uero appetitiuã mouet, non tanquam intellm̃, aut imaginationẽ, ſed tanquam appetitiuã. Intell's uero practicus mouet. Hic.n. eſt, qui inſequiẽ, aut fugit, differtq; a contẽplatiuo, in ipſo fine. Alterius nãque finis eſt ipſum uerum, alterius uero bonum agibile. Atq; alteri quidem finis in cõtemplatione poſitus eſt, alteri uero poſt motum: & id Ariſto. ſignificat illud, quod dixerat, alicuius gratia ratiocinari. Neq; enim in ipſo ratiocinari finis ſtat, quẽadmodum in ipſo cõtemplari, ſed oportet moueri poſt ratiocinationẽ, atq; in ipſo motu aſſequi finem. Et non uñ intell's actiuus practicuſue alicuius gratia agit, cum diuerſus ſit finis præter ratiocinationem, ſed etiam oĩs appetitus. Etenim qui irrationalis eſt diuerſum habet appetibile ab ipſo appetere. Cuius.n inquit eſt appetitus (oportet aũt aſpirare uerbũ illud græcũ ου̃ ideſt, cuius, ut ſignificet appetibile ipſum) id, inquit, principium eſt practici intell's. Quãdoquidem intell's practicus eſt quid appetitiuum: ab appetibili uero appetitiuũ mouetur. Licet n. intus excitetur, nihilominus tẽdit tanquã ad appetibile, & ea rõne dicitur ab appetibili moueri. Quod uero extremũ huius, principium eſt actionis, huius inquiens, hoc eſt practici intell's. Extremum aũt dicit id, in quod practica ratiocinatio deſinit. Exempli gratia, ſiqs appetens cooperimentum in hyeme, cõſiderat, & ratiocinatur, quod quidẽ erat appetibile ſibi, quõ debet in opus exire ratiocinãſq; adinuenit, ꝙ indiget fulcientibus, & ſuſtentantibus, & iccirco lapidibus & lateribus ad ſuſtẽtationẽ opus eſſe. Inuenit aũt lapides & lateres in fundamẽtis firmatos. Ita ut tota ratiocinatio deſinat ipſi in fundamenta, quæ quidem principium fiunt actionis. Oportet nãq; præ omnibus fundamẽta iacere, deinde lapides & lateres, prætereaq; ubi ultimum poſueris cooperimentum, habere ipſum appetibile, qđ quidẽ erat ipſum cooperimẽtũ.

*Quare rationabiliter duo hęc uidentur mouẽtia, appetitus & cogitatio practica. Appetitiua nãque mouet, & iccirco cogitatio mouet. Quoniam principium eius eſt appetitiua ipſa, & imaginatio quando moueat, nõ mouet abſq; appetitu.* T.50

Appetitiua nãque mouet, & iccirco cogitatio mouet, qm̃ appetitiua principium eſt ipſius. Et imaginatio prætera cum moueat, non mouet abſq; appetitu. Ex quibus præfert appetitiuam tãquã cãm eſſe magis ipſius motus, quæ aſſentiens appetitioni ipſam mouet. Ita ut præcedat appetitus ſemper in mouendo ipſam cognoſcitiuam poteſtatem, ſiue cognoſcitiua ipſa poteſtas ſit intellectiua, ſiue imaginatiua. Cō.

*Vnum ſane quoddam eſt mouens, ipſa appetitiua. Si enim duo intellectus & appetitus mouerent, iuxta aliquam cõmunem ſpeciem mouerent. Nunc aũt quidem intellectus non uidetur mouẽs abſque appetitu. Voluntas.n. appetitus. Quando uero iuxta ratiocinationẽ moueatur, etiam ſecundum uoluntatem mouetur. Appetitus autem mouet præter ratiocinationem. Concupiſcẽtia enim appetitio quædam eſt.*

*Intellectus quidẽ igitur omnis rectus eſt. Appetitus uero & imaginatio & recta & non recta. Quapropter ſemper quidẽ mouet, quod appetibile. Sed id eſt aut bonum aut apparens bonum. Non omne autem, ſed bonũ agibile. Agibile uero bonum eſt, quod contingit etiam alio modo ſe habere.* T.51

*Quod quidem igitur talis uis mouet animæ, quę uocatur appetitus, manifeſtum eſt. Diuidentibus aũt par-* T.52

*tes animæ, ſi iuxta poteſtates diuidant & ſeparent, multæ adſunt, nutritiua ſenſitiua, intellectiua, conſultatiua, prætereaq; appetitiua. Hæ nanque plus differunt inter ſe, quam concupiſcibilis & iraſcibilis.*

Duplex nanque ſcriptura eſt. Intentio igitur eſt reducere cām in unum mouens localem animalium motum ſecūdum appetitionem factum, declarareque quidnā illud ſit, non aūt in duo mouentia reducere, quemadmodum huc uſq; dixit, uidelicet in cognoſcitiuam & appetitiuam, ſed & ambo in unum contrahere mouens. Nam cum unus ſit motus per appetitionem factus ipſorum aīalium, una eſt etiam reddenda cauſſa. Quare cum etiam duo quædā unius & eiuſdem cām facimus eſſe, exiſtimandum eſt, nos illa duo cām eſſe facere iuxta aliquid cōmune: ſi debemus unius & eiuſdem rei cām reddere. Quod uel ipſe Ariſto. cenſet: ſi duo, inquiens, eſſent mouentes, intells & appetitus, iuxta communem utiq; ſpeciem mouerent, adeo ut opus ſit facere omnino unius rei unum aliquid cām eſſe. Etenim ſi iuxta aliud quidem, hoc, iuxta aliud uero, alterū eſſet cā unius & eiuſdem rei, tanquam unius, etiam totum neutrum erit. Oportet igitur, ut adſit cauſſa, quæ duo ipſa compræhendat, quæ tanquam tota, & unius cauſſatæ rei cauſſa erit. Hoc ſane unum inquirens, non ad unū aliquid præter appetitiuam, & cognoſcitiuam ſe recipit, ſed ipſammet appetitiuam cām eſſe facit, ut quæ principaliter moueat cognoſcitiuam, quæ nō principaliter, ſed tanquā adiuuans appetitiuam, mouet. Atq; nulla alia rōne, quā cū appetitione ipſa cognitio ſit: ita ut & cognoſcitiua iuxta appetitionem moueat. Ipſe uero appetitus licet omnino cum cognitione inſequatur aut fugiat, nō tamen id facit iuxta cognitionem, ſed per ſeipſum: & icirco mouet. Quoniam igitur & appetitus iuxta ſeipſum, & cognitio iuxta appetitū (neq; enim alia ratione mouet neq; inſequitur, aut fugit, niſi cū appetitu ſit) recte p̄bs determinat appetitiuam eſſe tanquam principaliter mouentem. Aliquādo nāque dicebamus duas facultates cauſſas eſſe huius motus. Ideoq; Ariſto. inquit intellectum non mouere abſq; appetitu: quandoquidem etiam uoluntas proprius eſt intellectus appetitus. Non mouet aūt intellectus abſq; uoluntate, qualis eſt ipſe contemplatiuus. Appetitus autem, quando cum imaginatione ſit, qualis ea eſt, quæ irrationalis uocatur, mouet abſque ratione. Id igitur demonſtrat, ꝙ appetitiua principaliter moueat, id inquā, ꝙ cognitio quidem ab appetitiua ſeparata non moueat, appetitus uero præſens, ſiue in eo, quod rationaliter cognoſcit, ſiue in imaginatione, moueat, tendens ad rem inſequendam iuxta ipſam proprietatem appetitiuam, aut fugiendam rem auerſans. Hæc ubi determinauit, dijudicat deinceps, qualis quidem ſit cognitio & appetitio, quæ ſecundum intellectum ſit, qualiſq; ea, quæ ſecundum imaginationem, ipſa, utraque ſecundū ſeipſam exiſtens. Videlicet, ꝙ altera quidem recta ſit ſemper quando ſcilicet per ſeipſam ſit, neque uero cum ulterioribus uitis & cognitionibus complicetur. Altera uero & recta & non recta, uidelicet imaginatiua, quia indeterminata ſit. Si quidem igitur in orationis principio ſcriberetur, appetitiua, recte declaratū fuit, quomodo hæc ſit tanquam unum mouens. Si autem appetibile, ſcriptum eſſet, accipiendum eſſet, quæ actu eſt appetitiua, hoc eſt, quæ ſimul & appetibilis, & appetitiua eſt. Vt.n. quod actu eſt ſēſibile idem eſt cum eo, quod ſēt, & e conuerſo, ita et quod actu appetit, ambo unum & idem ſubiecto eſt Opus nanque eſt, ut appetibile cognoſcatur ab appetitiuo, ad hoc ut actu fiat, tum appetibile, tum appetitiuum. Recte igitur concludit, inquiens, ſemper appetibile ipſum mouere. Siue appetibile ſit, atq; in orationis principio ita ſcriptum, ſiue appetitiuam: quandoquidem qd' actu appetit, idem eſt cum appetibili. Appetibile uero eſt aut uere bonum, aut apparens bonum, licet non ſit. Nihil enim malorum, aut mediorum appetitur, ſed tm̄ bonum. Et ſiquid hēt ſubiectā formā boni, tāquam bonum & id ſit appetibile. Veluti ubique etiam apud Platonem manifeſte aſſeritur, atq; ab Ariſto. in Ethicis fuit traditum, ꝙ inquit, omnia bonum appetere. Bonum quidem igitur ipſum, quod ſecundum ipſam ueritatem ita eſt, intellectus quuq; contemplatiuus appetit. Practicus uero & ut ſimpliciter loquar, appetitiuus appetit bonum agibile. Communius enim paulo nunc agibile dixit, non quod tantum homines inſequuntur & fugiunt, ſed quod etiam ab irrationalibus animalibus experitur, & euitatur. Quod quidem etiam deſcribit, tanquam contingat aliter ſe habere, cum generabile ſit, & non eodem modo ſemper proueniens. Contemplatiui nanque intellectus bonum eſt neceſſarium, quod iam optimum. Concludens igitur propoſitum a ſe problema, quæ nā ſcilicet ſit particula in anima principaliter mouens motum localem in animalibus, rurſus nobis in memoriam reuocat multas eſſe aīæ particulas, quæ non localiter, ſed ſecundum potentias diuiſæ ſunt, ita ut ratione ſint diuerſæ. Ideoq; plurimæ una poſſunt adeſſe, quæ exiſtente eędem ſubiecto, iuxta diuerſa obiecta poſſunt plures conſiderari: quemadmodum ipſe meminit, nutritiua, ſenſitiua, intellectiua, conſultatiua, prętereaq; appetitiua. Nutritiua nanque manifeſte, & abſq; ullo dubio plus differt ab intellectiua, conſultatiua, & ab ipſa quoque appetitiua, quam tum differant inuicem concupiſcitiua, & indignatiua, tum & a ratione differant, cōmunicant nanq; hæ mutuo & cum rōne, iuxta ipſum appetitum. Intellectiuam aūt nunc dixit eam, quæ contemplatiua eſt: quo practicum intellectum ex conſultatiua ſignificet. Appetitiua uero differt a conſultatiua tanquam cōmunior, eo quia irrationalis quædam ſit appetitiua. Demonſtrat igitur ex his, q. ſi oportet ponere particulas poteſtate differentes, eę magis ſunt ponendæ, quæ plurimū differunt, quā quæ prope ſint. Dictum prætereа fuit, ꝙ propoſitum fuerat in ciuitatis inſtructione particulas ad inſtitutionem utiles exponere, & iccirco Plato tres eas ſolas tradidit quemadmodum & Ariſtote. in Ethicis, rationē & appetitum.

*Quoniam autem appetitiones fiunt contrariæ inter ſe. Id autem contingit, quando ratio, & concupiſcentia contrariæ ſint. Fit autem in iis, quæ temporis hn̄t ſenſum. Intellectus nanque propter futurum, retrahere iubet: cōcupiſcentia uero propter id, quod iam. Videtur enim quod iam iucundum, & ſimpliciter iucūdum, & bonum ſimpliciter, eo quia non uideat futurum.* T.53

Cum iam mentionem habuerit de temperantibus intēperantibuſq; manifeſte nunc tēporis determinat, ꝙ utriq; hi collocati ſunt in pugna duorum aliquorum appetitiuorum, quorum alterum rōnē habet, alterum non. Quibus utriſque commune eſt, quod ſimplr appetitiuum exiſtit, non tanquam genus in cognatas ſpecies diuiſum, ſed potius ita ſe hn̄s, ut quæ ab uno proficiſcuntur. Præſtantius nanq; eſt quod cum ratione appetit, quam quod ſine: ita ut in ipſis affinitas ſit & diuerſitas. Anteaquam uero coniunctioni illi, qm̄, aliquod correſpondens reddat, interim in memoriam nobis reuocat, in quib' apta ſit fieri pugna illa, uidelicet, q. in hominibus, in quibus rationalis uita cū irrationali complicatur, ſæpiuſq; cum ipſa diſſentiat & aduerſetur. In hominibus nanque cum ratio ſit temporis cognoſcitiua, futuri quoque aliquid ſentit, quemadmodum & præteriti. Concupiſcētia uero, quemadmodum etiam omnis irrationalis uita, cum tempus nō percipiat, non diſtinguit temporeas menſuras, imo licet a præterito percutiatur, non cognoſcit illud tanquam præteritum, ſed tanquam patiens ab ipſo ex memoria affectionis. Et nūc quidem præſens ſentit, non hac ipſa in re inſiſtēs, quod adeſt, ſed id ſentit tanquam agens. Quoniam intellectus quidē ipſe atq; ratio non tantum ad præſens appetitionem extēdit, ſed etiam ad futurum. Concupiſcentia uero ſemper ut finem, habet ipſum præſens, quod etiam ſentit. At rō non tantum iucundum percipit, ſed etiam bonum. Dijudicat Cō.

dicat nanque iucundum, tanquam non omne ſit bonum. Concupiſcentia uero & ad ſolum iucundum reſpicit, tanquam quod oīno ſit bonum, & ad præſens, at non ad futurum, eo quia tempus non percipiat. Quando igiť præſens ipſum iucūdum ſit, futurum uero aut utile, aut etiam magis iucundum, ipſa quidem concupiſcentia ipſum præſens inſequitur. Ratio uero ſecundum naturam ſeſe hńs, futurum inſequitur, ſi maxime ſit bonum. Concupiſcētia nanque, nimirum quia non diſtinguat futurum a præſente, præſens iucundum, tanquam ſimpliciter exiſtēs & iucundum & bonum, recipit. Tanquam enim idē ſit, qd' quidem iucundum, id etiam tāquam bonum inſequitur. His ſic interim dictis, reliquum correſpōdens coniunctioni illi qm̄, antea a principio dictæ reddit, hoc modo.

T.54 *Specie utique quidem eſſet unum ipſum mouens, appetitiuum quatenus appetitiuum: primum autem omniū ipſum appetibile. Id nanque mouet, & nō mouetur, quia intelligatur, aut imagnatione concipiatur.* Numero au*tem, plura ipſa mouentia.*

Cō. Specie unum eſſe dicit ipſum appetitiuum, non abſolute, ſed quemadmodum dictum eſt ita, ut quę ab uno proficiſcuntur, & ad unum reducuntur. Antequam uero rurſus clauſulæ iſti. Specie quidem utique eſſet, redderet illā, plura autem numero, quoniam duo appetitiua ſunt, nonnunquamque inuicem diſsidentes, rationale uidelicet appetitiuum, & quod ſine ratione appetit, in medio reduxit in memoriam, ꝙ appetibile ante apptitiuū mouet: qm̄ & ipſum appetitiuum propter appetibile mouet. Principaliter igitur ipſum appetibile, non quod adhuc poteſtate eſt, ſed quod iam actu factum eſt appetibile, quia uidelicet intellectum fuerit, aut imaginatione conceptum, mouet. Quo etiam tempore idem eſt cum appetitiuo ſecundum ſubiectum. Quādoquidem & quod ratione differt, præcedit appetitiuum. Appetitiuum nanque percipit appetibile tanquam finem.

*Quoniam autem tria, unum quidem ipſum mouens, ſecundum autem quo mouet, & prꝫterea tertium quod mouetur. Mouens autem duplex: alterum quidem immobile, alterum mouens, & motum.*

Vult quidem per hæc uerba colligere & tradere, quęcūque concurrunt ad localem motum animalium. Et hęc quidem eſt huius ſententiæ intentio. Sed antequam particulatim res tractemus, opus eſt in oratione ſiſtere, ueluti expoſitores inſtituūt. Quod. ſ. incipiens a coniunctione illa, qm̄, tanquam qui aliquid correſpōdēs illi redditurus eſſet, nō vr̄ reddidiſſe. Sed oportet ſubaudire, punctū intercidētes, poſt illud: eſt aūt, alterum quidē immobile, alterum aūt motum: hoc inquā, quatuor eſſent cōcurrētia ad talem motum. in quibus merito cōnumerantur, quę ſint hæc quatuor. Appetibile. ſ. appetitiuum, id quo mouet, qd' moueť. Tria nāq; prius enumerauit, mouēs, id quo mouet, quodq; moueť. Inferens uero mouēs ipſum duplex eſſe, alterū quidē immobile, alterū aūt mouēs, & motum, quod reliquū fuit quatuor enumerat oīa. immobile quidē igiť eſt id, quod tanquā appetibile mouet. Eo. n. q. a imaginatione conceptum fuerit, aut intellm, ut dixit, hoc eſt actu factū appetibile, quo etiam tēpore idē ſubiecto fit cū appetitiuo ipſo, mouet: & appetitiuū principaliter mouet, quatenus rōne differt ab eo. Qn̄ quidē appetitiuū ipſum mouetur ad appetibile, tāquā ad finē. Manet aūt ipſe finis immobilis, neque ipſe ad appetens tendit. Sic qdem appetibile mouet, tanquā immobile. Appetitiuū uero, qd' etiam uicinius mouet ea, quæ mouentur, ab appetibili excitatū, atq; in ordinē illius tendens, & ea rōne moueri dictū, iuxta id, quia appetibile inſequiť, mouet aīal, adnatū ſibi iubēm inſtrumētum. Propterea nō uiolētia aliquā, ſed ſuapte natura cū illius appetitiuo motu ſimul moueť.

Mouet aūt utēs altero quodā, quod quidē medium eſt inter ipſum mouens, appetitiuū inquam, & rē motā, quod quidē eſt aīal. Hoc aūt medium vr̄ Ariſto. dicere in libello de motu aīalium, eſſe ſpūm uitalē, qui in nobis eſt. Qui quidem medius eſt inter ipſum mouens cor, & ſolidiores aīalis motas particulas. Dicit aūt in illo libello, aliud quoque eſſe medium inter ſuperiores & inferiores aīalis particulas, dextraſq; & ſiniſtras, qd' qdē magis in ſuperficie ponit, q̄ oppoſitas copulat particulas. Qnq; aut ſurſum, aut deorſum, aut dextrorſum aut ſiniſtrorſum ipſum flectiť, dum aliqua rōne moueť, aliqua aūt qeſcat. In flexione nāque illa cōtingit alteram oppoſitarum particularum moueri, alteram aūt qeſcere. Qn̄ quidē quod moueť, omnino iuxta aliquid ſtans firmatū, ita uult moueri. Cōtingit igiť mediam oppoſitorū ſuperficiem tanq̄ finem quidem ſtantis quieſcere, ſimul uero moueri cū eo qd' moueť, tanquam principium huius. Sed hæc qdē, ſiue ſpiritum quis dicat, ſiue hmōi ſuperficiem, corporea eſſe fatetur. In quæ & Ariſto interprætes oberrarūt: arbitror aūt & hac uia ſermonē eſſe diiudicandū. Traditum, ab ipſo fuit oēm animam eſſe actum corporis organici, & uti uiuente corpore tāquam inſtrumēto. Vtens aūt non eſt ſimplr forma inſtrumenti, tanquam inſtrumenti, ſemper. n. utens ab eo, quo utitur, ſeiunctum eſt. Qm̄ igitur animal ſubſtratum fuit inſtrumētum utenti aīæ, aīa, quæ ipſo utitur, non eſt, ut in uniuerſum dicať, forma inſtrumenti: ſed tanq̄ utēs, id a quo, & efficiens cā. Mouēs nāq; eſt ſub ipſo efficiente. Verū ipſa quidē uegetatiua obſcure præſefert ipſum utēs, manifeſtius aūt ea, quæ oſtrearū, cōſimiliumq;, ut quæ licet non uniuerſaliter, ſecundum particulas tn̄ ipſas localiter moueant. Quæ uero ambulantium eſt ipſorum manifeſtior eſt, quæ alia eſt ab eo, quod mouetur. Mouens nanq; & efficiens diuerſum eſt ab eo, quod mouetur et patitur, præſertim cum non ſit aliquid rei motæ ſecundum Ariſto idq; ideo ne idem ſit & mouens & motum. Animal aūt erat id, quod mouetur, anima uero mouens, quæ non eſt formalis uiuentis corporis uita. Talis enim uita eſt aīatis effictrix, & tanquam inſtrumenti: quod quidē erat id quod mouetur. Anima igitur ipſa iuxta ipſum mouēs, non aūt iuxta formam rei motæ, tanquam rei motæ eſt, atque ſeiuncta eſt, ueluti mouēs a re mota, & efficiens a re effecta: & propter excellentiam medietate quoq; indiguere, quæ ambo mutuo colligaret. Atq; hæc quidē medietas haud erit corpus, ut puto, rurſus nanq; erit, quod moueť, non aūt quo mouet: at corporeum certe quid, nō tamen corpus: qualis ea eſt uita, quæ inſtrumentum quatenus inſtrumentum effingit: quæ per ſeipſam quidem nō mouetur, cum incorporea ſit: principium autem eſt eius, quod mouetur, tanquam uiuentis, cum formalis ſit cauſſa: ueluti ſanitas recte ualentis: eo quia tota inſeparabiliter penetret corpus, cum corporea dicatur. Animal uero id eſt, quod mouetur, qm̄ non tanquā corpus ab aīa mouetur, ſed tanquam aīal. Medietas uero ipſa & quieſcere & moueri quodāmodo dicitur, cum per ſeipſam quidē immobilis ſit, eo quia uita exiſtat, per accn̄s uero moueatur, propter inſeparabilem complicationem cum animali.

*Eſt aūt quod quidem immobile, agibile bonum.*

Non tanquā per ſe agibile. In mutatione nāque ſe hn̄t agibilia ipſa, & contingunt ſeſe aliter hr̄e. Sed qd' in eo quod moueant appetitum, non mouentur, quo moueāt. Nam quia maneant bona, aut uideantur, mouent.

*Quod uero mouet & mouetur, appetitiuum.* Mo*uetur enim quod appetit, quatenus appetit.* Et *appetitus motus quidā eſt, quatenus actus. Quod uero mouetur, eſt animal.*

Non quia localiter moueatur, ſed localiter quidem mouens, mouetur uero, tanquam ab appetibili excitetur ad appetendum actu. Rectius enim Plutarchus ita exponit, inquiens, appetitiuam ipſam actionem nunc temporis dictam fuiſſe motum Platonico more ab Ariſtotele. Et

fortaſsis propterea, quia omnino in motum terminet, & hoc totum ſit, localis motus, at non paſsibilis. Aut ita ut Alexander, qui inquit appetitum moueri per accidẽs, eo quia cum in corpore ſit, ſimul moueatur cum ſubiecto per accidens, ut dictum eſt. Neque.n. is qui totus in uiuente corpore innatus eſt, mouet, ſed is, qui habet aliquid & ſeparabile, & ſeiunctũ, quique iuxta ipſum efficiens manet, & hic eſt, q medietate indiget. Qui uero, quod mouetur, tãquam quod mouetur, effingit, immediata eſt ipſius formalis cauſſa. Exponit aũt ipſe Ariſto. ſeipſum, quomodo appetitiuum eſſe dixerit, quod moueaƚ, uidelicet quatenus appetit, indicare uolens hoc, iuxta ipſam appetitionem. Etenim per id, quod mouetur, non intelligit nũc animal, ſed appetitiuum, quatenus appetitiuum. Atq; adhuc manifeſtiorem faciens ſermonem, appetitum ſtatuit motum quendam eſſe, tanquam actionem deſinentem in motum in ipſo animali. Quo particulam illam, ᾗ, id eſt, quatenus, uidelicet, aut ibi poſita, quatenus actio, nõ interpretemur coniunctionem diſiunctiuam, uidelicet, aut, ſed aduerbium pro eo, quod eſt, ſecundum quod. Si autem & tanquam coniunctio, hoc eſt, aut, dicta fuit, ſignificatur, q appetitus uocetur ita, ſcilicet, aut actus, tanquam impartibilis & perfectus actus, aut motus, tanquam ab appetitiuo excitatus, atq; adeo tãquam in animalis motum deſinens. Animal uero eſt, quod mouetur, iuxta motum proprie determinatum, qui eſt actus mobilis, non actus naturalis, ſed ambulatorius, & ab anima deueniens, & qui animalibus conuenit.

*Quo autem mouet inſtrumento appetitus, iam id corporeum eſt. Quapropter in cõmunibus corporis & animę operibus contemplandum de ipſo.*

Per corporeum ipſum, non intelligit corpus, id enim mouetur omnino, ſed intelligit uitam, quæ corporeũ qd refert, & extrema eſt. Quapropter etiam differt contemplationẽ de ipſa in poſterum, ut de qua loquuturus ſit, cũ communia conſiderabit opera animæ & corporis. Commune autem eſt non mouere ipſum. Neque enim etiam a corpore mouetur animatum ipſum, ſed neque etiam a uita commixta. Etenim ipſa terminus erat eius, quod uitaciter mouetur. Mouens uero iuxta mouentem conſiſtit. Merito igitur in libello de motu animalium dicturus eſt de eo, quo mouet.

T.55 *Nunc autem, ut ſummatim dicam, ipſum mouens inſtrumentarie, ubi principium, & finis idem, ut gigglißmus: ibi enim curuum, & cauum. Id quidem, finis, illud autem principium. Quapropter alterum quidem quieſcit, alterum autem mouetur. Ratione quidem diuerſa exiſtentia, magnitudine autem inſeparabilia.*

Cō. Eſt quidem, ut dictum fuit, uel corporeum quid inſtrumentarie mouens, at nunc quidem uitam eam, quæ organi quatenus organi effictrix eſt, uult inſtrumentarie mouere, quam dicet & manere & moueri. Sin autem & in libro de motu animalium hanc manifeſte dicit, aut etiam demonſtrat, illinc eſt accipiendum. Videtur autẽ & ibi omnino de ea loqui. Nunc enim, inquit, ſummatim hoc eſt collectim, quæ diffuſius in illis dicta ſunt, dicenda ſunt, atque ſane intelligit ipſum inſtrumentarie mouens, quod uidelicet poſt appetitũ quidem eſt, qui non inſtrumentarie, ſed primo & ipſe mouet, propterea quia, licet ab appetibili excitetur, ex ſeipſo tamen tendit ad appetibile. Omne autem inſtrumentarium poſt ipſum primum mouẽs eſt, ſed ante id quod mouetur eſt. Siquidem non tantum eſt id quod moueƚ ſed etiam mouens. Tale itãque exiſtit ipſum inſtrumẽtarie mouẽs, quod mouetur quidẽ a primo mouente, mouet autem quod ſolum mouetur. Sit quidẽ igitur, ut dictum fuit, & corporeum aliquid tale, ut cor, ut ſpiritus uitalis, ut ſuperficies media inter oppoſitas particulas. Sit præterea & uita inſeparabiliter animal ipſum informans, quæ ipſum quatenus mouetur, effingit, quæmet & ipſa mouere animal dicitur: quoniam iuxta ipſam mouetur, ſed non tanquam ab ipſa: moueri aũt dicitur ab ipſo primo mouente: quod inſeparabiliter mouetur, & quia tanquam rei motæ eſt forma: & quia magis per accñs mouetur, quam per ſeipſam. Quod enim mouetur, omnino eſt corpus: meliuſq; & magis eſt proprium, accipere hanc uitam eſſe inſtrumentariam, quam quoduis corpus. Impoſſe nanque eſt corpus ſecundum eandem particulam per ſe totam eſſe principium & finem. Manifeſte naq; Ariſto. id ſubiunxit, idem uolens eſſe principium & finem, id ſcilicet, quo mouet. Ipſa igitur inſita uita tota per ſeipſam totam ea eſt, quæ mouet animal, tanquam, ſecũdum qđ, non aũt, a quo, mouens: mouetur autem per accidens, tãquam formalis rei motę cauſſa. Atq; gigglißmus quidem acceptus fuit ab ipſo pro ſimilitudine eius, quod totum ꝑ ſe totum mouetur quodammodo, et quieſcit. Neq; enim ut corpus, ſed ut ſuperficies. Eſt aũt gigglißmus, quẽadmodũ etiam Plutarchus uult, duorũ annulorum complicatio, cum alter in reliquum ſit inſectus: qñ curuum unius tangat cauũ alterius. Et, ut Alexan. demonſtrat, quãdo circa unam fibulam ſtãtẽ, annulus ei adiunctus, cũ porta, quæ conuertitur, ſimul agit, fibula autem manente immobili, ipſe annulus contrarijs moueƚ motibus, in illa cõuerſione portæ intus & extra. Sed gigglißmum, quomodocũq; ſeſe habeat, accipiendum eſt, ut expoſitores uolunt: aut alterius annulli curuum, alterius uero cauũ: aut annulli quidẽ cauum, fibulæ uero curuum. Atq; hic quidem ſit curuum fibulæ manens, cauum uero annulli quod mouetur. In duobus uero circulis, moueatur quidem curuum eius q ab alio ambiƚ, immobile uero ſit cauum ambientis annulli. At non mihi uidẽtur hęc cum oratione conſona eſſe, quæ hoc in loco ſupponit quieſcens & quod mouetur inſeparabilia eſſe magnitudine, quę ſola rõne diuerſa ſunt: cum conſueuerit Ariſto. inſeparabiles magnitudine appellare, non continui particulas, eo quia in cõtinuitate alię alibi poſita ſint, neq; eas, quæ ſe cõtangunt, quia neq; iſtæ per continuitatem mutuo ſit coniunctæ, ſed illas omnes, quæ totæ per ſe totas cũ ſubiecto mutuo ſunt unitę. Ideo & Alexan. in hoc inſiſtens, non intelligit de gigglißmo dici quæ ſubiunguntur, uidelicet, inſeparabilia eſſe magnitudine principium & finem, & quieſcens et quod mouetur, ſed quod de nobis hæc dicantur, intelligit. Quando oppoſitis partibus (intelligo autem ſupra & infra, dextris et ſiniſtris flexis) altera oppoſitarũ manente, altera uero mota, ſuperficies media tanquam finis quidem etiam ipſa ſit eius, quod mouetur, tanquam principium autem quieſcẽtium, dum manet tota per ſeipſam totam. Neq.n. habet profunditatem, & quieſcens & mota. Ac iudicio meo uel in ipſo gigglißmo ſimilitudinẽ accipere oportebat, ne fruſtra fuiſſet acceptus. Quomodo igitur id de corpore dici accipiemus profunditatem habẽre, cum, & alibi curuum, alibi cauum habeat? An ut diximus, nõ iuxta ipſum corporeũ accipienda eſt ipſius ſimilitudo, ſed iuxta ipſam corporis ſuperficiem, ſiue cauã ſiue curuã appellatã. Etenim curua oĩno & caua eadẽ eſt tota per ſe totã, & caua ſimiliter oĩno curua. Si igitur internũ annulũ intelligeres, qui iuxta ſui curuũ moueaƚ, ſm quod cõtangit ambientem ſe annulum, annulus, qui.ſ. ambitur erit quod moueƚ. Corpus enim erit quod moueƚ. Ipſius uero ſuperficies, quæ ſimul curua eſt & caua, quæ qdẽ eſt iuxta ipſum ambientẽ annulũ, quatenus quidẽ proxima eſt ei, qđ moueƚ, id aũt eſt cauũ, moueƚ, tanq̃ finis potius cõtãgẽs id qđ moueƚ. Quatenus uero qeſcẽti & ambienti annulo ꝓxima ſit iuxta ipſum curuũ, quieſcit. Qñquidẽ finis quidẽ eſt eius qđ moueƚ iuxta ipſum quoq; curuũ, ſed lõgius, q̃ iuxta cauũ. Curuũ uo & cauũ ſubiecto qdẽ ſunt inſeparabilia, qđ quidem ipſe Ariſto. dixerat, magnitudine. Totum enim per totum, qđ quidẽ ſit cauũ, id & curuũ eſt. Siue igitur in linea, ſiue in ſuperficie, ſiue in corpore id aliquis cõſideres, forſan totum uidebitur & moueri quodãmodo et qeſce-

re,

re, neutrum uero per ſe. (Ipſum nanq; per ſe moueri & quieſcere, corporibus ut dictum eſt cõuenit) ſed per accñs & per quendam reſpectum accidentem aut ad rẽ motam, aut ad quieſcentem. Et hac etiam rõne ſimilimodo ſimilis erit ſuperficiei inter oppoſitas partes conſtitutæ, & illi uitæ, ut nos poſuimus. quæ organum quatenus organũ eſt fingit: quam quidem & iuxta hanc rõnẽ cõuenientius aliquis interprætaretur, quandoquidem appetitiua uita tanquam mouens eſt ſubſtantia & tanquam quod mouetur. Oportet nanque animal ipſum & medium, quo mouet, ſubſtantiam eſſe: Vita aũt ſubſtantia eſt, non aũt ſuperficies, & tanquam medium eſt præſtantior quidem animali, remiſſa uero reſpectu appetitiuæ uitæ.

*Omnia nanque impulſione & attractione mouentur. Quare oportet, quemadmodum in circulo manere aliquid, & inde incipere motum.*

T.56 *Omnino quidem igitur, ut dictum fuit quatenus appetitiuum ipſum animal, ea ratione ipſius motiuum eſt. Appetitiuum autem non ſine imaginatione. Imaginatio autem omnis, aut ratiocinatiua, aut ſenſitiua. Hac quidem igitur & animalia multa participant.*

Cõ. Quõ quidem motus extrinſecus facti in impulſiuam & attractionem reducantur, in naturali auſcultatione ab ipſo didicimus: quo uero modo & qui ſecũdum naturã ſunt, ſcitu dignum eſt. Omnia nanque dixit, quare & quæ ſecũdum naturam mouentur. Ac uĩ quidem impellens & attrahens dicere cãm eẽ ipſius motus aut extendentẽ aut cõtrahentem rem motam, impellentem quidem cum extendat, attrahentem uero cum contrahat. Quæ non tm̃ tanquam efficiens eſt cauſſa, tanquam ea a qua, ſed etiam formalis, tanquam ſecundum quam. Quod aũt trahitur & impellitur id eſt, quod mouetur, aut extenſum aut cõtractum, uelum ſeſe habet animal, quod caleſit, aut frigeſit. Nam dum pudore afficitur, caleſit, ſanguine diffuſo & extenſo, dum uero timet contrahitur & colligitur: unde etiã ſupra ipſam ſuperficiem pallor contingit accedere. Sed in motibus quidem naturalibus, & non uitalibus, ut in motu ignis ad ſuperiora, leuitas poteſtas ea eſt, ſecũdum quã mouetur. Ignis aũt eſt, quod mouetur, tractus quidẽ ſecundum naturam, & non uiolenter cũ propria totalitate collectus, & ad ipſam feſtinans, at iuxta progreſſum diuiſibilẽ & cũ dimenſione impellitr̃, nõ quidem uel in hoc uiolenter, ſed quaſi ſua ſponte, attamẽ extenditr̃. Ei uero qđ propoſitum fuit, coaptandum eſt hoc, quia dũ mouetr̃ impulſione & attractione, aliud quidem quieſcit ab eo, quo mouens mouet, aliud uero mouetr̃, idq; ideo ut ipſum quieſcens impellat aut attrahat: quod uero mouetr̃, impellatur aut trahatr̃. Veluti in ambito & circundato annulo curuũ ipſum eſt impellens aut attrahens ſecũdum quãdã proportionẽ: cauum uero, qđ impellitur aut trahitur: impulſum quidem quatenus recedit a cauitate ambientis annuli: quatenus aũt in idem fertur, attractum. Qm̃ ſi quidem annulus, non is qui circundatur, ſed qui circundat moueretr̃ circa illum qui intus manet, iuxta cauum interioris ſuperficiei habebit ipſum manẽs: iuxta curuũ uero habebit qđ mouetur. iuxta curuitatem nãq; habebit magis, qđ ſuperficius ꝓfunditati uicinũ ſit, iuxta cauitatẽ uero habebit. qđ longius quidẽ a propria profunditate poſitũ ſit, propius uero manenti annullo aut fibulę, ut Alexan. giggliſmum interpræratus eſt. Vita uero illa ſecundum q̃ mouetr̃ qđ mouetur, permanens, quidem habebit iuxta contactum, quẽ cũ mouente facit, hoc eſt cum appetitu, qđ uero mouetur permanens, illud habebit iuxta contactum cum aĩali factum. Id enim erat id qđ proprie mouetur. Qm̃ aũt impellens & tradens iuxta manens, quod uero impellitur & trahitur iuxta id quod mouetr̃, deſignãtur, in omni motu erit hoc quidẽ manens, hoc aũt motum. Veluti in circulo centrum quidem manet, impellẽs quidem circulum quatenus mouet illũ recedẽtẽ a ſeipſo. Trahens uero, quatenus circa ipſum mouet. Ipſe uero totus circulus, qui ita impellitur & trahitr̃. Quo in loco cõcluſionẽ problematis a ſe propoſiti ſubiunxit, uolẽs quidẽ ipſum appetibile eſſe cãm proxime motiuam. Appetitiuũ uero cũ imaginatione fieri oĩno enũtians: quæ quidẽ imaginatio aut rõnalis eſt, qualis ea, quæ in hoibus, quæ rõnale quid refert ſecundum ſubſtãm ſuam (alioqui neq; cũ rõne cõueniret) aut irrationalis, qualis ea quæ in brutis eſt. Cõtemplatiuus namque intellẽs non oĩno imaginatione indiget, niſi cum ſenſibilia, aut ex abſtractione cõſiderat. Qui uero appetitiuus eſt, actiuus practicuſue eſt, cũ ſemper circa particularia ſe habeat, particularemq; propoſitionẽ cum uli cõplicãs, ipſe ſemper imaginatione adiutrice indiget ad cognitionem particularium ipſorũ obeũdã. imaginatio aũt cũ ipſa tum intellẽs animal mouent, non ſecundum cognoſcitiuum mẽbrum, ſed iuxta appetitiuum, ut dictum fuit. Etenim tanquam appetitiuum mouet, licet cum imaginatione ſit rationali, aut uita irrationali. Ideo dixit oĩno appetitiuum ipſum eſſe mouens.

*Conſiderãdum autem & de imperfectis quid ipſum mouens eſt quibus tactus ſolum ineſt ſenſus. Vtrũ contingit imaginationem ineſſe his, an non, & concupiſcentiam. Videtur enim dolor & uoluptas ineſſe. Si autẽ hæc, & concupiſcentiam neceſſarium eſt. Imaginatio autem quonam pacto inerit? Nunquid quemadmodum & mouetur indefinitorum? & hæc inſunt quidem, indefinitorum autem inſunt.*

Quænam quidem appellet imperfecta, ipſe expoſuit, uidelicet, q̃bus ſolus ſenſus tactus ineſt. Oĩno.n. quibus tactus ineſt, ijs etiam guſtus: ideo ut per iucũdũ & triſte. quę in ſaporibus ſunt diſtinguãt qđ poſsit nutrire, & qđ non poſsit, & hoc quidẽ amplectatr̃, illud uero auerſetr̃: quẽadmodum per tactũ diſtinguãt, quod cõſeruatiuũ & corruptiuũ eſt corporis. Ambobus nãq; ſenſibus opus eſt aĩalibus. Iis enim, quæ terreſtre multum hñt in tota corporis natura ne ſenſu quidem ullo opus eſt, nimirũ quia neque ullo modo moueri ſunt apta nata, & iccirco neq; inſequi ipſum eligibile, neque uitare fugiendũ. Sed & quia extrema uita ſola, uegetatiua ſ ipſis adeſt, iam delabuntur & prope quid iaciunt in naturales motus. Senſus uero ijs adeſt, quæ quomodocũq; intus mouentur. Quãdoquidem & imperfecta uocata animalia uidentur moueri, nõ per ſeipſa tota ſed per parteis. Ac præter id, quod nõ adſit iucundum aut triſte, quod ſecundum ſapores requiritur, aperiunt oſtreaceum illud carni ſuperinductũ, inquiruntq; nutritiuum aliquod. Quod ſi aliquis feſtucã, aut aliud quid durum inijciat, claudunt̃ tanquã euitantia moleſtiã, recipiunt aũt iucundũ, tanquã nutritiuũ ipſum deſiderantia. Patet igitur ꝙ nõ ſenſus mouet ipſa, ad aperiendum aut claudendũ. Senſus nanque eorum tm̃ eſt, quæ præſentia ſunt, at abſentium curam gerit ratio & imaginatio. Sed neque ratio in illis eſt. Ratio nãq; uniuerſalium eſt, imaginatio uero in indiuiduis ſenſibilibus uerſatur, licet ea quoq; abſint, attamen ſimilia quædam iam in memoria innata fuerunt. Cõcedenda igitur de neceſsitate ipſis eſt imaginatio. Quod ſane etiam Ariſto. ſyllogizat ex eo, quia dolor & uoluptas in huiuſmodi animalibus inſit. Hoc autem manifeſtum eſt ex eo quia amplectantur nutrientia, aliena uero reſpuant: quibus autẽ uoluptas & dolor, hæc ſtatim conſequi concupiſcentiam inquit, qđ quidem etiam per ſe manifeſtum eſt. Appetitus nanque eſt, qui ad iucundum dirigitur, aut etiam ad bonum & malum, ut in iis, quæ rationem habent. Quapropter etiam conuertitur in mortalibus animalibus. Quod ſi aliquis concederet concupiſcentiam eſſe, omnino erit uoluptas & dolor in his: ſiue conuerſim uoluptas & dolor ineſſet, omnino etiam concupiſcentia inerit Præterea

manifeſtior adhuc ſit hic ſermo, quando uel non præſente iucundo ipſo, uidentur moueri in id quacūq; rōne. Manifeſtum nanque, ꝙ ſecuudum appetitum non aūt ſecundum ſenſum ſimplr mouentur. Senſus nāq; præſentium tantum eſt, appetitus aūt etiam abſentium. Quibus autē appetitus ineſt ſiue concupiſcentia, ijs etiam imaginatio, quo ex memoria iucundi, ut dictum fuit, ad illud moueātur. Verū in ijſce aīalibus talibus imaginatio plurimum indeterminatum habet. Indeterminata nanque & ea eſt, quæ uermium & erucarum & eorum exiſtit, quæ indeterminate huc & illuc mouentur, ſed illud indeterminatū in latitudine potius hn̄t, at non reſtricte. Neque enim illic ſolum quærunt iucundum, ubi hactenus immobilia manſerant, ſed hoc atque illo loco, ad aliud, atq; aliud ferūtur iucūdū, & ut ſimplr loquamur, determinate percipientes. & ubiq; ipſum inſequentes. Indeterminate uero ad illud mouentur dum, ut forte occurrit, ipſum inquirunt: at non ita, ut apes ad ſolitum pabulum, & ad cōſueta aluearia deferuntur. Animalia igit̄ imperfecta percipiunt & ipſa quidem determinate iucundum ipſum, eo uero, ꝙ nō in pluribus inquirant iucundum ipſum, ita ut hic & illic illud acquirāt, ſed ſolo in eo loco, in quo quidem etiam manent, tum reſtrictum hn̄t ipſum terminum, tum magis indeterminatum, quam illa, quia multis in locis terminum nō ponunt, ſed in uno ſolo, ut dictum eſt, loco. Hac ergo ratione motus etiam ipſis indeterminatus ineſſe dicitur, quia reſtricte & per parteis, non autem tanquā tota locum ex loco mutant, & quia non appetitiuo motu moueantur huc & illuc, neque tanquam ex ſeipſis, ad percipiendum illud ſuaue ex ſemet, ſed ad ſolam eius quaſi receptionem, quādo illud extrinſecus occurrat.

T.57 *Senſitiua quidem igitur imaginatio, quemadmodum dictum fuit, uel aliis animalibus ineſt. Conſultatiua uero in ratiocinatiuis.*

Cō. Vbi dixerit imaginationem imperfectis quoq; animalibus ineſſe, licet indeterminatam, ac multo utiq; magis cōceſſerit ipſam ineſſe ijs, quæ ſecundum locum mouentur, tanquam perfectionibus, dixerit aūt ſæpius, ꝙ & quæ in nobis eſt ratio imaginatione utitur, tanquam quia imaginatio inſit hominibus, neq; uero ſolis brutis, ſcite admodum & philoſophice determinat diſcrimen humanæ imaginationis & eius quæ irrationalium eſt brutorum. Alterius quidem, ut quæ cum ratione & opinione ſimul ſit, et aliquod conſilium acquirat, & aliquando quidem dirigatur a rationali uoluntate, aliquādo autem cōtra ipſam reſiſtat, ut nonnunquam ſuperet in intemperantibus, tantam habet cognationem cum eo, quod rationis formam refert ſecundum naturam. Alterius aūt quæ non eſt apta nata cum rōne aut conſilio coniungi. Licet in nonnullis, quæ ſpræſeferūt aliquid, quod rationis referat formam in ipſis, aſſuefieri a rationalibus et ipſum quodammodo aptari nō a ſe ſed extrinſecus, inſit: eo quia natura nō collectim trāſeat ad ea, quæ multum diſtant, ſed ſemper per proxima. Canes nanq; & ſimiæ, & urſi, & equi, licet rationem propriam nō habeant, attamē humana rōne aptantur, quodā uidelicet rythmo, at nō qualiter & quātū ipſę noſtræ imaginationes. Non ſic ů formicę, apeſq;, aut quę ſerpūt, aut quę natāt faciunt, neq; multo magis ea, quæ indeterminatā hn̄t imaginationē. Hæc igitur eſt dictionis intentio diſtinguere humanam imaginationem, quam nūc conſultatiuam uocat, ab ea, quæ in irrationalibus eſt. Particularia uero conſideranda ſunt uerba. Conſultatiuā appellat eā, quæ in ratiocinatiuis, tanquam omni imaginationi quodammodo ambiguum tradens, & ꝙ circa contingentia ſe habeat. Neque n̄ eſt circa perpetua & quæ eodem modo ſeſe habent ſemper, & quorum finis neceſſarius eſt, qd̓ cūq; conſilium. Sed in agibilibus, & particularibus, & in talibus uerſatur, quæ aliquando quidē in finem exire poſſunt, aliquando aūt non, & quæ nō poſſunt ſemper idem eligibile inferre. Ideo uidetur, quemadmodum neq; ſenſum tradit, ſic neque imaginationem cœleſtibus aſſignare, ut quæ ſecundum intellectum ſolum agant. At n. quo modo, quæſo, qualecūque cōſilium in illis eſſe poſſet, quę ſemper eodem modo mouentur, ſemperq; in fine ſunt? Si quis uero alia rōne ſenſum ipſis aſſignat, hic certe alio modo de ſenſu philoſophatur, & non de hoc, ſecundum quē nos, & mortalia omnia animalia ſentimus, indigentes percuſsione ab exterioribus facta, et organo ſenſorio utentes. Sed cognitionem ſenſibilium, totam intrinſecus excitatā, non indigentem percuſsione, aut organo, ſed totam ſecundum præſtantiorem actionē conſiſtentem, atq; adeo nequaquam ex corpore in intellectum recurrentem, ſed ex intellectu in corpus prouenientem, & quia ſenſibilium ſic rerum, hic ſenſum appellat. Siquis igitur imaginationē in ipſis poneret, eodē modo aſsignabit, quo ſenſum. Cōſilij uero ambiguitatē demōſtrare uolēs & ipſe, ſubiūxit hoc.

*Vtrum enim aget hoc, aut hoc, ratiocinationis iam eſt opus, & neceſſe ſemper eſt, uno menſurare, quod. n. magis, proſequitur. Quare poteſt unū ex pluribus phantaſmatibus facere.*

In ambiguis nanque, & non neceſſario unum & eundem terminum habentibus, & unum finem, utitur hoc dicendi genere, utrum hoc, aut hoc. Simulq; declarat rationalem partem cōſultantis uitæ. Irrationalia nanq; animalia ad apparens iucundum tantum tendunt, propter reſtrictum, ad unum aliquid reſpicientia, uidelicet iucundum. Et non ita ut ratio, ob latiorem contemplationem & appetitum, & ad multa ſe dilatantem, aliqn̄ quidem in bonum intuetur, aliquando autem in iucundum. Quare imaginatio, quę uel in ipſis ratiocinatiuis eſt, rationalis quidem eſt, ſed circa contingentia uerſatur. Senſitiuam aūt imaginationem uocat eam, quæ a ſolo excitatur ſenſu. Oportet nāque, ut in ſermonibus de ipſa fuit ab ipſo pħo determinatum, omnino prius ſenſiſſe, & tūc figuras a ſenſibilibus depromptas in imaginatione imprimi, ſecundum quas poſtea moueatur. Conſultatiua nanque ab ipſis mota, omnino quidem & ipſa a ſenſu in principio excitatur, non tñ ab eo ſolo, ſed propter cognationem, quam ſecundū ſubſtantiam cum ratione habet, fruitur etiam quodam pacto conſilio illius, & ita ſimul erga ipſum agit, ut aliquando quidem conſequatur, aliqn̄ aūt ad alterum declinet eius, quod a ratione approbatum fuerit, & aut ſuperet ut in intemperantibus, aut ſuperetur, ut in temperantibus. Et qd ſit conſultatiuum præ oculis poſuit, non ſolum quia neceſſum ſit conſultantem uerſare in contingentibus & agibilibus & alio atq; alio modo ſe habentibus, ſed quia neceſſum ſit, ut ad unum reſpiciat, et ad illud tanquam maxime eligibile, referat, quod quidem dixit unam mēſuram. Etenim quando aut utile eligi oportet, aut iucundum, conſultat, reſpiciens in id, quod maxime eligibile eſt. Ceterū & ubi determinauit utile eſſe quod maxime eligibile, conſultat, utrum hoc utilius ſit, an hoc, rurſuſq; in uno & eodem utili firmatus conſilia facit. Similiter quoque, qui iucūdū ipſum eſſe finem ponit. Quare poteſt unum ex pluribus phantaſmatibus facere. Qui ergo conſultat, non reſtricte, ut dictum eſt, in hoc ſolum reſpicit ſed in plura, & ea qdē etiam particularia, & generabilia, & aliquando exiſtentia, contingentiaq; aliter atque aliter ſe habere & mutuo cōparata: & propter id qd̓ ex pluribus hiſce in unum ratiocinatione contrahitur quemadmodum quodam in loco Plato dixit imaginatione coadiuuante oīno utit̄. Cuius opus eſt talia cognoſcibilia proxime percipere.

*Et cauſſa hæc, quod opinionem haud uideatur habere, quoniam eam, quæ ex ſyllogiſmo, non habent. Ipſa uero illam.*

Si quidem aliquis ſimpliciter opinionē, iuxta ſuperficiarium quid & apparens uocaret cognitionem, hęc eſſet maxime irrationalibus cōcedenda animalibus, ſaneq; et Iamblichus

blichus opinionem ponit in irrationali uita. Quod ſi eā, quæ ex ratione, & ratiocinio conflatur, & quæ ex multis particularibus in unum vſe contrahitur, non certe hanc aſſignare deberet irrationalibus animalibus. Cauſſa igitur, inquit, eſt, quia non omnis imaginatio, de qua uerba fiūt, quam etiam appetitus ſequitur, opinionem habere uidet: qm̄ eam non habet, quæ ex ratiocinio ſit. Qm̄ cognitionem eam, quæ ſecundū apparens ſit, omnis appetitus habet. Neque enim poſſe eſt ſine cognitione aliquid appetere, & omnino abſq; cognitione quæ ſecundum apparens eſt. Apparentia nāque circa agibilia uerſatur, ueluti certitudo circa contemplabilia. Ipſa uero illam. Hoc eſt, opinio quæ ex ratiocinio ſit, habet imaginationem conſequētem, nimirum quia uel talis opinio circa agibilia uerſetur, & contingentia aliter ſeſe habere.

*Quare conſultatiuam non habet appetitus. Vincit autem aliquando, & mouet uoluntatem. Aliquādo autem illa hunc.*

Appetitum nūc proprie appellat eum, qui irrationalis eſt: conſtruitq; ſyllogiſmū in ſecunda figura. Appetitus, qui in irrationalibus eſt, non habet ratiocinatiuam: cōſultatiua habet ratiocinatiuam, talis igitur appetitus nō habet conſultatiuam. Adeo aūt appetitum, qui in alijs eſt, appetitiua noſtra imaginatio ſuperat, ut æqualis rationi quodammodo fiat, quemadmodum dictum fuit, & uoluntati rationis, ita ut in agibilibus & reſiſtant & pugnent, aliquando etiam ſuperet ipſam, nonnunquam etiam uincatur. Quando igitur & principium quidem ſit ab irrationali appetitu, qui in nobis eſt, mouet quidem ipſe rurſus. Mouetur autem tunc rationalis uoluntas. Atque nō nunquam tota uoluntas illum ſequitur, ut in immodeſtis, aliquando autem reſiſtit quidem non tamen ſuperat, ut in intemperantibus.

*Quemadmodum pila appetitus appetitum, cum incōtinentia fiat. Natura aūt ſemper, quæ ſurſum principalior, & mouet. Quare tribus lationibus iam mouetur.*

Similitudinem eius quod dictum fuit, affert, unam ſcilicet pilam eorum, qui eam ſibi mutuo proijciunt, cum qui iacit quidem moueat, qui uero recipit, moueatur, rurſuſq; quia propulſet eam moueat. Ita nanque etiam in intemperantibus, deteriorq; appetitus pręſtantiorem mouet appetitum, & qui præſtantior eſt, deteriorem mouet, tāquā reſiſtentem, uincitq;, ut in ijs, qui pila ludūt, uincit, qui uehementius percuſſerit. In intemperantibus uero deterior appetitus, quemadmodum etiam in ipſis imperantibus q præſtantior eſt. Ac uidetur quidem incontinentiam nūc appellare omnē illam pugnam & controuerſiam: licet deterius, ſed præſtantius uiuat: in quantum non oīno unius uictoria ſit, ſed aliquando unius, aliquando aūt reliqui. Expoſitores aūt σφαῖρας, quam nos diximus pilæ, ſimilitudinem, de cœleſtibus exponunt fuiſſe dictam, ut quia, ea, quæ ἀπλανὴς uocatur, non erret, & proprium motum errantibus tradat. Idq; ideo ut unaquæq; errantium ſphærarum proprio moueatur motu, & ipſa, quæ ἀπλανὴς dicitur, motu ſuo, & tertius qui a non errante datur, uincat ſecundum. Quandoquidem natura, hoc eſt ſecundum naturam, uolūtas præſtātior eſt & principalior, nimirū quę poteſt tota a ſeipſa excitari, & cum tanquam bonū ipſum finem, intentionēq; & ſcopum ponat, ſecūdum naturam profecto moueret ſecundam. Aut quando erga præſtantiorem ſeditionem mouet, mouet & ipſa illam quodā pacto, ut in ijs, qui pilam mutuo ſibi proijciunt, dictū fuit. Si igitur neq; demulceatur, neque cogatur, ſed e contra uoluntas ſuperare debeat, tertius erit motus, qui a uoluntate ſit, qui reprimit motum irrationalem: cum prima ſit tanquam imperans iuſſio ſecundum naturam exiſtens. Imperat nanque uoluntas ſui ea natura appetitui imaginatiuo. Ipſa uero adhuc ſeſe imperite habens, e conuerſo illam, non amplius ſecundum naturam, ad proprium eligibile attrahere conat: uoluntas uero non attracta reprimit quadam cum inſtantia motum illius.

*Ipſum uero ſciendi poteſtatem habens, nō mouetur,* T. 58
*ſed manet.*

Ex ijs, quæ ſequuntur, uidetur quidem Ariſto. ſummatim concludere omnia quæ prædicta ſunt, a ſummo inci- Cō.
piens uidelicet a ſuprema animarum noſtrarum ſubſtantia. Etenim totus a principio directus fuerat ſermo ab ipſo ad omnem mortalium animalium animam. Per id igitur, quod ſciendi poteſtatem habet nunc intelligit, nō qđ poteſtate ſit tale, ſed quod perfectum, & actu ſit ſciens, ueluti textū, quod iam textū, deauratumq; quod iam deauratum. Qm̄ id quod poteſtate, tanquam adhuc imperfectum, & mouet & mouetur. Ac mouet quidē ipſum animal, tanquam quod per ipſum, & per ſenſus & imaginationes ad ſpeculationem formarum rapiendum ſit: mouetur autem tanquam quod perficiatur a ſubſtantialibus animæ intelligibilibus formis. Sed & quod iam perfectū eſt, tanquam iam potens ſeipſum intelligere, ſed ſecūdum habitum & occurſum iam perfectum, iam & id mouet manifeſte a lumine, quod quidem actu cognoſcibiles facit colores quaſi non illuminatos in ſe exiſtentes, & tanquam diuidens artificiata ab arte, & tanquam ſeiungens actionē a ſubſtantia: atque etiam mouet animal ipſum non proxime, ſed tanquam cauſſa practici intell'is. Oportet nanq; maiorem uocatam propoſitionem ante cōſideratam fuiſſe, deinde particularem applicatam facere practicum intellectum. Ipſam uero maiorem per ſe, intellectus, qui ſecundum habitum perfectus eſt, cōſiderat, quemadmodū particularem per ſe conſultatiua imaginatio in rationalibus animalibus: utraſque uero per complicationē, practicus uocatus intellectus. Quapropter ipſe quoque deinceps inquirit, utra magis moueat animal an maior, an minor propoſitio. Si enim quacūq; uia maior etiam mouebit, ſcientialis quoq; ratio, & is qui ſecūdum habitum, & qui proueniens eſt. Separatus iccirco ipſe, & qui tantum, id eſt, quod uere eſt, & qui iuxta ſubſtantialē cōſiſtit actionem ſecundario, poſt intellectum, qui animariam ſubſtantiam excellit (ideo & intellectus & ſcientialis, ſiue ſciendi potens dicitur, cum hoc ipſum quod dicimus, ſcientialis, indicet ipſum ſecundum eſſe) hic inquam ſane intell's neq; mouet, neque mouetur, ſed manet. Solum enim hoc eſt, quod uere eſt, ut ipſe inqt, cum nulla quapiam complicatus ſecunda uita, ſed magis actionem in ſubſtantiam contrahens, ob contactum cum præſtante intellectu factum, qui non ſit ex diuerſitate. Neque n. perinde atq; natura, & corpora ipſa dependet a formis, ſed potius iuxta unitionem & identitatem inſitam, pauca diuerſitate inexiſtente. Vnde etiam eadem de ſummitate animæ ſecundo loco prædicantur, quæcūq; de ſeiuncto ipſius intellectu, cū demonſtramus eam ſecundam eſſe poſitam ex appoſitione ea intellectui facta huius uerbi, ſcientialis, qđ quaſi medium denotat inter ipſum manentem & prouenientem, et intelligentem, & reuolutam cognitionis formam: cū ſubſtātia & permanentia denotetur per ipſum manēs & proueniens, ſcientia uero per intelligentem & conuolutam cognitionis formam. Ipſa quidem enim cognitio actio quędam eſt. Permanſio uero & progreſſus, ſubſtātiales ſubſiſtentiæ, quæ impartibilem ſimul & partibilem, ſiue mediam apud Platonem exiſtentiam præſeferunt: quemadmodum intellectus & ſcīa apud Ariſto. ſignificant circūductiones illas apud ipſum, quę iuxta eiuſdem & alterius circulum fiunt. Sed anteaquam ſequentia tractemus, paululum ſiſtētes dubitemus aduerſus nos ipſos duas dubitationes, alteram quidem ab ipſis rebus ſumptam, alteram autem ab opinionibus eorum hominum q exacte & acute philoſophati ſunt. Quarum ea, quæ a rebus deſumit, inquirit hoc, cur non etiam ſummitas ipſa animæ mouetur ab intellectu ſeiuncto ab ipſa, et ab ipſo quidē ab anima penitus ſeiuncto, tanquam efficiente, ab ipſo uero ſibi

participato tanquam determinante. Ideo tanquam quæ
moueatur, & quæ per ſe ſit mobilis a Platone fuit tradita.
Cur igitur nos nec moueri dicimus, nec mouere ſummita
cem illam animæ, ſed manere ſeparatam dicimus, & hoc
ſolum exiſtentem, quod uere eſt, licet tunc ab intellectu de
pendentem, & ab intellectu perfectam? An ut dictũ fuit
dependentia illa non erat cum aliquo receſſu facta, ſed tan
tum cum cohærentia & immediata erat? Quandoquidẽ
etiam corpus ipſum non proxime depẽdet a naturalibus
formis, ſed naturales rationes a forma dependent, quibus
mediantibus ipſum partibile uenit. Rõnes nanque poſt
formas ſunt ubique proximæ, ratio aũt eſt etiam anima-
ta ſubſtantia, & præſtantior quoq;, quam naturales ratio
nes. Ideo etiam cum propria forma magis proxime, &
magis coniuncte colligatur. Partibilium aũt proprius eſt
motus, qui actus eſt ſecundum Ariſto. qui uocabulo mo
tus in hoc utitur, & non quemadmodum nonnũquã Pla
to uel in ipſa impartibilium actione, ut in ſumma intelligẽ
tia. Etenim inquit ille intellectum circa eadem, & iuxta ea
dem, & eodem modo moueri, & ipſam præſtantiſsimam
ipſius actionem appellat motum. Nouit aũt & oẽs natu
rales motus, a quibus ſeiungit animatum motũ. Ariſto.
aũt ex ſua conſuetudine immobilem uocãs & animatam
ſubſtantiam & actionem, eo quia partibilibus ſolis motũ
tradat, merito immobilem etiam nunc appellat. Ac neq;
mouere ſtatuit donec ſincere pureq; in ſeipſa maneat, eam
nanque mouere uult, cum quodam pacto proueniat. Ne
quaquam uero & quod apud Platonẽ eſt per ſe immobi-
le, exiſtit tale. Non tanquam quod ſimplr̃ moueatur, ſed
tanquam medium denotatum ex ipſa extremotum com-
poſitione eius inquam, quod ipſum eſt, & ipſius mobilis.
Quõ igitur intellectus perficit animam? Non ex receſſu,
ſed ex immediata adhærentia. Quapropter magis ex per
mãſione, & non quia moueat, ſed quia in ſeipſo collocet,
& perficiat non ſeparate, ſed quia ſeparet quidẽ ab extrin
ſecis, cõuertat aũt & coniungit maxime cũ ſeipſa & ſeipſo.
Hæc igitur quæſita ſint, & ſoluta, iuxta dubitationem &
contemplationem res ipſas reſpicientem. Quæratur autẽ
& illud, quõ cum diuino Iamblicho conſoni ſimus, qui et
intellectum poteſtate, & intellectum actu, de præſtantiori
aĩę ipſi' exponit, aut de illo, q aĩam determinat, aut de nõ
participato. Cum nos exiſtimemus utraque tradita fuiſſe
de ipſa animata ſubſtãtia ueluti ex ipſis Ariſto. uerbis ubi
que memorauimus. At certe non audeamus cõtraria Iã
blicho loqui, concordabimus aũt quo ad fieri poterit. tan
to inferiores exiſtentes, quanto illi hactenus iudicati fuere
præſtare excellentiſsimis uiris. Quorum alij quidẽ a cauſ
ſatarum rerum contemplatione, in eam quæ cauſſarũ eſt,
aſcendunt, alij e contra tanquam ex ſpeculis profundiora,
ita ex cauſsis cauſſata conſiderant. Eadem nãq; quodam-
modo ratio eſt. Quoniam quadam rõne eadẽ etiam ſunt
& cauſſæ & cauſſata. Quoniam iuxta cauſſarum ꝓprie-
tatem & actionem cauſſata ipſa ſuũ hñt eſſe: & qualis ap-
paret cauſſa ſecundum formam & ſimplicitatem, tale quo
que apparet cauſſatum ſecundo modo & per participatio
nem. Et e conuerſo, qualia apparuerint cauſſata ſecundo
loco & per participationem ijs, qui ea prius contemplan-
tur, talis etiam cauſſa apparebit, ſimplr̃ tamen et non cum
participatione. Quæcũq; igitur in ipſa cã per proprietatẽ
conſiderantur, totidem in cauſſatis conſiderari poterunt.
Ille igitur diuinus uir ſecundum ſuipſius ſummam cõtem
plationem, primo contemplans hãc in ipſa cauſſa, dat no-
bis in anima quoq; ipſam intelligere. Nobis autem placet
prius conſiderare ipſam in aĩa, ita deinde ad cãm recurre-
re. Vt contemplati quod aliquando quidẽ pure manet,
aliquando aũt recedit quidem a pura permanſione, tendit
tamen ad progreſſum fluentium uitarum, & cum ijs com
plicatur, contemplati inquam in anima noſtra id, tanquã
iuxta illud perfecta, cẽſeamus intellectum ipſam determi-
nantem, talem eſſe, tanquam quod hanc rem determinet,
& rurſus quod aliquando in actionem eius puram ſeſe re
cipiat, ex eo tamen, quod poteſtate, cenſeamuſq; rurſus in
tellectum huiuſce ſubſtantiæ determinatiuum, eius inquã,
quæ aliquando quidem poteſtate, aliquando aũt actu pu
ra ſit, uel ipſum quoque poteſtate perfici, non ꝙ afficiatur
eo quod poteſtate eſt, ſed quod determinare ualeat & cõ-
ſtituere ſubſtantiam quaſi affectam eo, quod aliquãdo ſit
poteſtate, & aliquando in actum ſe recipiat. Hæc igiť ſint
diſcuſſa in ſecunda quoque quæſtione, ſed reliqua Ariſt.
uerba proſequamur.

*Quoniam autem hæc quidem ipſius uniuerſalis exi
ſtimatio & ratio, hæc autem ipſius particularis. Illa qui
dem enim dicit, quod oportet talem tale agere, hæc au-
tem quod hoc tale, & ego talis: iam hæc mouet opinio,
non quæ uniuerſalis, aut ambę, ſed hæc quidem quie-
ſcens potius alia autem non.*

Cum hucuſque ſummatim ultimam manum impoſue
rit ijs, quæ de contẽplatiuo animę intellectu dicenda erãt,
q. ſcilicet ſummus manet ſolum, at neqũe mouet neq; mo
uetur, ex ijs, quæ ſequũtur, demonſtrat de proueniente in
tellectu, quõ moueať, licet iam perfectus ſit, & iccirco ſcia
lis. Demonſtrat præterea quomodo moueatur, eo quia
uniuerſalem ipſius contemplationem, non tñ impartibilẽ
dicat: ut perpetuam quidem & neceſſariam ipſius cõtem-
plationem ſeruet, quæ quidẽ eſt vl̃is ab ipſo appellata pro
poſitio. Quæ tamẽ percipit formas, non eas, quæ ſubſtan
tiales ſunt & cauſſales, ſed eas, quæ iam prouenerunt, qua
drantque cum rationibus cauſſatis & particularibus, quæ
ſunt in anima. Talia nanque ea ſunt, quæ uniuerſalia dicũ
tur, & de particularibus prædicantur, ſuumq; eſſe cum ip-
ſis inſeparabiliter hñt. Quod aũt etiã moueat, manifeſtius
demonſtrans, eo quia uniuerſalem ipſam propoſitionem
intellectui practico tradat, quæmet una cũ particulari mo-
uet aĩal, indeq; ad practicum ipſum aſcendens intellm̃ cõ-
cludit ea quoque, quæ de ipſo tradita fuere, tãquam ſ. uni
uerſalis propoſitio contemplatiua ſit, magiſque quiete &
magis ſeiuncte moueat: particularis uero magis cogno-
ſcatur a cõſultatiua imaginatione, et proxime atq; magis
moueat animal circa agibilia & contingentia alia atq; alia
ratione ſeſe habere, nimirum quia particularia ſunt, & par
ticulari ſemper indigeant motu quo perficiantur: cũ pra-
cticus noſter intellectus ambas ſimul cõſideret propoſitio
nes, eaſque cõplicet, & alteram quidem a contemplatiuo
ſumat, alteram uero cum rõnali conſideret imaginatione,
moueatq; aĩal ad eligibilia aliqñ exiſtentia, aut quæ ita ui-
dentur, ſeiuncte quidem, ut dictũ eſt, & quiete magis ma-
iori propoſitione, proximius aũt & ſecundum multã mu
tationẽ aliam atq; aliam, ipſa minori. Qualis uero uniuer-
ſalis & maior ſit, minorque & particularis ipſe meminit.
Vtrãq; quidem rationalem eſſe, affirmãs, dum inquit, exi
ſtimationem & rõnem. Etenim quæ particularis eſt, ratio
nalis exiſtit, tanquam etiam imaginatio noſtra conſultati-
ua ſit, atq; tanquam ipſa ab intellectu nunc cognoſcať. Di
ſtinguit aũt eas inter ſe, eo quia aliam quidem ſtatuat tale
facere (cum tale conſueuerit, ueluti in prædicamentis, aſſi
gnare ei, quod aptum eſt natum eſſe vl̃e, ut qm̃ bonũ co-
lendum ſit, non hoc aut hoc, ſed ſimpliciter omne bonũ)
alteram uero determinare ipſum particulare, q. bonum,
hoc eſt, qm̃ v. g Socra eſt bonus: ſubiectũ aũt quidem
in hac appellat uerbum, hoc, ut pura particularem Socra-
tem, illud, uero tale, prędicatum, tãquã quia ſemper præ
dicatum ſine determinatione ſit, & iccirco non ſit hoc, ſed
potius tale. Duarum aũt particularium propoſitionum
exempla poſuit alterius quidem, ut quæ de tertia perſona
ſermonem habeat, ubi hoc tale eſſe dicit, tanquam ſi de So
crate ſermonẽ habuiſſet, alterius autẽ tanquam de prima,
quando inquit: & ego talis. Subiungitq;, iam hanc mo-
uet opinio, hãc, intelligens particularem propoſitionem.
At quia illi tanquam manifeſtius mouenti hactenus totã
tradidit cãm motus localis animalium, non aũt vl̃l, dein-
ceps quaſi emendans diligentius, inquit, ꝙ ambę quidem
mouent, ſed hæc quidem quieſcens potius, qm̃ ipſa non

mota

mota mouet. Manet nanq; eadem ſemper, nunquam mutata, neq; alio atque alio modo ſeſe habens. Scientialis nã que erat. Cur igitur potius, non aũt ſimplr quieſcens dixit? Quoniam complicata cum particulari, & cũ ea, quæ mutatur, iuxta ipſam complicationem una cõmutat. Perpetua nanque eſt, quatenus ipſum bonum colendum eſſe affirmat. Quatenus uero complicatur cum ea, quę aliquãdo dicit Socratem, aliquãdo Pythagoram, aut Platonem eſſe bonum, concluditque aliud atque aliud eſſe quod colendum (concluſio nanque non ex ſola fit particulari, ſed etiam ex uniuerſali) ea ratione quodammodo & ipſa mouetur, et ideo uerbum illud, potius, in ea, quæ per ſeipſam quieſcit, appoſitum ſiuis, indicans ipſam quoquẽ quodammodo moueri iuxta complicationem. Concluſit igitur ea, quæ de practico intellectu dicenda erant, ut qui ſcilicet imaginatione utatur ea, quæ in rationalibus eſt, & ut qui cõplicet particulare cũ uniuerſali, & utraq; contempletur, et quia moueat animalia ſecundum locum ſecundum utraſque quidem propoſitiones uicinius tñ & manifeſtius ſecundum minorem, ſed ut abſolutius loquamur, ſecundum ambas, & quodam pacto iuxta utrãque. Quod autem & appetitiua ſit, quod ſimpliciter mouet, cum ſuperius pluribus demonſtrarit, & nunc in ſermone de practico intellectu meminerit eo q́ etiam particularem imaginationem maxime mouere dixerit, nequaquã etiam de hac concludit priuatim. Sed tanquã qui locutus fuerit de omni ſenſu & contemplatione, & appetitu (per imaginationẽ nanque & ea quoque demonſtrauit, quæ de ſenſu dicenda erant, rurſuſq; pro ipſo hãc accepit, quoniam ex ſenſis imaginatiuæ figuræ concipiantur, atque adeo imaginatio ex ſenſu excitetur, ueluti ille a ſenſibilibus) tranſit modo tum ad ſermonem de organo (a principio nanque arguebat illos, qui quale oporteat eſſe uitale organum non determinabant, ſed ſolam ipſius uitæ formam cõtemplabantur, at nõ etiam determinabant quale oporteat eſſe ipſum ſuſceptiuum) tum ad diſtinguendum, quænam quidem ſint ultimæ uitæ in quauis ratione uiuentibus, & quęnam illæ, quæ ſemper proxime ſuperueniunt, & quæcũq; omnino ad hoc ut agant indigent corporibus tanquam organis: eas enim quæ nequaquam utuntur, tanquam manifeſte ſeiunctas dimittit. Præterea tranſit ad hoc, ut concludat, q́ perfectiora quidem animalia omnes habent uel uiliores uitas. Quod non etiam uice uerſa dici poteſt. Præterea et quænam ſint imperfectiora uiuentia, & quænam, ut dictum eſt, quæ ſemper proxime ſuperueniunt. Intentio igitur ipſius eſt de organo loqui, magis uero concludẽdo recapitulare, quæ latius ab ipſo fuere dicta. Quod ſcilicet organum uegetatiuæ & inſenſitiuæ uiuentium ſimplicius eſt alijs, cum multa prædominetur terra, propterea q́ difficile patiatur, atque ipſum difficile pati, nõ conſiſtat in medietate elementorum, ſed ita ſit in abundantia terrę, atque etiam q́ ineptius fiat ad patiendũ ab occurrentibus ſenſibilibus, & hac de cauſſa a ſenſibus derelinquatur. Qđ enim quauis ratione ſenſitiuum eſt in medietate elementorum potius conſiſtit, non aũt in abundantia terræ, quod quidem denotatur a tactiuo, quod quidem ultimum eſt ſenſorium: Vt idcirco etiam diuerſas qualitates, quę ſunt in ipſis, cognoſcere poſsit, v. g. caliditatem quę in igne, frigiditatem quę in aqua, humiditatem in aere, ſiccitatem in terra. Quia quod ſecundum unum prædominans abſoluitur, non habebit ſimilem medietatem erga contrarium. Determinat igitur primum quale ſit ipſum uegetatiuum organum. Secundo loco quale id, quod ſolummodo tactiuum eſt & guſtatiuum, ut illud, quod eorũ animalium eſt, quæ ſecundum tota immobilia ſunt ſecũdum locum, Tertio loco quale ſit eorum, quæ ambulant, & perfectiora ſunt. Cum iuxta ipſum tactiuum nullum ex immobilibus per ſeipſa tota differat, ſed quatenus ambulantia, indigentq; ut a longe ſentiant, & nequaquam immediate occurrentia tangant, ſed per media: cum talia ſenſoria iuxta præſtantiora elementa perficiantur. Opus autem erat ei ad harum rerum recapitulationem meminiſſe, q́ omne quacũque uia genitam uiuens uitam uegetatiua indiget anima, quod uero quacunque rõne ſenſitiuum eſſe debet indiget tactiuo & guſtatiuo ſenſu. Quod uero ambulat perfectioribus quoque ſenſibus. Vnde incipiens adijcict ea quæ de proprio cuiq; ſenſui organo dicẽda ſunt.

*Nutritiuam quidem igitur animam neceſſe eſt omne habere, quod uiuit, & animam habet ab ortu ad interitum uſque. Neceßarium enim eſt quod factum eſt augmentum habere & uigorem, & diminutionem. Hęc autem ſine nutrimento habere impoſsibile eſt. Neceſſe itaque ineſſe nutritiuam poteſtatem in omnibus iis, quæ producuntur & diminuuntur.* T.59

His, quæ quouis modo uiuunt, mortalibus tamẽ, nutrimento eſt opus. Cō. Neque enim poſſunt non parum ſaltem nutrita, ſeruare uitę ſpeciem. Quoniam non ſine materia ipſa recipiunt uitam. Id quod indicat illud, quod aliquando uiuant, & aliquando nõ, & quia in ipſis ſit aliquid nõ connate, ſed aduentitie recipiens uitã: quod & anteaquã receperit, & poſtquam abiecerit, priuatur ipſa. Materia autem eſt id, quod aduentitie recipit. Quemadmodum & quod connate recipit, eſt ipſum animal, cuius tanquam uiuentis nihil remanet poſt uitæ abiectionem, neque anteaquam reciperet, erat aliquid tanquam præexiſtẽs uiuẽs. Et hæc ſunt a nobis pluribus in locis iam commemorata, atq; in ijs, quæ hanc in facultatẽ fuere conſcripta. Ob materiam aũt aduentitie recipientem uitam, & propterea ad priuationem ipſius accelerantem atq; fluentem & quantũ in defluxu illo fieri poteſt, quam celerime ipſam abijcientem, natura æqualem ſe faciens nutritiuæ facultati nimirũ quia nutrimẽtum in fluxus ſit, aliquando quidem magis ſuperans ipſum defluxum, ut in augmento, aliquando autem adæquatus ut in conſiſtẽtia & uigore, aliquando aũt ſuperatus, ut in diminutione, in hac quoq; nutrimento indiget, quando etiam multus ſit defluxus. Vt cum quocũque influxu aliquod tẽpus reſiſtat maiori defluxui. Merito igitur ab ortu uſque ad interitum quæ ita uiuunt, nutrimento indigent. Neceſſe nãque eſt ipſa aut creſcere, aut uigere aut diminui. In quorum officiorum unumquoq; quæ ita uiuunt, nutrimento indigent. Neque enim in animatis omnino eſt nutritiua poteſtas. Etenim exempli gratia, ſiquis concedat metalla quoque augeri, in illis quoque obſcuram adhuc magis, quam in plantis concedet uegetatiuam ineſſe uitam. Neque etiam ijs ineſt, quæ perpetuo uiuunt, nimirum non materialibus, neque aduentitie recipientibus uitam, ſed uiuentibus ipſam, iuxta id, quod innate tm̃ in ipſis radicatũ eſt, & iccirco nullo introductio auxilio indigentibus ad hoc ut uiuant.

*Senſum autem non neceſſarium in omnibus uiuentibus. Neque enim quorumcũque corpus ſimplex, tactũ contingit habere: neque ſine eo põt ullum eſſe animal.* T.60

Videri poſſet philoſophus id aſſumere, quod quæritur. Cō. Qua nanq; de cauſſa non etiam omnia uiuentia ad diſtinctionem proprij & alieni tactiuum ſaltem & guſtatiuum habent ſenſum, ita ut omnia uiuentia ſentiant? Quoniam & corpus aliorum omnium ſenſitiue uiuentium hoc tale exiſtens, ut in medietate ſit, & tactum habeat, ſimplex uocamus, eo quia, ut dictum eſt, ſecundũ abundãtiam unius elementi ſcilicet terræ tactiuam habeat cõſtitutionem, nõ utique quia omnino ſit ſimplex, ſiquidem omnino iuxta unius abundãtiã, ex reliquis tamen etiam omnibus conſicitur, ueluti & ipſe ubique uult, & actio declarat. Quid igitur impediebat, quin & hæc in medietate quodammodo exiſtentia, eo quia omnino ſint contrariorum, licet non adæquata, haberent quidem aliquem ſenſum, obſcuriorem tamen, quam qui cum ſenſu alio modo uiuentium comparari poſſet, & ut inquit Plato, quaſi dormientem ſenſum? Sed fortaſsis Ariſto. haud cenſet ipſis

aſsignare ſenſum, & id quidem, quoniam nõ tanquã uigilantem habent, ſed ut ille inquit dormientem: hoc autem propter difficilem paſsibilitatem & terreſtre ipſarum plantarum, ut ipſe inquit: facile nanque pati oportet quod ſenſitiuum eſſe debet. Etenim in quibuſcũque natura tantum ad eſſe reſpicit, ijs, ut difficulter paterẽtur, dedit, cum non indigerẽt ſenſu. & ita habent a ſeipſis ut non facile patiantur. In quibuſcũque uero non attendit eſſe, ſed potius bene eſſe ijs, ut facillime patiantur, donauit, idque iuxta totam corporis conſtitutionem: ut etiam maxime ſenſibile ſit. Quapropter humanum corpus maxime, ut in uniuerſamus dicamus, facile pati poteſt, & in bona temperatura alijs animalibus præſtat, & cutis tenuitate iuxta proportionem magnitudinis, quo cum, qui per totum corpus eſt certiorem habeat ſenſum, cũ in particularibus ſenſibus ſuperetur a multis animalibus. Recte igitur non neceſſario dictum fuit omnibus uiuentibus ſenſum ineſſe. Quandoquidem neque tactum habent, neque oportet alium præcedere hunc. Non neceſſum autem eſt ſenſum omnibus ineſſe. Quoniam ultima ultimum habent, & finem, qui omnino quidem eſt bonus, qualiſcũque eſt finis, ſed alius quidem præſtantior, alius autem uilior, & proprius qbuſcũq; perfectis ueluti etiã extremis extremũ. Senſitiuũ aũt bonũ non ultimũ, ſed & excitatũ, & iuxta iudicãtẽ actionẽ ſtare uidetur. Ideo poſtulat, quod adhuc uilius, ut etiã ultima ſint bona. Tale aũt potius eſt id, qđ eſt concurrens bonum iuxta ipſum ſolum eſſe. Nonnulla autem fortaſsis horum uiliora exiſtentia quodammodo ſunt bona, ut ipſum inanimatum, ueluti quod poteſtate, ueluti quod materiale, uelutique priuatiuum. Sed de his nunc non habetur ſermo. Sine tactu autem, quo cum et omnino guſtus complicatur, impoſsibile eſt animal eſſe. Quoniam cum animal facile pati poſsit, ut dictum eſt, ad hoc etiam ut ſentiat, oportet ut & per ſemet totum ſenſitiuum ſit (quoniam corrumpetur, quatenus non habens ſenſum) & ſecundum aliquam partem, ſecundum quam habebit diſtinctionem proprij & alieni in nutrimento, & hac quidem ratione guſtare poteſt: ſecundum diſtinctionem autem, quæ per totum fit corpus, tangere. His itaque omnino opus eſt ei, quod quauis ratione ſentire debet. Sed quid eſt, quod ſubiungitur?

*Neque prętereà quæcunque non receptiua formarũ ſine materia. Animal autem neceſſarium ſenſum habere, ſi nihil fruſtra facit natura.*

Quædam enim uult ſignificare, quę receptiua ſunt formarum abſque materia, ideo, ut ab affirmatione cognoſcamus ea quoque, quæ formas non recipiunt abſque materia. Et ad quid negatio illa, neque, in principio adiecta, fuit dicta? Neque enim ſimpliciter adiecta fuit, ſed intentionem quandam habere uidetur. Magis autem hoc pacto ſententia tota declaranda eſt. Si ſane uidetur dicere nũc etiam formas inanimatas, ſi quidẽ ulla ſit in uniuerſo inanimata forma, at non ſolum indiuidua, quæcũq; cadauera. Et habetur ab ipſo ſermo de ſenſitiuis. Videtur autem neque nunc animata ipſa accipere ſimpliciter, ſed & quæ ſenſitiua ſunt, aut adhuc præſtantius cognoſcentia. Quæ ergo tales formas recipere poſſunt, perpetua ſunt animalia, quæ quod aduẽtitie recipiant, nulla ratione habent. Quibus neque Plato neque Ariſtote. qualecũq; dedere ſenium. Quandoquidem paſsibilem appellant ſenſum, non eum, qui totus intrinſecus ſecundum actionem propriam excitatur, conſtitutiuam & iudicatiuam ſenſibilium. Hæc quidem ſunt igitur, quæ formas abſque materia recipiunt, dictumque fuit, quales recipiant formas, quoniam ſcilicet cognoſcitiuas quidem, præſtantiori tamen modo, et non ſentiendo, iuxta hos antiquos philoſophos. Manifeſta igitur ſunt & quæ cognoſcitiuas formas non ſine materia recipiunt. Neque enim ſunt in animalibus perpetua. Talia ſane omnino ſenſu etiam ob ea, quæ prædicta ſunt, tanquam impaſsibilia indigent, & primo quidem ipſo tactiuo. Verbum igitur illud, neque, coniungendum eſt. ſi tamen prius acceperimus quod fuit antea dictum, uidelicet, ſine hoc, ideſt tactu, poſsibile eſt nullum animal eſſe, & cum hoc dicto coniungentes illud ultimum ſubiunctum, neque, ita reliquam dictionem inferemus: ſcilicet, quæcũque nõ receptiua formarum abſque materia, idque ideo fiat, ut duplex reddatur cauſſa huius, quod omnino mortalia animalia tactiuum habeãt ſenſum. Altera quidem quoniam nõ ſine hoc reliqui cõſiſtunt. Altera uero, quandoquidem cum omnino animalia ſint, aduentitieque cognoſcitiuas formas recipiant, id enim eſt, non ſine materia, ſentientia eſſe: neceſſarium etiã eſt, ut paſsibiliter ſenſitiua ſint. Si nihil fruſtra facit natura. Hoc eſt, niſi proprium bonum animalibus, quatenus animalibus aſsignabit. Bonum enim eſt cuiuſque cõſeruatiuum: ueluti & in politicis Platoni uidetur. Quod igitur non recepit quod cauſſa ſalutis ſibi eſt ſecundum naturam, id erit fruſtra. Sed nihil fruſtra natura ipſa facit. Quare & quod animalibus omnibus ſecundum conuenientes quibuſcũque menſuras traditur, id conſeruatiuũ eſt. Conſeruatiuum autem eſt mortalium animalium ipſum ſenſitiuum, cum cauſſa ſit ut euitentur aliena & recipiantur propria.

*Cauſſa enim alicuius omnia ſubſiſtũt, quæ natura, aut accidentia erunt ex iis, quę cauſſa alicuius. Si igitur omne corpus ambulans, non eſt habens ſenſum, corrumperetur utique & in finem non tenderet, qui naturæ eſt opus. Quomodo enim nutrictur? Stabilibus. n. ineſt id, unde nata ſunt.*

Hæc etiam in naturali auſcultatione fuere clarius determinata, quod ſcilicet quæ ſecundum naturam fiunt, alia quidem tanquam ipſi fines ſunt, quemadmodum formę, & uirtus, & ſanitas, & omne quid ſimile: & hæc quidem ſunt, tanquam id, cuius cauſſa. Alia autem, non tanquã fines quidem, attamen tanquam ea, quæ ad ipſos ferãt, ut exercitia, & propria materia, & inſtrumenta. Alia uero tanquam conſequentia accidentia, aut ea, quæ iam acquiſiuerint finem, aut conſequentia ea, quæ adhuc ad finem tendũt, ut ſudor, & ſputum, & pili, qui ut inquiunt in alis ſunt, quæ etiam iam bene ualentia animalia conſequuntur, & ut labores, & ærumnę conſequuntur eos, qui adhuc ad ſanitatem tendunt per exercitia. Ariſto. autem uidetur diuidere omnia ea, quæ natura fiunt, in duo, in ea ſcilicet quæ alicuius cauſſa, & in accidentia, cum ijs, quæ alicuius gratia, ſimul omnino inſerens & quæ cuius gratia. Neque enim poſsibile eſt alicuius gratia aut eſſe aut fieri, niſi adſit etiam cuius gratia. Quibus omnibus recte philoſophus copulat, tanquam concluſionem earum, quæ prædictæ ſunt, propoſitionum, copulat, inquam, hoc, quod ſcilicet ambulantia animalia magis etiam requirant ſenſum, quam ſtabilia & imperfecta, eo quia & ſecũdum multa & alijs atque alijs locis ocurrãt iis corporibus, quæ ipſa & conſeruare poſsint, & corrumpere: & quia tanquam perfectiora perfectiori quoque participent ſenſu, quã ipſe tactiuus ſenſus, & iccirco ꝙ magis agat. Et prętereà quia alios ſenſus ex neceſsitate habeant longius percipientes ipſum ſenſibile, ut &, anteaquam conſeruatiua & corruptiua tangat, ſentiens, hæc quidem fugiat, hæc autem inſequatur. Sine ſenſu autem nõ poſſunt maxime ſeruari ipſa ambulantia animalia. Quod quidem erat finis, & bonum & ſalutis ut dictum eſt cauſſa, quæ quidem maxime ſecundum naturam eſt: quandoquidem etiam præſtantiſsima eſt cauſſa, ipſa finalis: cuius gratia & efficiens agit, & formalis determinat, & materialis cauſſa proprie ſubſtrata eſt rebus. Et cum optime comprobauit ea, quæ dicta ſunt, ſubiungit, quod ipſis ſtabilibus animalibus, & ipſis animalibus, quæcunque ſunt ſtabilia, natura dedit ut nutrirentur, atque in ipſo nutriri manent, manifeſte quidem plantis, ſed iam etiam ſtabilibus animalibus,

quæ a principio ibi ſiunt & ſubſiſtũt, unde & nutriri quoque ualent.

*Nequaquam autem poßibile eſt corpus habere quidem animam & intellectum iudicatiuum. Senſum autem non habere, cum ſtabile non ſit, ſed generabile. At neque ingenitum. Propter quam enim cauſſam non habebit? Aut enim animæ melius eſt, aut corpori, nunc autem neutrum. Hæc quidem enim nõ magis intelliget. Id autem nihil erit magis propter illud.*

*Nullum igitur habet animam corpus non ſtabile ſine ſenſu.*

Manifeſtum eſt, quod hoc non fuit dictum de omnibus ambulantibus, ſed de animalibus perfectiſsimis, quæ inter ea ſunt, in quibus iudicans intellectus ineſt. Dubitatum eſt autem & adiectum ijs, quæ dicta ſunt, aduerſus dubitantes, quamnam ob cauſſam præſtantiorem habeant cognitionem, quæ ſecundum intellectum, neque ſufficit, ea ad conſeruationem, licet ambulantia ſint, ſed etiam indiguere ſenſu. Atque una quidem quæ iam ſæpius fuit dicta, dimittitur cauſſa, uidelicet quia neceſſarium ſit, cognitionem cognatam rebus cognitis animalibus ineſſe. Senſus autem ita ipſis cognatus eſt, ut neque aliter ab intellectu, qui in ipſis eſt ipſa cognoſcantur, quam per ſenſum. Sed hanc quidem cauſſam tanq̃, ut dixi, Sæpius dictam Ariſto. dimiſit. Immo uero neq; omnino dimiſit, ſed & cum aliam addiderit cauſſam, hãc quoque demonſtrauit. Impoſsibile inquiens eſſe, animalia genita & ambulantia intellectum quidem habere, ipſa tamen ſenſu carere, & rurſum huius rei cauſſam apponẽs. Neque enim hoc animæ ad intelligendum eſt melius, neque inde corpus ſalutem habebit, niſi etiam ſenſum aſſumat. Etenim rationalis anima non alia uia ad intelligendũ excitatur, quam tota ad corpus declinans, niſi per ſenſum primum. Atque in actionibus utitur ipſo coadiuuante, & imaginatione quæ ab ipſo dependet. Et corpus nõ per ſolum intellectum ſed etiam per ſenſum ſaluatur, qui hoc ipſi noccum eſſe demonſtrat, hoc autem conſeruatiuum eſſe, aut hoc quidem moleſtum hoc autem iucundum & amænum. Vnde etiam prædicta cauſſa tradita fuit, quæ ſenſitiuis animalibus ſenſum aſsignat, tanquam cognitionem ſenſibilibus cognatam. Ideo uniuerſaliter reliquum concludit, ꝙ nullum habet animam corpus non ſtabile ſine ſenſu, quo in loco, particula illa, non ſtabile, appoſita fuit propter plantas, quæ animã, quidem habent, ſine ſenſu tamen. Aut etiam propter aſtra, ut Alexander uult, quæ animata quidem ſunt, ſtabilia tamen, eo quia cum radicata ſint in proprijs ſphæris, non per ſe moueantur, quẽadmodum illius eſt ſermo. Atq; ita quidem uidetur Alexander interpretari ob id quod proxime dictum fuit, uidelicet, quia poſsibile non eſt, corpus quidem habere animam & intellectum iudicatiuum, non tamen habere ſenſum, cum non ſit ſtabile, ſed generabile. Ipſum enim non ſtabile, & intellm habens iudicatiuum generabile autẽ ad differentiam acceptum fuit eius, quod habet & animã & iudicatiuum intellectum, id tamen ſtabile ſit & ingenerabile. In generabilibus nanque nihil eſt tale ſtabile. In nõnullis uero exemplaribus adiacet hoc, atqui neque ingenerabile: quod quidem Plutarchus exponit, tanquã quia nunc Ariſto. cœleſtibus etiam ſenſum tradat. Neq; enim ingenita, eo quia non per ſeipſa locum de loco mutent, & iccirco ſtabilia ſunt, expertia erunt ſenſu. Apparet autem Ariſto. nulla ratione in cœleſtibus ſenſum applicare, ſed & hoc ipſum deinceps reſpuere. Quapropter rectius ut opinor Alexander interpraetatur illud, atqui neque ingenitum, cenſens exponere referendo ad illud, ſenſum autem non habere, ne ad id, quod proxime dictum fuerat, ſit ſubiunctum, id inquam, non poſsibile eſt corpus habere quidem animam, ſenſum autem non habere, ſed ad illud a principio dictum, ſenſum autem non neceſſarium in omnibus uiuentibus, neque enim quorumcunque corpus ſimplex contingit tactum habere: atqui neque ingenitum neceſſarium habere ſenſum, particula autem ea, iudicatiuum, appoſita fuit intellectui, tanquam indicans ipſum contemplatiuum, ad diſtinctionem practici, clariorem reddens orationem. Quoniam ipſum quidem practicum omnino indiget ſenſu, contemplatiuum uero cũm non omnino uideatur, attamẽ & ipſum a principio indiget, & deinceps omnino in contemplatione de ſenſibilibus facta.

*Atqui ſiquidem ſenſum haberet, neceſſe eſt corpus eſſe, aut ſimplex, aut mixtum. Non poſsibile autem eſt eſſe ſimplex, tactum enim non habebit. Eſt autem neceſſe hunc habere.*

*Hoc autem ex iis manifeſtũ. Quoniam enim ipſum animal corpus animatum eſt, corpus aũt omne tangibile, tangibile aũt quod ſenſibile tactui, neceſſe eſt & animalis corpus tactiuum eſſe, ſi debet ſeruari animal. Alii nãque ſenſus ex aliis ſentiunt, ut olfactus, uiſus, auditus. Tangens uero ſi non habebit ſenſum, non poterit hæc quidem fugere, hæc autem accipere. Si aũt hoc, impoſsibile eſt ſeruari animal.*

Quod quidem ſint plures generabilium uitæ, & aliæ quidem remiſſæ & ultimæ, aliæ autem parum aſcendentes in iudicatiuum terminant intellectum, & ꝙ cum præſtantioribus omnino quæ remiſſæ & ultimæ ſunt ſimul exiſtunt, non e conuerſo autem cũ deterioribus quæ præſtantiores omnino, nuper ex prædictis concluſit. Quale autẽ proprium unicuique inſtrumentum ſit, qualiq; inſtrumẽto unaquæque uita proprie utatur, iam quidem apparet, cum hoc ipſum demonſtrarit. Manifeſtius aũt nunc ſermone proſequitur, diſtinguẽs uegetatiuum corpus a ſenſitiuo, ſimpliciter & hoc ab eo quod nõ ſimpliciter quidẽ, ſed hoc totum eſt, ambulans ſenſitiuum. Et cum hucuſq; tradiderit diuerſam inſtrumenti ſubſtantiam, nõ quidem adhuc aut tanquam imaginarius inſtrumenti, aut tanquã rationalis, infert diuerſam quandam ſciens naturã, ꝙ corpus proprie (quemadmodum in prioribus dixit) licet rationale ſit, ipſius ſenſus proxime inſtrumẽtum eſt, & proprie. Etenim imaginatio, appetitus ſenſus quidam eſt, appetitus inquam, quicũq; etiam in aliis eſt animalibus. Ratio autem & rationis uoluntas licet aliquando quidẽ utantur corpore, eo quia ſenſum & imaginationem tanquam coadiuuatores aſſumat, utuntur etiam corpore tanquam inſtrumento. Quoniam, ut ipſe dixit, ſi quod cõtinet corpus ipſe intellectus uel tingere eſt difficile. Et propter id rurſus dat cauſſam, propter quam prius ualentiora ſenſibilia ſentientes non poſsimus ſtatim de obſcurioribus rectũ iudicium facere, at quãto puriora magis intelligibilia percipimus, tanto magis etiam obſcuriora ſtatim cognoſcimus. Quoniam, inquit, ipſe quidem ſenſus corpore indiget pro inſtrumento, quod quidem ob uehæmentiorem affectionem a maioribus ſenſibilibus impræſſam, obſcuriorem non patitur, donec a uehæmẽtiori detineat, intelſ aũt ad hoc ut intelligibilia cognoſcat, non utiẽ corpore pro inſtrumento. Merito ergo nunc etiam non pertractat, quale quod tanquam intellectus aut rationis ſit inſtrumentum: ſed quale id quod tãquã ſenſitiui eſt, licet duplex quidem ſit ipſum ſenſitiuum, alterum quidem per ſe, & irrationale, alterum uero, quod rationis refert formam, tanquam cum ratione connatum. Cæterum

Ipſe philoſophus, tanquam qui ſufficienter ſuperius de uegetatiuo corpore loquutus fuerit, quod ſcilicet quodam ſimplex eſt ob abundantiam terræ, determinat quale id, quod ſimpliciter loquendo ſenſitiuum eſt, idque facit, ſermonem aggrediens a diuiſione. Aut enim, ſimplex erit, aut mixtum: propter diuiſionis perfectionem accipiens ipſum ſimplex: quo quaſi a principio uerba faciat. Quoniam iam fuit dictum, quod impoſsibile eſt eſſe ſimplex: ideo & hoc ipſum ſtatim ſubiunxit, non poſsibile ingens, eſſe ſimplex. Quod enim ſimplex tactum nõ habet, ſenſitiuum autẽ omne ex neceſsitate habet tactum, ita ut in ſecunda figura id concludi poſsit, nullum ſimplex eſſe ſenſitiuum, mediumq; accipiatur hoc, tactum habere. Vtrãque uero propoſitionum nobis in memoriam reuocat ex aliis, & primum eam, quæ ſtatuit, omne ſenſitiuum habere tactum, pluribus comprobat, eam enim, quæ dicit, quod nullum ſimplex habet tactum, poſterius probabit. Eam igitur affirmantem q omne ſenſitiuum habeat tactum, ex his nobis in memoriam reuocat. Animal inquit, mortale intelligens, corpus animatum eſt, omne uero corpus tangibile eſt, non quidem intelligens ipſum cœleſte impræſentiarum. Neque enim uult ipſum eſſe tangibile, quemadmodum Plato ponere uidetur. Quoniam hic philoſophus determinat tangibile eſſe, quod ſecundum paſsibiles dictas qualitates agendi poteſtatem habet. Omne igitur corpus, quod generabile intelligit: ac cum debuiſſet ſubiungere illis duabus dictis propoſitionibus hoc proximum, omne ergo animal tãgibile, quo hic ſit ſermo: omne uiuens corpus animatum eſt, omne corpus tangibile eſt, omne ergo uiuens tangibile eſt. Ipſe uero non hoc infert, ſed omne ergo animal tactiuum eſt, qd' quidem omnino ſequitur hoc, quod omne corpus tangibile ſit, neque enim ſolum tangibile eſſe oportet eorũ corpus, ſed etiam tangere. Quia enim omnia ſunt tangibilia, ex neceſsitate oportet adeſſe, quod iudicando contangat, & quod non ſimpliciter ex appoſitione tangere dicatur, ſed tanquam etiam cognoſcens, quale eorũ unumquodque, iuxtas paſsiuas qualitates tactiuum ſit. Quo rurſus ſit a principio ſermo talis. Animal eſt animatum corpus, omne corpus tangibile eſt, oẽ quod ita tangibile eſt, quatenus ipſius tãgibilis cognoſcitiuum eſt, tactiuum exiſtit. Omne ergo animal tactiuum erit. Verum Ariſto. ultimã propoſitionem prætermittẽs, prioribus illis duabus, quę concluſio in tribus erat, eã tradidit. Immo uero neq; tertiam prætermiſit, ſed eam poſuit, ſtatuens id tãgibile eſſe, quod tactui ſenſibile, ut indicaret conuerſim ipſum ſentiens eſſe tangibilis tactiuum, & ita concluderet, animal ergo tactiuum eſt omnino, ſed duritiem aliquam peccauit, eo quia conuerſam, non aũt ipſam principaliter poſuerit propoſitionem, ſtatuentem ipſum tactiuum eſſe tangibilis cognoſcitiuum, ſed eam, quę ipſi æquiualet, uidelicet tãgibile omne a tactu cognoſci. Cũ uero ex prædictis, animalis corpus tactiuum eſſe demonſtraris, idem etiam ſecũdum alterum demonſtrat modum, ex eo ſ. Si debeat ſeruari animal, ut animal, ſimpliciter: neq; enim tanquam uidere potens, ſimpľr aut audire, aut guſtare. Quod enim eſt tale, ſenſibus quoq; indiget, q per medium abſoluunt, quatenus autem animal, ſimpľr, tactu indiget, ut paſsiuas percipiat qualitates, a quibus omnis, quę per ſubſtantiam ſit, & generatio & corruptio, & ſalus abſoluitur. Adeo ut hæc ſit ratio, cum paſsibile ſit, tanquam genitum, & paſsibilia corpora ſemper iudicando tangẽs, neceſſe eſt pati ab ipſis iuxta paſsiuas qualitates, aut moderate, aut immoderate: quod uero ita patitur, aut ſeruatur, aut corrumpitur, inſequens quidem ipſam moderantiam, fugiens autem immoderantiam, ob naturam iudicatricem. Quod uero in inſecutione moderatæ affectionis aut in euitatione immoderatæ ſeruatur, tactiuum eſſe neceſſum eſt. Tactiuũ enim cognoſcitiuum eſt ut dictum fuit, paſsiuarum qualitatũ. Aial ergo neceſſarium eſt eſſe tactiuum. Ac ſyllogiſmus quidẽ nunc dictus a priori differt, quia hic a ſalute aialium argumentatur. Ille uero iuxta ipſam cognitionem percipientẽ tangibile, quatenus tangibile id demonſtrabat. Pręterea & tertiam apponit rationem, q oportet animal omnino eſſe tactiuum, iudicans ſenſibilia perceptione immediata, tale autem cum ſit oportet aial de neceſsitate ſenſitiuum eſſe eorum quæ immediate ipſi occurrunt, per quæ etiam ſeruaſ, aut maxime perit. Quod uero immediate occurrentia cognoſcere põt, id tactiuum eſt, animal ergo tactiuũ. Et hæ quidẽ eſt tertia ratio. Senſus uero per media cognoſcẽtes adiuncti fuere, ad manifeſtã diſtinctionẽ eorũ, quæ immediate iudicare poſſunt, hoc eſt tactus & guſtus. Ex appoſition e nãq; eorũ, qui per medium, magis cognoſcimus, qui nam ipſi immediati. In quibus ſecundã rõnem cũ tertia copulat, nõ tantum propinquitate tactus utens, ſed & adiutore ad uiuendum. Quod.n.tangit, & proximum & adiacens tangibili oportet habere ſenſum. Niſi enim ſenſum habebit, non poterit hęc quidẽ fugere, hæc aũt euitare. Rõnis ergo tertiæ hæc cõcluſio, id impoſſibile erit ſeruari, ſimili modo accepta fuit cõcluſioni ſecundæ rationis.

*Quepropter & guſtus eſt, tanquam tactus quidam, nutrimenti nãq; eſt. Nutrimentum autem corpus tangibile. Sonus autem & color, & odor non nutriunt, neque faciunt aut augmentum, aut diminutionem. Quare & guſtum neceſſe eſt tactum eſſe quendam, quia tangibilis & nutritiui ſenſus ſit.*

Alia hæc eſt ratio idem cõcludens, q oĩno oportet animal tactiuum eſſe, quæ quidem non deducitur & moueſ a tactu proprie dicto, ſed a guſtu, & non amplius a qualitatibus paſsiuis uocatis, ſed a ſaporoſa quadam cõſtitutione. Corrumpunt enim aial & ſeruant principaliter quidẽ paſsiones tangibilium iuxta ipſum tactũ, calidũ v. g. & frigidum, & quæ cum his eiuſdem ſunt ordinis, non ſimpľr quatenus animal, ſed quatenus paſsibile. Saporoſum aũt, quod guſtus percipit, tanquam aial aut ſeruat aut perdit. Nutriri nanque neceſſarium eſt animal, & quia animal eſt, iudicare ſaporoſum, ut conueniens quidem recipiat, alienum uero fugiat. Corporeum aũt & tãgibile eſt omne ſaporoſum, nõ quatenus ſaporoſum, ſed quatenus non ſine tangibili ſaporoſum exiſtat. Ea igitur rõne, quia ſaporoſum in tangibili eſt, non tantum quatenus guſtabile, ſed etiam quatenus tãgibile occurrit, ita ut hac rõne guſtus ſit tactus. Quoniam igitur guſtus etiam confert animalibus ad ipſum eſſe, guſtus ũo nõ ſine tactu eſt, ea, quæ indigent guſtu, non tantum eum habebunt, ſed etiam omnino tactum. Atq; id nunc quoq; argumento cõprobatum fuit, non ſimpľr ab ipſo principali tactu, ſed & a guſtu, ut qui neceſſarius inſit animalibus ad ſalutem. Et quoniam non per ſe guſtus, eſt tactus, ſed quia nõ ſine tactu eſt, id autem eſt, quoniam & ſaporoſum & guſtabile omnino in tangibili ſit, guſtum tanquam tactum eſſe affirmat, non tamen per ſe tactum. Nunc igitur, ſolerter diſquirit, & cauſſam ſubiungit, quod guſtus per ſe non eſt ipſius tangibilis, ſed nutrimenti, nutrimentum autem eſt corpus tangibile, ſed non quatenus tangibile, ſed quatenus ſaporoſum, rurſus autem & ex oppoſiti appoſitione manifeſtum facit, quod nutriens omnino in tangibili eſt. Quod enim non tangibile, ſed per alterius medium cognoſcitur, ut color, & ſonus, & odorabile non nutrire inquit, neque augmentum facere, neque decrementum. Etenim augmentum, ut prædictum fuit, & decrementum nutrimenta quædam ſunt, alterum quidem, ſuperato defluxu, alterum autem, ſuperante. Quare iuxta uocatam conuerſionem, quæ cum oppoſitione ſit, ſi ea quæ non immediate cognoſcuntur, non nutriunt, nutriens ex neceſsitate iis ineſt, quæ immediate cognoſcuntur. Hac igitur ratione concludit rurſus, quod & guſtus ſit tactus quidam, ex ea particula, quendã, demonſtrãs idem, quod & antea per eam, tanquam, demonſtrabat.

Quandoquidem

Quandoquidem guſtus principaliter quidem eſt nutritiui, cotingit aũt nutritiuum oĩno etiam tangibile eſſe.

*Hi quidem igitur neceſſarij animali ſunt. Et manifeſtum quod non poſſibile eſt ſine tactu eſſe aĩal.*

Tanquam etiam ad eſſe coferentes, alter quidem, quia paſsiuæ qualitates maxime ſalubres aut corruptiuæ ſunt, quas tactus percipit. Guſtus autem nutrientia iudicat, quibus quidem ſemper indiget animal ad ipſum eſſe, ob continuum particularum defluxum.

*Alij uero ipſius bene cauſſa, & generi aĩalium iam, non cuicũque, ſed quibuſdam, ut ambulanti neceſſe eſt ineſſe. Si enim debet ſeruari, non ſolum oportet tangẽs ſentire, ſed & procul.*

T.65 *Id autem eſſet ſi per medium ſentiens eſſet, quia illud quidem a ſenſibili patiatur, atque moueatur, id autẽ ab illo. Quemadmodum enim & ipſum mouens ſecundum locum, uſque ad ipſum mutari facit, & impellẽs alterũ, ita ut impellat. Et eſt per medium motus, & primum quidem mouens impellit, cum non impellatur. Extremum autem ſolum impellitur, non impellens. Medium uero ambo, multa autem media.*

Cõ. Qui nãque dicti ſunt, ad hoc ut quacũq; ratione ſit animal, & ſine quibus impoſsibile eſt eſſe, conferunt. Reliquis uero tribus uel ſecundum naturam nonnulla animata priuata ſunt, & quæcũque alia præter natu am priuata fuere nihil minus animata ſunt. tãquam quia ad ipſum eſſe non neceſſarij inſint ipſis, ſed gratia ipſius bene: idque ideo ut etiam præſtantioribus agãt ſenſibus, qui non ita a ſenſibilibus percutiuntur, eo quia per diuerſa media moueãtur ab ipſis, magis aũt aptiores ſint agẽdum, animalq; tam non ſimpliciter, ſed perfectius informẽt, quod Ariſt. dixit, non quodcũq;. Comprobatque tãquam præſtantius ſit ex ipſo ambulante. Quod enim libentius ad proprium aſſequendum finem tendit, ipſumque ex pluribus uenatur, ex proprio motu & appetitu, perfectius eſt eo, quod in aliquo reſtricte ſtat, et expectat finem ut plurimũ fortuito occurrentem, aut etiam quod corruptiuum eſt, nimirum quia non poſſit a longe præcognoſcere, antequ͂ accedat ipſum apparens, ut id caueat, & id attrahat. Hoc igitur argumẽtum a forma & bono, nobilius illorũ trium reſpectu duorum ſenſuum demonſtrauit. Quod uero ſequitur, eos etiam tanquam neceſſarios iudicat. Neceſſarij nanque uel ipſi ſunt licet non ſimpliciter ut animali ſed ut ambulanti animali ſi debet ſeruari tãquam ambulans, cũ indigeat etiam ſenſibus, quæ per medium percipiant aliquod: ne per proprium appetitiuum motum improuide & temere in nocuas res delatum, collectim occurrens aliquando corrumpatur. Neceſſarij igitur & ipſi ſunt, ſed ſpeciei uitæ præſtantiori, & tanquam præſtantioris cõſeruatiui habent ipſum neceſſarium, nobilioreſq; ſunt. Declarauit proinde quomodo fiat ſenſus per medium, nõ prætermittens tamen quæ propoſita fuere, idq; ideo ut ipſos impaſsibiliores, aptioreſque ad agendum demonſtraret. Paſsibiles nanque magis, qui immediate a ſenſibilibus percutiuntur. Impaſsibiliores autem ij, qui per medium abſoluuntur, ut qui a nõ ſtatim a primo mouente percutiantur: qui aũt impaſsibiliores, ij aptiores ad agẽdum ſunt. Excellens nãque affectio offuſcat iudicatoriam actionem. Hæc autem uel ipſe demonſtrare uolens: ipſum primo, inquit, mouens non in ipſum ſenſitiuum immediate agit, ſed in alterum uidelicet medium A quo, medio inquam ſenſitiuum mouetur, ita ut non nimis ipſum patiatur, quẽadmodum illud, quod immediate percutitur a primo agẽte. Neque enim quãdoquidem in aliud prius agat ipſum primo mouens, non etiam qui ab ipſo ſit motus, in ſenſitiuum tranſit, idque ideo, ſi forte aliquis ſuſpicatus eſſet, non omnino nos ſentire primum mouens, tanquam quia mouens actio ab ipſo deueniens non præueniret ad nos accedere. Exponit igitur quomodo pertranſeat, idq; etiã exemplis. Multa enim cum ſint motiua aliquorum, quæ proxime contangunt, per ea mouent alia, quæ nequaquã cõtangunt, quemadmodum manus per uectem mouet lapidem, hicque per alium medium alium impellens, impellit, qui longius ſtabat. Ipſe nanque qui primo impulerat medium, eum faciebat mouere, qui ſubſequebat, nonnunquãq; illum alterius motiuum. Vniuerſaliter igitur quod ſecundum locum mouet, mutare cenſet.

Deſunt paucula quædam.

Oporteti; dictioni illi, quemadmodum ipſum mouẽs ſecundum locum, uſque ad ipſum mutari facit, colligare, & per continuationem legere eam, & impellens alterum facit, ita ut impellat, & quod dicitur tale ſit. Quemadmodum omne mouens ſecundum locum quale & ipſum impellens, mutare facit, quod proxime impellitur, adeo ut & id impellat aliud quid, ſiue aliquando, ſiue omnino id fiat: quando contingit ut per medium aliquod proxime motum ab ipſo primo mouẽte, alterius impulſio fiat, primo quidem mouente immobili per ſe manente: ut quando anima moueat corpus, hoc uero moueatur quidẽ ab anima, moueat uero calamum, & ipſum quidem mouere uideatur & in primo & in ſecundo, ipſum uero moueri tum in medio, tum in tertio, ita ut primum quidem moueat tantum, tertium uero tantum moueatur, medium uero utraq; patiatur. Si autem & calamus ipſe motus aliud quid moueret, plura erunt media, & plura tum ſimul mouentia tum mota. Inter extrema autem primum quidem mouet tantum, ultimum autem ſolum mouetur.

*Ita in alteratione: prǣter quam quod manentia in eodem loco alterat, ut ſi in ceram tingeret aliquis eo uſque motus eſſet, quouſque tinxiſſet. Lapis autem nihil, ſed aqua procul uſque. Aer uero plurimum mouetur, & facit & patitur, ſi maneat, & unus ſit. Ideo & de refractione melius, aut uiſum exeuntem refringi, aeremq; pati a colore & figura, donec unus ſit. In leui autẽ eſt unus. Ideoq; rurſus & hic uiſum mouet, quẽadmodũ ſi quǣ in cera nota eſt, ſuccederet ad finem uſque.*

Primum alterans alterat, non tm̃ quod proxime ab eo.

Cætera deſunt.

*Quod autem haud poſſibile ſit, ſimplex eſſe animalis corpus, manifeſtum. Dico autem ut igneum, aut aereum. Sine tactu enim, neque unum alium ſenſum contingit habere. Corpus nanque tactiuum, animatum omne, ut fuit dictum. Alia uero præter terram, ſenſoria quidẽ eſſe poſſunt. Omnia uero, quia per aliud ſentiuntur, faciunt ſenſum, & per ea, quǣ media ſunt. Tactus autem quia ipſe tangit, eſt, ideo & nomen id habet. Licetque alia ſenſoria tactu ſentiant, attamen per alia. Is autem uidetur ſolus per ſeipſum. Quare ex huiuſmodi*

*quidem elemētis, nullum eſſe poſſet corpus animalis, neque ſane terreum.*

Manifeſte in ipſa ꝓpoſitione intentionē ſibi ꝓpoſitā determinat quę.ſ. demonſtrat, ꝙ nullum ſit corpus ſimplex hñs ſenſum, hoc eſt, nō ſit aīal, omne nanq; animal ſenſitiuum eſt. Nam cū quinque ſint corpora ſimplicia, diuinū quidem ab omni ſeiungit ſenſu. Ac neq; de illo aliquid nunc dicendum propoſuerat: quādoquidem a principio ſermonem de anima, quę mortalibus eſt in animalibus, habebat. De aliorum uero unoquoq; aliqua facit uerba: non ſolum quia ſimplex ſincere manens non habebit tactum, ſed etiam id, quod in mixtione cum alijs nimis ſuperat, ut in plantis terra. Quomodo igitur Ariſto. demonſtrat? Omne animal ſtatuit, quēadmodum etiam fuit demonſtratum, omnino tactū habere, nullum uero ſimplex corpus eſſe tactiuum. Id autem nondum in his demōſtratum confirmat in uno quoque ſimplicium corporū, quæ ſub luna ſunt, ſermonem habens; concedens quidem hic igneum & aereum, & aqueum corpus ſenſorium fieri, nō autem eſſe tactiua, neque terram ſuperantem omnino fieri ſenſitiuam uult. Concedit autem igneum corpus, nō quia ſibimet ita uideatur, ſed fortaſsis ideo, quia dictum fuit ita a Platone. Ille nanque igneum corpus tradit uiſui: quemadmodum hic noſter aquam. Quoniam ut in ſecundo dixit, ignis per ſe, quia corruptiuus, non poteſt fieri ſenſorium, ubique uero fit, cum alijs ſi cōmiſceatur, quod ſane etiam illic demonſtrauit.

Deſunt non pauca.

Statim a tangibili diſſolui, cum tenuium ſit partium. Quod enim tenuium eſt partium facile pati poteſt. Quapropter quæcunque ſunt elementa tenuium partium, ſenſoria quidem fiunt, non immediate tamen ſenſibilia cognoſcunt, ſed ea per medium aliquod percipiunt: idque ideo, ne paſsio immoderata in ipſis facta ut quæ facile patiantur ob partium tenuitatem, in immediato ſenſibilium occurſu, omnino aliquid in ſenſorium agentium, deſtruat & corrumpat tactiuam poteſtatem. Non erant igitur tactiua. Tactiua nanque in eo quod ſenſibilia tangant ipſa, ſunt hoc ipſum, quod quidem dicuntur, uidelicet tactiua, iudicando ſcilicet & immediate tangentia ipſa, unde etiam nomen duxerunt. Prima nāque nominis poſitio in ijs eſt collocanda, quæ prope ſunt ſita, ut in naturali auſcultatione determinatum fuit, quorum extrema ſint ſimul, licet quæ ita prope ſunt ſita, neque uiuentia ſint, neque ſentientia. Tactus uero qui ut ſenſus dicitur, iudicatiua quidem eſt actio, nominatur autem & ipſe ex adiunctione, quæ adiacentium extrema ſimul componit. Ea nāque cognitio ſenſitiua, quę per alterum ſit medium, occurrens ſenſibili, uideri utiq; poſſet iuxta ipſum occurſum tactus quidem & ipſa, non tamen proprie, neque ſimpliciter. Neque enim tunc extrema ſenſitiui & ſenſibilis ſimul fiunt.

Paucula deſunt.

Rurſus ß in loco alio qd deeſt.

Quandoquidē et in tactiuo ſenſu principale ipſum nō in carne neque in neruis, neque in ulla alia particula proxime ipſum tangibile tangente, ponitur, ſed in eo, quod tangibile per hæc media percipit. Quoniam autem ipſum medium non extrinſecus eſt, quemadmodum in præſtantioribus ſenſibus, ſed uitalis eſt & propria ipſius uiuentis corporis particula, ita ut licet non primo, ſecundario tamen ſit ſenſitiuum & id per quod, ideo ſenſitiui cōtactus cum ſenſibili immediate in hoc fieri dicitur. Concludit igitur, quod inter elementa tenuium partium, licet quædam ſint ſenſoria, non tamē tale ſenſorium fieri poſſent, quale eſt totius animalis corpus, ſed quale illud ſenſorium, qd ſecundum aliquam particulam ita eſt, uerbi gratia uiſiuū, aut auditorium, id enim ſecundum aliquā particulam ſenſorium eſt: quod uero per totum omnino, tactiuum eſt. Tactiuum autem ipſum ſolidum eſſe oportet, ut dictum fuit, at non tenuium partium. Sed quantum ad hāc ſpectat rationem nihil impediebat terreſtre ipſum eſſe tactiuum. Ideo quod reſtat, demonſtrat ſubiungens, quod neque terreſtre, aut ut omnino ſimplex, aut ut magis ſuperans, ſit tale.

*Omnino nanque tactus tangibilium eſt, tāquam medietas. Et ſuſceptiuum ſenſorium, non ſolum quot differentiæ terræ ſunt, ſed etiam calidi, frigidi, & aliorum omnium tangibilium, & propter id oſsibus & capillis, & talibus particulis non ſentimus, quoniam terræ ſunt. Et plantæ propter id nullum habent ſenſum, quoniam terræ ſunt. Sine tactu autem, ut una quidem poſsibile eſt alium adeſſe. Hoc autem ſenſorium non eſt aut terræ, aut alius elementorum ullius.*

*Manifeſtum igitur, quod neceſſum eſt ſolo hoc priuata ſenſu aīalia mori. Neque enim hunc habere poſsibile eſt non animal, neque animal exiſtens alium habere neceſſe eſt præter hūc. Et propter id alia quidē ſenſibilia excellentiis non corrumpunt animal, ut color, & ſonus, & odor, ſed ſolum ſenſoria: niſi ſit ſecundum accidens: ut ſi ſimul cum ſono impulſio fiat, & percuſſio. Et a uiſis, & odore alia mouentur, quę tactu corrūpunt. Saporq; præterea quatenus ſimul contingit tactiuum eſſe, ea ratione corrumpit. Tangibilium autem exceſſus, & calidorum & frigidorum, & durorum deſtruit ipſum animal.* T.67

*Omnis quidem enim ſenſibilis exceſſus euertit ſenſorium: quare & tangibile tactum. Hoc autem determinatum eſt ipſum uiuere. Sine tactu nanque demonſtratum fuit, quod impoſsibile eſſe animal. Ideo tāgibilium excellentię non ſolum ſenſorium corrumpūt, ſed etiam animal. Quoniam neceſſe ſolum habere hunc.* T.68

Tactus ipſe nunc indicat iudicatoriam ipſam actionem talis uitæ, ſenſorium autem ſubiectum ipſi inſtrumētum. Medietas autem & omnis cognoſcitiua actio ea eſt, quæ oppoſita percipit. Et quando una cum inſtrumēto agat, oportet etiam inſtrumentum medio modo ſeſe habere ad paſsionem illam contrariam ab oppoſitis in ipſo factam, ut non magis hanc uel hanc amplectatur, ſed ambas eodē modo, ita ut hæc utrūq; oppoſitorum iudicet, id autem, ſimiliter & ipſum amborum paſsionem recipiens, ex æquo aduocet iudicium in utroque. Quoniam igitur tangibilia ipſa non ſolum ſunt terreſtria, ſed nonnulla quidem terreſtria, ut ſiccum ſimul & frigidum, nōnulla autem aerea, quæ his quidem ſunt oppoſita, ut calidum ſimul & humidum, & tāquam quidem humidum & frigidū, aquea, tanquam uero ſiccum ſimul & calidum ignea, horum certe medietas non poſſet eſſe terrea. Cō.

Hic deſunt nonnulla.

Rurſus igitur in ſecunda figura hæc concluſio ſequitur. eſſe tactiuum ſenſorium. Siquidē ipſum tactiuum eſt medium inter calidum & frigidum, & ſiccū & humidum, terra uero non eſt media, ſed iuxta ſola altera determinata. Deinde ſecundum quoque cum hoc coniungit ſyllogiſmum tanquam conſequentem, qui ſtatuit tactiuum ſenſorium eſſe ſuſceptiuum nō tantum terrearū qualitatum, ſed earum etiam, quæ ſunt in elementis alijs. Terreum uero corpus, donec quidem ſit, quod eſt, nō recipere qualitatis aliorum elementorum, ſed corrumpi in illorum præſentia. Nō ergo quod ſuſceptiuū eſt omnium tangibilium qualitatum poſsibile eſt eſſe terreum. Quod enim ſuſceptiuū eſt, tolerare oportet, in pręſentia omnium earum, quarum ſuſceptiuum eſt, ut etiam recipiat. Ex tertio idem quoque concludit ab ipſa re manifeſta & ab inductione. Videntur nanque manifeſte uel inter ipſas animalium particulas, quæcūq; terram habent magis exuberantem alijs, uidentur inquam ſenſum ipſum hebefacere, ut oſſa, licet ſint animalium particulæ. Tanquam terreum elementum, non tantum ſimplex elemētum, ſed etiam id, quod commixtum quidem ſit, ſuperet tamen, uegetatiue quidem agere poſsit, ſenſitiue tamen nequeat. Tales nanque particulæ ſunt ſimiles plantis. Infert igitur totius orationis cōcluſionem, ſtatuens nullum quidem animal ſine tactu eſſe, accipiens hoc ex iam prædictis. Quod uero tactum ullum unquam ſimplicium habere poſsit, ex ijs, quę nunc demonſtrata fuere, acceptum fuit. Demonſtratum nanque fuit, ꝙ neque ex terra, neq; ex aliquo ſimplicium alio conſtat tactiuum inſtrumentum, ſed in medietate cōſiſtit. Vt enim nō eſt, terreum quoniam iuxta aliquas determinatas qualitates perfectum eſt, & non eſt oppoſitorum medium, eodem modo neque igneum neq; aqueum poſsibile eſt eſſe. Neque enim horum ullum in medietate ſuam habet eſſentiam, ſed in quibuſdam determinatis qualitatibus. Et ſyllogizans nullum eſſe ex ſimplicibus aīal, eorum ſcilicet, quę in generatione ſunt et corruptione, quibus etiam opus eſt ſenſu, ad hoc ut ſint animalia.

Deſunt nonnulla.

Quod igitur tactum deſtruit, animal deſtruit. Sed & qui hunc ſolum deſtruit, tanquam animal deſtruit. Hic enim ſolus erat ex neceſsitate tanquam animalis conſtitutiuus. Priores uero tres habebant quidem & ipſi aliquid neceſſarium, ſed non tanquā animalis, ſed ambulantis animalis conſtitutiui, ueluti iam fuit traditum. Guſtatiuus uero ſenſus tāquam animalis etiam perfectiuus, neceſſarium introduxit, eo quia ad nutritionem ipſam utilis ſit, at non quia ſui ex ſubſtantia conſtitutiuarum qualitatum cognoſcitiuus ſit principaliter. Paſsiuæ nanque qualitates cōſtitutiuæ ſunt. Has aūt percipit guſtus non per ſe, ſed tantū ſapidas. Et quatenus cum tactu omnino etiam cognoſcit paſsiuas qualitates, non quatenus guſtus, ſed quatenus tactus. Solus igitur per ſe tactus deſtructus, deſtruit totum animalis organum. Nonnunquam etiam aliorum ſenſuū aliquis una deſtruit & totum, ſed non per ſe. Quando ſcilicet contingat, ut in deſtructione proprij illius ſenſus ſenſorij, ob aliam cauſſam deſtruatur etiam tactiuum. Vt ſi ex fulminis ſono læſo auditorio organo, contingat ob frequentem & uehæmentem ſonantis ſpiritus occurſum, uiuenti corpori occurrentem, contingat inquam, uel ipſum lædi, non propter ſonum offendentem totum ipſum, ſed propter uehæmentem ſonantis ſpiritus ad totum tactiuū occurſum, qui ipſum tāquam tactiuum deſtruit. Ita enim uenenum feræ occurrens linguæ corrumpit totum: non quatenus amarum, neq; quatenus guſtabile totus, ſolum enim guſtum conſumeret, ſed quatenus ſiccum, & quatenus cum tangibili nullum ſeruat proprietatem. Quæ ſane quoque Ariſto. manifeſte declarat, cenſens unumquodq; ſenſorium a proprijs excellentibus ſenſibilibus corrumpi: non tamen ſimul omnino & deſtruere totum animal, niſi ut dictum eſt ſecūdum accidens, eo quia tactiuum ipſum alio modo deleatur, ut in ſono fuit dictum, & ut in guſtabili. Ac in ſono quidem, cum addiderit quod ſecundum accidens corrumpit auditionem: in uiſu autem & odore, indeterminate.

Deſunt nonnulla.

Ob paſsibilium qualitatum immoderantiam corrumpit totum at nō quatenus ſit mali odoris. Sic ergo & uiſibile, ueluti flamma, non quatenus nimis luminoſa, & immoderata oculo corrumpit animal (hac enim ratione corrumperet ſolum id quod uiſiuum eſt) ſed quatenus calida collectim aliquando occurrit, occurrit autem tanquam tāgibile tactiuo toto. De ſapore autem dictum eſt, quomodo corrumpit, quod ſcilicet & ipſe per accidens corrumpat. Excellentia igitur tangibilium per ſe, & non ſecundum accidens corrumpit animal. Vt enim proprium aliorum ſenſorium, excellentia proprij ſenſibilis corrumpit, ita etiam tangibilis excellentia corrumpit tactiuum. Sed quoniam iuxta ipſum tactiuum, animal tanquam animal ſuum habet eſſe, ſimul quoque tanquam tactiuum corrumpitur & tanquam animal.

*Alios autem ſenſus habet animal, quemadmodum dictum eſt, non ipſius eſſe cauſſa, ſed ipſius bene, ut uiſum. Quoniam in aere & aqua quodammodo cernit: Omnino autem quoniam in diaphano. Guſtum uero propter ipſum iucundum & moleſtum: ut ſentiat, quod in nutrimento & appetat & moueatur. Auditum autem ut ſignificet aliquid ſibi. Linguam uero, ut ſignificet aliquid alij.*

Quod quidem uiſum, & auditum, & odoratum nō ad ipſum eſſe concurrentes animal ut animal habeat, ſufficienter ex prædictis determinatum fuit, ſed ad ipſum bene eſſe. Hi nanque animali conferunt, quatenus ambulanti: quatenus uero ambulans, animali ſimpliciter pfectius eſt. Guſtus uero etiam tanquam animali neceſſarius eſſe uidebatur: nunc autem cum ijs connumeratur, qui conferunt ad ipſum bene eſſe, & utrunq; uere dici poteſt. Quoniam confert ad hoc, ut animal magis duret, & ut longius uiuat, ſed non ad eſſe ſimpliciter. Quoniam autem ipſum eſſe, uerum eſt tum de ijs, quæ unius horæ uerbi gratia ſpatio ſint, tum de quacunque particula, & de ijs, quæ per annum, & maius etiam tempus uiuunt, nutrimentum autem non confert ad hoc, ut ſit aliquid unius horæ ſpatio, ſed ad annum eſſe, quatenus quidem ad ipſum eſſe confert, ea ratione cum tactiua facultate communicat, quatenus autem non ſimpliciter ad eſſe, ſed in longius ſpatium temporis, in quo haud fieri poteſt ſine nutrimēto uiuere, ea ratione guſtus præſtantior eſt tactu & perfectior. Quoniam participatio quoque de hoc, quod magis eſt, perfectior exiſtit.

Finis tertij libri.

SERIES CHARTARUM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRS.

Omnes ſunt duerniones.

*Venetiis apud Hieronymum Scotum.*

M D L I I I